

**I**ncipit liber qui cantatorium dicitur  
**Qualiter creata sit albatia Sancti Huberti**

**S**pago arduennensi ipsam ambra castrum dicebat  
eo quod a blactis filii caput habet quod fundit eum hunc  
uastantibus gallias per annos fere trecentos infra septem  
desertum ad uictulium deuenit. Tempore autem pipini qui  
maior domini erat sub theodrico rege. uxor eius plectrudis  
Iamblacum sue dictoris filium pabat adire et per predictum locum  
transiens tam tedio uaste solitudinis quam frigore estans affec-  
ta. ibidem in frigus uentibus decuit aliquandiu refectere.  
Et cum per exactam refectorem comites eius longiori tempore  
non premerent. ipsa curiosior per equos pascentibus ne per sil-  
uas uagarentur. neminem exittas sola surrexit. equosque  
recollectas iam lassior dum se ad uictulium lapidum ibi forte a-  
g. sibi residet. cartulam quamdam celit. alapsam obsta-  
puit coram se cadentem. Quibus paruclacorum ripuit.  
et nemini comitum ausa fide lectum ad uictulium quoniam deum  
reuerentem. Cum autem per ordinem retulisset euentum mirandi.  
ille euocato beregiso uiro uenabili qui tunc in diebus ob-  
secrabit eis. cartulam illi obtulit. exponenda sibi. Consulto  
sacerdos dei respondit locum qui eadem cartula decidit a deo  
esse electum ex quo multorum anime transire debent ad regna  
celorum. Pipino uero subiugere. quod sibi uide

## HISTOIRE

DE L'ABBAYE DE S<sup>T</sup>-HUBERT, DEPUIS SA FONDATION VERS 687 JUSQU'À L'ANNÉE 1106.

INCIPIT LIBER QUI CANTATORIUM DICITUR.

*Qualiter creata sit abbatia sancti Huberti.*

I. In pago Arduennensi, quoddam Ambra castrum <sup>(a)</sup> dicebatur, eo quod MS. B. Page 1.  
Amberlacensis fisci <sup>1</sup> caput haberetur, quod funditus eversum Hunnis vastantibus Gallias, per annos fere trecentos triginta septem <sup>2</sup> desertum ad nihilum devenerat. Originis monasterii Andaginensis occasio: (M. et D.).

Temporibus autem Pipini, qui major domus erat sub Theodorico rege, uxor ejus Plectrudis Amberlacum suae ditionis fiscum parabat adire, et per praedictum locum transiens, tam taedio vastae solitudinis, quam fervore aestatis confecta, ibidem in pratis virentibus decrevit aliquandiu requiescere. Et cum post exactam refectionem comites ejus longiori somno premerentur, ipsa curiosior pro equis pascentibus, ne per sylvas vagarentur, neminem excitans, sola surrexit, equisque recollectis jam lassior, dum super acervum lapidum ibi forte congestum resideret, chartulam quamdam coelitus allap-

(a) *Ambra castrum*, M. et D.: *Castrum Ambra*.

<sup>1</sup> *Fiscus*, id est patrimonium regium. Vide Miraei *Chronicon* ad annum 870 (MS. B.).

<sup>2</sup> Pro 337 corrigendum videtur 237, nam si prior numerus servetur, restitutio loci multo post tempora S. Berregisi rejicietur. (B.).

Page 2.

Pipini donatio facta monasterio Andaino (B.).

Hunni evertunt castrum Ambra (M. et D.).

sam obstupuit coram se cadentem : quam licet pavida corripuit, et nemini comitum ausa credere (a) secretum, ad virum quantocius decrevit revertendum. Cui cum per ordinem retulisset eventum miraculi, ille, evocato Beregiso<sup>1</sup>, viro venerabili, qui tunc in Dei rebus obsequebatur eis, chartulam illi obtulit, exponendam sibi. Consultus sacerdos Dei respondit locum quo eadem chartula deciderat, a Deo esse electum, ex quo multorum animae transire deberent ad regna coelorum. Pipino vero subjungente, quid sibi inde videretur agendum, Beregisus, rapta occasione (utpote qui jamdiu apud se deliberaverat, mundo relicto, liberius Deo vacare), subintulit principi, ne quantum in se esset, divinae dispositioni deesset, paratum se solitudinem illam excolendam suscipere, si eam ille sibi concederet. Placuit Pipino Beregisi propositum, licet gravaretur admodum, a se suum emittere charissimum. Illo tamen saepius insistente ut rem quantocius acceleraret, Pipinus cum comitatu curialium suorum venit ad locum inventae coelitus chartae. Ibi, facta legali donatione, et rata coram principibus suis astipulatione, locum ipsum perpetuo habendum Beregiso donavit; et, perlustratis finibus ejusdem donationis, certas metas per subnotata confinia disteminavit; ad meridianam plagam inter divisiones : ad orientalem plagam, Mollem-Campellum; ad aquilonem, inter Campilonem et Haletum Ferreum(b)-Montem : inter Nasaniam et Awaniam (c), Tabulae-Fontanam; ad occidentem, rupem Sulmoniensem et fluvium Lumniam (d).

2. Haec gens<sup>2</sup>, diu inaccessis montibus seclusa, tempore Valentis imperatoris repentina rabie<sup>3</sup> Gothorum terras invasit : et rex eorum Filimer (e), ante cum Gothis Gethicas et Schyticas (f) terras ingressus, reperit ibi quas-

(a) *Credere*, M. et D. : *fidere*.

(b) *Ferreum*, M. et D. : *frareum*.

(c) *Awaniam*, M. et D. : *Anvanam*.

(d) *Lumniam*, M. et D. : *Lunnam*.

(e) *Filimer*, M. et D. : *Filemer*.

(f) *Schyticas*, M. et D. : *Scythicas*.

<sup>1</sup> Beregisum in monasterio S. Trudonis parentum traditione sub religionis habitu educatum ae sacris litteris informatum fuisse tradit ipsius vitae scriptor, deinde a Pippino, Ansegisili filio, adscitum, ut praecipuum sacerdotem, ejus doctrinae instituendum se cum conjuge et prole tra-

didit (M. et D.).

<sup>2</sup> Haec historia de Hunnorum origine ex Jornande, episcopo Gottorum, ab authore *Cantatorii* mutuata est, sed ab authoribus probatis improbat : pro quo vide Nicolaum Remigii *Daemonolatriae*, lib. I, cap. 6, et Jo. Chapeaville, tom. I, *Hist. episcop. Leodiens.*, in sancto Valentino (B.).

<sup>3</sup> Quae hic referuntur videntur desumpta ex Jornande, libro *De rebus Geticis*, cap. 24 (M. et D.).

dam magas, quas Alirunnas (a) dicunt, et eas suspectas habens, per solitudines fugatas exturbavit. Cum his sylvestres homines, quos Faunos Ficarios dicunt, coeuntes, hoc genus ferocissimum inter Maeotidas (b) paludes genuerunt; quod tetrum et exile, vix humanam imaginem repraesentans, videntibus se nimium ingerebat terrorem vultus sui horrore, eo quod esset deformis, et execrandae nigredinis. Maribus genae desiccantur antequam lactentur, ut jam tunc tolerare laborem cogantur: forma quidem exigui, sed motibus arguti, et expediti atque ad equitandum promptissimi (c), scapulis latis, et ad arcuum curvationem et sagittandum periti, cervicibus firmis, et semper superbia erectis; animos ferocissimos habentes, et belluino more viventes. Hi cum Athala, rege suo, divinae (d) vindictae jussibus subservientes, dum Galliarum urbes et castella simul et ecclesias vastarent, hoc quoque castrum in transitu suo subverterunt.

Page 3.

3. At Beregisus, continuis insistens laboribus, solatiis etiam quorundam fidelium adjutus, sylvestrem solitudinem purgavit, et habitabilem fecit, nec prius abstitit, quam ecclesiam beati Petri, apostolorum principis, quae in praefato castro olim funditus eversa fuerat, a fundamentis restitueret, et, collectis secum religiosi<sup>1</sup> clericis, abbatis nomine et officio ibidem Deo militantibus praesesset. Quo post labores hujus peregrinationis ad Dominum migrante, longo post tempore successores ejus ibi perseveraverunt in clericali scemate, donec, Ludovico pio imperatore, filio Caroli magni, regnante, divina dispositio locum eundem ampliavit hoc ordine.

Ambra castrum ab Hunnis, sub Attila, evertitur, anno 451 (B.).

S. Beregisus ecclesiam S. Petro et monasterium construit, circa annum 687 (B.).

S. Beregisus construit clericorum abbatiam (M. et D.).

4. Ejus tempore praecerat ecclesiae Leodiensi quidam venerandae memoriae episcopus (e) Walcandus (f), in ministrandis et (g) instaurandis rebus ecclesiasticis admodum strenuus et studiosus (h). Et, ut per excessum de ipsa

Page 4.

S. Hubertus urbem Leodiensem fundat, sedemque episcopalem cum corpore S. Lamberti in eam transfert, anno 709 (B.).

(a) *Alirunnas*, M. et D. : *Alirumnas*.

(b) *Maeotidas*, M. et D. : *Maeotides*.

(c) *Promptissimi*, M. et D. : *prompti sunt*.

(d) *Divinae*, omis par les Bénédictins.

(e) *Episcopus*, omis.

(f) *Walcandus*, M. et D. : *Gualcandus*.

(g) *In ministrandis et*, omis par M. et D.

(h) *Et studiosus*, omis.

<sup>1</sup> Clericos saeculares in monasterio Andaginnensi a Beregiso abbate institutos fuisse vulgo ferunt; at repugnare videtur quod Beregisus

ipse, *sub religionis habitu* in Trudoniano monasterio educatus, clericos saeculares in vasta solitudine adunaverit. Certe clericorum nomine saepius intellectos fuisse olim monachos docet Mabillonius, in praefatione ad saec. 11 Bened. Mihi omnino probabile videtur primos Andaginnensis coenobii inhabitatores monachos fuisse, quibus, ignoto nobis aliquo casu, substituti fuerunt clerici, et his iterum monachi. Hinc Beregisus in martyrologio Benedictino collocatur die 2 octob. (M. et D.).

Leodiensi sede aliqua necessario dicantur, eandem episcopii sedem beatus pontifex Hubertus ab urbe Tungrensi olim Trajecti permutatam, ab eodem vico transtulit Legiam, ut quia suo tempore magnae industriae et potestatis viguit, modicam villulam in nobilissimam civitatem, et sedem episcopalem suscitavit, ibidemque leges publici juris et forenses mensuras quae adhuc supersunt, constituit. Quo etiam cum per revelationem divinam, ossa praedecessoris sui beati Lamberti martyris retulisset, eumque in loco martyrii ejus sepeliens, ecclesiam condecens super eum aedificasset: in pede quoque Publici Montis, in honore beati Petri apostoli, templum extruxit, ubi, migraturus ad Dominum, sepeliri corpus suum destinavit. Cujus sanctitatem cum crebra miracula declararent, sexto decimo anno migrationis suae translatus in ecclesiam beati Lamberti a praedicta ecclesia beati Petri, ibidem veneratus est per annos septuaginta et quinque.

S. Hubertus obiit anno 727 (B.).

Transferitur in ecclesiam S. Lamberti, an. 743 (B.).

Walcandus episc. monachos instituit in Andaginensi coenobio (M. et D.).

Page 5.

Anno 817, Walcandus episcopus, restaurato monasterio Andagno, pro canonicis monachos in eo collocat (B.).

5. Anno vero incarnati Verbi DCCCXXV, regnante, ut dictum est, Ludovico pio, cum idem princeps ecclesiasticis rebus studeret et (a) in regno suo congregationes sanctorum vel constitueret vel olim constructas ampliaret; ad hoc idem agendum exemplo suo informabat et civitatum pontifices et provinciarum principes. Interea clerici praefatae cellae beati Bregisi, cum jam pene deficerent, utpote in tam vasta et sterili eremo constituti, accepta occasione sibi consulendi, ad Walcandum (b), Leodiensem episcopum, se contulerunt, et quomodo pridem (c) locum eorum divina Providentia elegisset, quasque in eo paterentur necessitates, illi retulerunt. Laetatus ille se invenisse opportunitatem salutis suae providendi, si in eodem loco collaboraret voluntati divinae, omnimoda intentione id sequendi (d) curam concepit, et, juvante Deo, in praesentem statum suscitavit. Nam, commutato ordine clericali, anno Incarnationis Dominicae (e) octingentesimo septimo decimo, IV idus Augusti, in die S. Laurentii martyris, monachorum ibi religionem constituit, dispositis eis possessionibus et legaliter confirmatis in posterum, quae sufficerent usibus ibi Deo servientium. Constitutum est etiam ex communi decreto, ut, de redditibus donationum, quae factae fuerant beato Bregiso (f), ab eorum procuratoribus ad locum ipsum deferretur in eadem die annuatim

(a) Et, omis par M. et D.

(b) Walcandum, M. et D. : Gualcandum.

(c) Pridem, M. et D. : praedictum.

(d) Sequendi, M. et D. : exsequendi.

(e) Incarnationis Dominicae, M. et D. : Dominicae incarnationis.

(f) Bregiso, M. et D. : Bregisio.

oblatio, ut ex hoc in posterum et prioris acquisitionis et posterioris additamenti (a) discerneretur ecclesiastica possessio. Quo dum plures concurrerent, ut in tam remota eremo, tanto liberius quanto et secretius Deo vacarent, quidam etiam nobiliores clerici de ecclesia <sup>1</sup> beati Lamberti eo convenerunt, mutatoque habitu, ad contemptum mundi se ipsos viriliter accinxerunt.

6. Hi, secum deliberato consilio eundem locum adhuc honestius sublimandi, praesertim cum in hoc ipso patrocinari sibi sperarent favorem pontificis, petierunt ab eo transferendum illo corpus beati Huberti, asserentes urbi sufficere patrocinium beati Lamberti. Quae res, licet pro sui magnitudine nimium difficilis videretur pontifici, divina tamen gratia cui nihil est impossibile, justis petitionibus acceleravit effectum. Nam, collecta episcoporum synodo provinciali <sup>2</sup> apud ecclesiam beatae Mariae Aquisgrani palatii, Ludovicus, pius et religiosus imperator, interesse voluit ecclesiasticis utilitatibus ibidem disponendis. Ubi cum Walcandus (b) referret consilium de transferendo corpore beati Huberti ad locum Andaginum, divina dispositione, praedicti principis et totius synodi inde voluntarium obtinuit assensum, indicta ei conditione, ut tanto pontifici convenientem ampliaret honorem, et, collectis ibidem fratribus, tam praesentibus quam futuris vel posteris, curaret omnem excludere necessitatem. Constituta vero die ad rem exequendam, ipse princeps Leodium venit, et cum palatina tum etiam populari frequentia, corpus sanctum quod cum loculo suo lapideo transferebatur, devotissime prosecutus, Mosam illud transposuit cum divinis hymnis et laudibus. Cui etiam multa dona contulit regia largitione, quae licet deperierint vel temporum vetustate vel vastatorum distractione, ex eis tamen quaedam nostris adhuc temporibus supersunt ecclesiae. Superest optimus sanctorum evangeliorum textus, auro gemmisque paratus: superest psalterium <sup>3</sup> auro scriptum, per denos psalmos capitalibus litteris distinctum; superest in uno volumine

Page 6.

An. 825, corpus S. Huberti Leodio Andaginum transfertur (B.).

Ludovicus pius imperator dona confert monasterio (B.).

Coenobii Andaginis varii codices manuscripti.

(a) *Additamenti*, M. et D. : *adjumenti*.

(b) *Walcandus*, M. et D. : *Gualcandus*.

<sup>1</sup> Id est ecclesia cathedrali quae S. Lamberto episcopo et martyri sacra est. (M. et D.)

<sup>2</sup> Hoc concilium pro reformatione monachorum sub Paschali papa congregatum est an. 817; in quo convenerant, exceptis abbatibus, episcopi decem. Vide Binium, tom. III, *Concil.*; Miraeum in *chron.*, ad annum 817. Ea est sententia Jo.

Roberti, sed probabilius est de transferendo corpore sacro actum prius in synodo habita anno 821 (B.).

<sup>3</sup> Hactenus servatur in Andaginesi monasterio psalterium auro elegantissime exaratum, non a Ludovico pio, ut credit auctor, sed a Lothario, ipsius filio, donatum, ut probant versus qui initio codicis reperiuntur (M. et D.). Voir l'Introduction.

maximo super totum psalterium beati Augustini expositio : superest et liber ejusdem (a) qui intitulatur : *de Trinitate*; supererant duo totius anni Ome- liarii, quibus renovatis, hyemalis datus est in eleemosyna ecclesiae<sup>1</sup> Givinia- censi (b), aestivalis vero missus est cellae Pirensi. De translatione autem beati Huberti caetera reticere censuimus, quia (c) evidentius et latius ea enumerat ejusdem translationis proprius<sup>2</sup> textus. Sed et hoc nimirum cum sit actum divina gratia disponente, credi probabiliter potest eundem beatum pontifi- cem in loco quo venerabilis Beregisus quiescebat, se quoque voluisse gra- tanter quiescere.

S. Hubertus et S. Bere-  
gisus coetanei (M. et  
D.).

Page 7.

S. Hubertus et S. Bere-  
gisus contemporales  
(B.).

7. Fuerunt denique contemporales ejusdemque loci studiosi cooperatores. Decuit ergo ut quorum, dum in corpore manerent, viguit ad invicem fami- liaris charitas (d), eorum etiam veneraretur a devotione fidelium in uno eodemque loco beatorum corporum societas. Quod vero contemporales (e) fuerint, si quis certius nosse voluerit, ex gestis Francorum per tempora regum et principum probare poterit. Pipinus enim, primus hujus nominis, sub Lo- thario rege, qui fuit filius Hilperici ex Fredegunde, dux et major domus exstitit, negotia regni disponens cum domino Cuniberto, archiepiscopo Co- loniensi, qui sub regibus Dagoberto et Sigiberto nobiliter et sapienter se agens perseveravit. Hic genuit ex Idda, uxore sua nobili et religiosa, Gri- moaldum et Beggam et beatam Gertrudem : Begga (f), nupta Ansegiso duci, genuit hunc nostrum Pipinum, secundum hujus nominis, tempore Hilderici et Theoderici regum. Sub hoc Hilderico, beatus Lambertus in episcopatu Trajectensi (g) viguit. Theodericus autem rex, ut erat hebetioris ingenii, ab- usione nequissimi Ebroïni, qui erat major domus ejus, admodum apud Fran- cos viluit. Nec multo post Hildricus (h), qui erat potentior, in venando in- teriit, interceptus a quodam Bodilone nobili, quem contra legem majorum ad stipitem ligatum fecerat caedi; et cum post eum Theodericus (i) totum

(a) *Ejusdem*, omis par M. et D.

(b) *Giviniacensi*, M. et D. : *Guviniacensi*.

(c) *Quia*, M. et D. : *quod*.

(d) *Familiarischaritas*, M. et D. : *familiaritas*.

(e) *Contemporales*, M. et D. : *temporales*.

(f) *Begga*, M. et D. : *Begga vero*.

(g) *In episcopatu Trajectensi*, M. et D. : *Tre- gentensi*, et en marge : *Trajectensi*, omettant in episcopatu.

(h) *Hildricus*, M. et D. : *Hildericus*.

(i) *Theodericus*, M. et D. : *Theodoricus*.

<sup>1</sup> Guviniacense sive Juvigniacense monaste- rium virginum ordinis S. Benedicti in diecesi Trevirensi S. Scholasticae sacrum. (M. et D.)

<sup>2</sup> Ejus translationis acta sive textus exstant apud Mabillonium, saec. IV. Benedictino, part. I, p. 295 (M. et D.).

percepisset regnum, tertio anno praedictus (a) Pipinus, Ansegisi et Beggae filius, dux Austrasiorum factus, invaluit et beatum Lambertum (suggestione Ebroïni et factione Coloniensis episcopi ab episcopatu ejectum), exturbato Faramundo, sedi suae restituit, post septennium injustae illius ejectionis suae. Ipse quoque sanctus pontifex post in brevi pro defensione veritatis et castitatis, ut in gestis<sup>1</sup> ejus legitur, martyrio coronatus occubuit, eique in episcopatu beatus Hubertus successit. Quo etiam tempore dono praedicti Pipini ejusque uxoris Plectrudis, locum Andaginum, coelitus designatum, excolendum Beregisus suscepit. Et quia beatus Hubertus, pro cura animarum sibi credita, ut in vita ejus legitur, per omnem Arduennam studuit evacuare idolatriam quae adhuc ibidem supererat, liquet quod ex confrequentatione commeandi uterque fuerit notissimae cognitionis ejusdemque in Deum dilectionis et devotionis, nec minus etiam cooperationis in hoc loco divinae electionis. Utriusque instantia praedicationis, fatiscente perfidia, in eodem territorio profecit augmentum christianae religionis; unde et, largiente Domino, concessum est ut quos ipsa provincia adhuc in carne positos meruit habere doctores, eosdem cum Christo regnantes habeat speciales patronos et defensores.

Page 8.

8. Quanta et quali sagacitate idem episcopus Walcandus (b) locum ipsum ampliare studuerit, quibus possessionum redditibus, vel ex proprio, fratrisque sui Crohengoldi patrimonio, sed et ex cassamentis a quibusdam subtractis saecularibus, subsidium vivendi tam posteris quam praesentibus perpetuo habendum procuraverit, si quis nosse voluerit, relectis auctoritatis ejus privilegiis plenaliter addiscere poterit. Quae privilegia licet ex magnae devotionis affectu condidisse videretur, moroso tamen consilio, et saepius ventilato, assensu cleri et senatus et quorumcumque (c) nobilium et sapientum (d) Leodiensis ecclesiae, sed et consultu metropolitani sui Coloniensis Hildeboldi pontificis, auctoritate etiam<sup>2</sup> Leonis, Romani pontificis, et attestatione Ludovici piissimi imperatoris, filii magni Caroli, ea condidit, et canonica confirmatione roboravit. Et ut aliqua ex eisdem privilegiis interponamus: « Res,

Walcandus episc. confirmat possessiones monasterio ab antiquo collatas, videlicet Apevillam, Nelmam, Palatiolum, Gamedellam, Telins, Les Terneux, Ruvoniam, Frandoux, Gabelium, Anseroniam, Rumeninas, item ecclesias de Melsin, Martilenges, Builaide (B.).

(a) *Praedictus*, M. et D. : *prudens*.

(b) *Walcandus*, M. et D. : *Gualcandus*.

(c) *Quorumcumque*, M. et D. : *quorumque*.

(d) *Sapientum*, M. et D. : *sapientium*.

<sup>1</sup> Ejus gesta cum praevis admonitionibus et

notis ac dissertatione de causa mortis S. Lamberti, edidit Mabillonius, saec. III Benedictino (M. et D.).

<sup>2</sup> Id est Leo III qui Romanam regit ecclesiam ab anno 795 ad 816 (M. et D.).



Page 9.

Item alias superaddidit videlicet Terwaniam, Tilleur, Marloye, Aye, Avent, Nettine, Florias, Wouvonium, Arduanium, Braz, Vesqueville, Lisere, Evernicourt, Soulpy, Noyers, Buthesamum, vineas tres in castro Hoyensi, domum unam Leodii, vineam et domum unam in *Vieu-Vignis* (B.).

Item decimas vini in villis *Goganhem*, *Berthaheim* et *Cunerono*; item villas de *Tavier* et *Ernau* (B.).

» inquit, vel possessiones quae ad eundem locum deputata hactenus fuerunt,  
 » jure firmissimo delegamus, id est, Apervilla (a)<sup>1</sup>, Lotvilla<sup>2</sup>, Nelma (b)<sup>5</sup>,  
 » Palatiolum<sup>4</sup>, Gamedella<sup>5</sup>, *Telins* (c)<sup>6</sup>, Lesternuus (d)<sup>7</sup>, Ruvonia<sup>8</sup>,  
 » Frandilionis (e), Gabelium<sup>9</sup>, Anseromia<sup>10</sup>, Rumendinis<sup>11</sup>, et ecclesias Mel-  
 » sini (f), *Martilinges*, Builaidas, cum omnibus appenditiis suis. Similiter  
 » etiam, consensu fratrum nostrorum, concessimus et permanere volumus  
 » eidem cellae alias res ex rebus ecclesiae nostrae, quae videlicet non indo-  
 » minicatae, sed in beneficio constitutae fuerunt, id est Tervonia (g)<sup>12</sup>,  
 » Teuledum (h), Marlida, Aldamum, Alventium, Nentina, Florias, Wou-  
 » vonium, Arduanium (i), Bractis, quae alio nomine nuncupatur Episcopi-  
 » Villa, Lisura, Everni-Cortem, Sulpiacum, Nogarias, Buthesami (k), vineas  
 » tres in castro Hoi, mansionem unam apud Leodium a nobis constructam,  
 » nec non et vineam unam cum manso ad se pertinente in territorio Leodiensi,  
 » nuncupato *Viugnis* (l)<sup>13</sup>, cum omnibus appenditiis suis. » Item in eodem  
 » privilegio post pauca : « Divino, ut credimus, consilio et nostrorum fidelium  
 » consensu, tradimus jam praefatis monachis omni anno de argento libras  
 » viginti, ac decimam de caseo ex omnibus villis nostris indominicatis, et de  
 » tribus villis decimam vini, videlicet de *Goganhem* (m) et *Berthaheim* (n)  
 » atque *Cunerono*. Post hoc (o) duas addimus eis, scilicet Tavernas et *Er-  
 » nau* (p), ut omnia regulariter viventes ibi in victu et vestitu satis abundeque  
 » haberent. Ista omnia coram clericis et laicis nostris in eodem privilegio  
 » cedimus et permanere cupimus, tam nostris quam successorum nostrorum

(a) *Apervilla*, M. et D. : *Aprovilla*.(b) *Nelma*, M. et D. : *Nelina*.(c) *Telins*, M. et D. : *Telvis*.(d) *Lesternuus*, M. et D. : *Lesteruvris*.(e) *Frandilionis*, M. et D. : *Fandilionis*.(f) *Melsini*, M. et D. : *Melsun*.(g) *Tervonia*, M. et D. : *Ternonia*.(h) *Teuledum*, M. et D. : *Teulidum* (Til-  
leur).(i) *Arduanium*, M. et D. : *Anduanium*.(k) *Buthesami*, M. et D. : *Buthesaim*.(l) *Viugnis*, M. et D. : *Inugilis*.(m) *Goganhem*, M. et D. : *Goganhem*.(n) *Berthaheim*, M. et D. : *Berthaheim*.(o) *Hoc*, M. et D. : *haec*.(p) *Ernau*, M. et D. : *Arnau*.<sup>1</sup> *Arville* (B.).<sup>2</sup> *Lotvilla*, pagus olim apud *Richerival* dictum  
*Louville* (B.).<sup>3</sup> *Naomez* (B.).<sup>4</sup> *Palizeux* (B.).<sup>5</sup> *Gemelle* (B.).<sup>6</sup> *Telin* (B.).<sup>7</sup> *Lesterny* (B.).<sup>8</sup> *Revogne* (B.).<sup>9</sup> *Gabelium*, *Givet* (B.).<sup>10</sup> *Anseromia*, *Anseresme* (B.).<sup>11</sup> *Rumendinis*, *Romedenne* (B.).<sup>12</sup> *Tervonia*, *Terwagne*.<sup>13</sup> *Vieu-vignis* (B.).

» temporibus. Postquam ergo ista, gratia Dei, rationabiliter a nobis per  
 » omnia ordinata ad aures imperiales devenissent, magno gavisus est impe-  
 » rator gaudio, coenobium Suguilis nomine in quo dicatae (a) erant moniales,  
 » partibus sanctae Mariae et sancti Lamberti, cum omnibus suis appenditiis  
 » tradidit jure firmissimo, ut episcopatus <sup>1</sup> Tongrensis sedis in nullo mino-  
 » rari videretur pro rebus quas Dei servis in monasterio praefato concessimus.  
 » Et insuper ad praefatam cellam, quamdam sylvam, quae dicitur Wangi-  
 » sisus-Mons, tradidit, eandemque legaliter traditionem imperiali privilegio  
 » firmavit et signavit. » Harum possessionum maxima pars huic ecclesiae  
 jamdiu deperit, non solum violentia saecularium, sed etiam episcoporum  
 Leodiensium. Walcandus (b) vero episcopus Altuenum <sup>2</sup> abbatem qui loco  
 praeesset ordinavit, possessionesque et redditus quibus fratres subsisterent,  
 legali privilegio ecclesiae facto, in perpetuum confirmavit, credens specialius  
 profuturum sibi quidquid ibidem gereretur usque in finem saeculi. Qui  
 autem praefato abbati successerint (c), vel quamdiu praefuerint vel quomodo  
 sub unoquoque eorum locus ipse aut profecerit aut defecerit, neque legi-  
 mus, neque a quoquam certius relata didicimus; ideoque, iis praetermissis,  
 quae nostris temporibus audivimus et vidimus, gesta revolvamus.

9. Anno incarnati Verbi millesimo trigesimo quarto, decedente Re-  
 nuarado (d) <sup>3</sup> abbate, successit ei dominus Adelardus a Raginardo episcopo  
 ecclesiae beati Huberti abbas ordinatus, qui fuerat monasterii sancti Tru-  
 donis scholasticus et thesaurarius. Ipse, ut erat vir industrius et prudens,  
 cum gravaretur longa et maxima famis necessitate, tum etiam inter impera-  
 torem Henricum et ducem Godefridum majorem diuturna et inexorabili  
 seditione, castrum Mirvoldi ecclesiae acriter imminentis, ex edicto imperiali  
 omnium fere principum cis-Rhenum consistentium gravissima obsidione;  
 tamen commissum sibi locum <sup>4</sup> (quod periculo temporis difficillimum erat,

Page 10.

Item Sylvam de *Wagi-*  
*mont*, forte *Bagimont*  
(B.).

Altveus, II abbas (B.).

Altuenus abbas (M. et  
D.).Anno 1034, Renuardus  
abbas (B.).Anno 1034 succedit ei  
Adelardus (B.).  
Renuardus et Adelardus  
abbates (M. et D.).Obsidio castrum *Mirvart*  
(B.).(a) *Dicatae*, M. et D. : *Deo dicatae*.(b) *Walcandus*, M. et D. : *Gualcandus*.(c) *Successerint*, M. et D. : *successerunt*.(d) *Renuardo*, M. et D. : *Renuardo*.<sup>1</sup> Ex hoc loco patet quod, etiamsi sedes epis-  
copatus Leodiensis esset translata a S. Huberto,  
nihilominus tamen diu post dicta sit episcopatus  
Tungrensis (M. et D.).<sup>2</sup> In libro miraculorum S. Huberti dicitur Al-  
veus (M. et D.).<sup>3</sup> In catalogo abbatum ponitur decimus no-  
nus A° 1033 (B.).Renuardus in catalogo abbatum constituitur  
decimus nonus (M. et D.).<sup>4</sup> Intellige monasterium, non autem ipsum  
castrum (B.).

Page 11.

Henricus imperator privilegium concedit Adelardo pro nundiais, theloneo, banno et iustitia exercenda (B.).

Tria placita per annum fieri solita, praesente advocato monasterii (B.).

Page 12.

An. 1055, mortuo Adelardo, succedit D. Theodericus I., natus in pago *Leerne*, non procul a monasterio *Lobhensi*, patre Theoderico viro nobili: puer apud *amitam*, in monasterio *Malbodiensi* religiosam, educatus (B.).

ne omnino destrueretur) non solum viriliter detinuit, sed et (a) possessionibus ampliavit, ornamentis palliorum decoravit, aedificiis honestavit (b). Aedificavit refectorium fratrum cum dormitorio, aedificavit cameram abbatis cum palatina domo. Ecclesiam Alventiensem, quam ex patrimonio suo episcopus Walcandus (c) olim loco contulerat, a quibusdam invasoribus viriliter defensam retinuit. Quartam partem Calviciaci fisci<sup>1</sup> a quodam nobili Roberto emit, cujus omnimoda (d) medietas ab antiquo erat ecclesiae donata sibi pro satisfactione a Stephano comite, eo quod castellum *Mirvot* (e) violenter et injuste firmasset in ecclesiasticas possessiones. Habito quoque colloquio apud *Ivodium* (f) inter imperatorem Henricum, itemque Henricum regem Francorum, ejusdem imperatoris banno et auctoritate firmatum ecclesiae mercatum procuravit, cujus omnes justitias, Theloneum (g), bannum, comitatum, latronem, foralia, vel cujuscumque placiti questum vel querelas; ex antiquo more, potestativo (h) jure obtinuit tempore quoad vixit (i), et sine ulla calumnia successoribus suis obtinenda, immo totam integram abbatiam reliquit. Ejus adhuc tempore, vigente publici juris justitia, in tota abbatia nullus advocatus alicui placito intererat, nisi tribus generalibus in anno. In iis (k), si quod vadium proveniret iudicio scabinorum, eorum quoque arbitrio determinabatur solvendum, non ad voluntatem dominorum (l), sed ad possibilitatem personarum. De eodem questu communi advocatus obsonium debitum accipiebat, et si minus proveniret, ecclesia illud supplebat. Propterea (m) si quem rebellem advocatus ad justitiam faciendam compellebat, decatervam (n) suam accipiebat.

10. Anno vero incarnati Verbi millesimo quinquagesimo quinto, suae autem ordinationis vigesimo secundo, cum decessisset, successit, auctore Deo,

- (a) *Et*, M. et D. : *in*.  
 (b) *Ornamentis palliorum decoravit, aedificiis honestavit*, omis par M. et D.  
 (c) *Walcandus*, M. et D. : *Gualcandus*.  
 (d) *Omnimoda*, M. et D. : *omnimodo*.  
 (e) *Mirvot*, M. et D. : *Murvot*.  
 (f) *Ivodium*, M. et D. : *Evodium*.  
 (g) *Theloneum*, M. et D. : *Telonium*.  
 (h) *Potestativo*, M. et D. : *protestativo*.  
 (i) *Quoad vixit*, M. et D. : *quo advixit*.  
 (k) *Iis*, M. et D. : *his*.

- (l) *Dominorum*, M. et D. : *duorum*.  
 (m) *Propterea*, M. et D. : *praeterea*.  
 (n) *Decatervam*, M. et D. : *decatervam*.

<sup>1</sup> Adilardus abbas emit quartam partem de *Chauveney*, cujus medietas donata fuerat monasterio a Stephano comite anno 955. Traditio autem facta anno sequenti in praesentia Brunonis, archiepiscopi Coloniensis, Baldrici, episcopi Leodiensis, etc. Vide *Antiqua miracula S. Huberti*. Mirac. XX (B.).

illi dominus (a) Theodericus, Lobiensis coenobii monachus, a Richardo <sup>1</sup> abbate nutritus, et a Gerardo, venerabili Cameracensium (b) pontifice, consequenter in sacerdotem ordinatus, litteris apprime eruditus, quas etiam honestis decorabat moribus, adeo ut et ingenii vivacitate et morali probitate tam juvenibus quam senibus admirabilis et imitabilis (c) haberetur; et, quod est difficillimum, gloriam sine invidia assecutus, omnibus indifferenter esset charus. Unde in philosophia famosus et, pia concertatione, a vicinarum congregationum abbatibus ad regendas scholas evocatus, Stabulaus, sub abbate <sup>2</sup> Poppone, deinde Virduni, sub abbate Gualeranno, domini (d) Richardi successore, postremo Mosonii, sub Rodulpho (e) abbate, tam studiis liberalibus quam probis moribus multos instituit; quos postea vidimus imitatores et assertores ejusdem magistri sui viros honestissimae probitatis. Qui postea licentia abbatis sui <sup>3</sup> Hugonis Lobiensis, Jherosolymam (f) adire conatus, sed per Pannoniam transire praepeditus, Romam quasi per Adriaticum mare navigandus (g) divertit, ibidemque Theoduinum, post Deo dignum (h) Leodiensem episcopum, cum quibusdam sibi familiariter notis in ecclesia beati Petri invenit. Quorum suggestione, immo pontificis amica prohibitione ulterius progredi repressus (i), cum eis patriam rediit (k), et inter redeundum, cujus esset scientiae, gravitatis et perfectionis perspectus (l) a praedicto pontifice, monasterio suo honorabiliter est relocatus.

Theodericus: I abbas ex monacho Lobiensi, vir doctus (M. et D.).

Litteras docet in monasteriis Stabulensi, Virdunensi et Mosomensi (B.).

11. Non multo post Henricus imperator <sup>4</sup> Theoduiño episcopo indixit ut

- (a) Dominus, M. et D. : *Domnus*.  
 (b) Cameracensium, omis par M. et D.  
 (c) Admirabilis et imitabilis, M. et D. : *amirabilis et immutabilis*.  
 (d) Domini, M. et D. : *Domni*.  
 (e) Rodulpho, M. et D. : *Rodulfo*.  
 (f) Jherosolymam, M. et D. : *Hierosolymam*.  
 (g) Navigaturus.  
 (h) Ibidemque Theoduinum post Deo dignum Leodiensium episcopum, M. et D. : *ibidemque praeter (en marge est ajouté spem) Deodignum (en marge : Deoduinum) Leodiensem episcopum*.  
 (i) Repressus, M. et D. : *pressus*.  
 (k) Rediit, M. et D. : *petiit*.  
 (l) Perspectus, M. et D. : *prospectus*.

<sup>1</sup> Abbate Virdunensi sancti Victoris viro in-

comparabili et multorum insignium monasteriorum reformatore, cujus acta habes apud Mabillonium, saeculo VI Bened. (M. et D.).

<sup>2</sup> Hic etiam multis in monasteriis collapsam restauravit disciplinam, cujus acta ab abbate Altimontensi scripta habes apud Bollandum, 28 jan., et apud Mabillonium, saec. VI Bened. (M. et D.).

<sup>3</sup> Hic creatus est abbas anno 1033, in die Pentecostes, vivere desiit 1033, ex brevi chronico Lobiensi, tom. III, *Anecdot.* (M. et D.).

<sup>4</sup> Deoduinus, episcopus Leodiensis, creatus est anno 1047, teste Alberico in chronico, cujus habes epistolam adversus Berengarium, apud Mabillon, t. IV *Annal.* (M. et D.).

Desticiatur in scholasticum Fuldensem (B.).

Page 13.

Postulatur ad regendum scholas Fuldenses (M. et D.).

Eligitur abbas (M. et D.).

sibi aliquem monachum ab abbate Richardo institutum procuraret, quem in Fuldensi monasterio scholasticum praeficeret. Episcopus Theodericū, quem a Roma usque Leodium ad hoc fuerat expertus idoneum, a Lobiensi monasterio evocavit, secumque detinebat quasi legandum imperatori: Evocatis interea ex edicto episcopali abbatibus et archidiaconis pro ordinando patre destitutae ecclesiae beati Huberti, adfuit et ipse cum caeteris, securus (a) tamen ipsius sibi agenda ordinationis. Episcopo vero consulente quis haberetur idoneus desolatae praeponi ecclesiae, Godiscalcus quidam, honestae gravitatis persona, itemque Anselmus, decanus ecclesiae sancti Lamberti, quorum vigeat permaxima auctoritas in hujus modi rebus disponendis, responderunt, locuti prius cum consilio, talem providentiam bene convenire fratri Theoderico. Succlamantibus aliis id (b) illos bene sensisse, ipse etiam episcopus in sententiam concessit voluntarie; et, evocato domino (c) Theoderico, ut abbas fieret obnixius coepit insistere. Ille econtra reniti qua poterat virtute, impossibilitatem suam et insufficientiam suam praetendere; imparem se tanto oneri reclamare, lacrymis etiam attestari cor a labiis non distare; episcopus econtra renitentem cogere, conventus omnis incessere ne divinae vocationi et voluntati videretur obsistere. Tandem tantorum oppressus auctoritate et violentia (d) attractus, a Gonzone, Florinensi abbate, et Stephano, S<sup>i</sup> Laurentii, injunctam sibi curam suscepit et consecratus est abbas in purificatione S. Mariae semper virginis, sicque comitatus praedicto Stephano, abbate S<sup>i</sup> Laurentii, ad commissam sibi ecclesiam concessit, cujus culmen cum de longe vidisset, ut erat tunc hyems asperrima, in mediis nivibus ad terram procidit, et Deum adiutorem sibi adesse cum gemitu inclamavit, apertoque (e) capite <sup>1</sup> et nudis pedibus monasterium usque processit.

12. Exceptus a cunctis cum digno favore, studebat fratribus potius prodesse quam praeesse, et lucrandis animabus magis exemplis quam doctrinis insistere. Fuerunt autem quos ibi invenit fratres, videlicet Robertus, senex, Ermenfridus, decanus, Evrardus, praecentor, Guilielmus (f) praepositus, Alfridus, thesaurarius, Lietbrandus, camerarius, Lambertus<sup>2</sup>, organista, Gua-

Page 14.

Organa musicalia.

(a) *Securus*, M. et D. : *facturus*.

(b) *Id*, M. et D. : *ad*.

(c) *Domino*, M. et D. : *Domno*.

(d) *Violentia*, M. et D. : *violenter*.

(e) *Aperto*, M. et D. : *operto*.

(f) *Guilielmus*, M. et D. : *Guillemus*.

<sup>1</sup> Haec maxime notanda, quia ab ejus vitae scriptore et plura alia hic commemorata praetermissa sunt (M. et D.).

<sup>2</sup> Hic locus praesertim observandus, quia tunc

leramus (a), cellerarius, Robertus, armarius, Stepelinus, exterior scholasticus<sup>1</sup>; et interior Balduinus, Lambertus, Guerizo, Engenulphus (b), Renuardus, Otto, Gualterus (c); multociens autem (d) adversatus ab iis (e) qui in vetèri mente nova meditari cogebantur, licet patienter et tacitus eadem perferret adversa, in enutriendis et erudiendis, in (f) convertendis etiam quos poterat, sagaciter et constanter elaborabat. Enutrivit autem (g) idem abbas inter multos quos ab infantia timere Deum docuit, Gillebertum (h) ejusdem ecclesiae religiosum, postea decanum, in scribendis et renovandis libris studiosum; Alfridum, cellerarium et custodem et postea cellae Mirvoldensis priorem; Liebertum, cellae Bulloniensis priorem primum et postea majoris ecclesiae praepositum; Arnulphum capellanum.

*Gillebertus scriptor eximius.*

Quemdam verò Lambertum, nimis nobilitatem suam extollentem, cum pateretur infestior, non tamen deficiebat ut resipisceret (i), exhortando, Deumque ut ei daret spiritum compunctionis, exorando (k). Hic in natali apostolorum Petri et Pauli lecturus ad vigilias nocturnales, cum ante abbatem sine reverentia inclinationis transire cogitaret, subito expavit se videre inter brachia illius puerum gloriosae habitudinis, abbati quidem hilariter congaudentem, sibi verò minaciter indignantem. Qui dum tremens vix in legendo subsisteret, rediensque humillimam inclinationem abbati exsolveret, mirantibus cunctis, adeo resolutus est in lacrymis, ut nullo modo cessaret a singultibus et suspiriis. Post vigilias affusus abbatis pedibus, confessus est peccata sua ad purum, petens ab eo indicendum pro poenitentia sibi exilium, voluntaria mendicitate a se transigendum. Hortante vero abbate illum remanere secum et spondente se illi in poenitentia collaboraturum, respondit non sibi videri utile; cum quibus dolebat se vixisse nolle (l), amodo vivere, ipsique loco quasi conscio erroris sui nulla re amplius inesse. Sic ergo se-

Lamberti monachi conversio miraculosa et poenitentia (B.).

Lamberti Superbi monachi mira conversio (M. et D.).

Page 15.

rarissima in monasteriis erant organa, qua de re vide quae diximus in comment. in Reg. S. Bened., cap. XIX (M. et D.).

(a) *Gualeramus*, M. et D. : *Gualerannus*.

(b) *Engenulphus*, M. et D. : *Engenulfus*.

(c) *Gualterus*, M. et D. : *Gualterius*.

(d) *Autem*, M. et D. : *vero*.

(e) *Iis*, M. et D. : *his*.

(f) *In*, M. et D. : *et in*.

(g) *Autem*, manque dans le texte des Béné-

dictins.

(h) *Gillebertum*, M. et D. : *Gislebertum*.

(i) *Resipisceret*, M. et D. : *resipiscente*, en marge : *l. ut resipiscerent*.

(k) *Exorando*, M. et D. : *(orando)*.

(l) *Nolle*, M. et D. : *velle*.

<sup>1</sup> Scholasticus exterior is erat, qui exteriores in monasteriis scholas regebat, sive qui saeculares pueros disciplinis informabat; interior, qui monachos (M. et D.).

ipsum obstinatione salubri puniens <sup>1</sup>, ferro per ventrem, perque brachia et tibiae vincitus, prosequente illum abbate cum lacrymis; monasterium exiit, tandemque cum magna defectione pedes Mosomum devenit. Ibi, quia (a) tunc temporis vigeat regularis districtio sub abbate Rodulpho, ab eodem retentus substitit, postque duos fere annos in luctu et poenitentia obiit perseverans (b). Cujus exemplo quidam ex iis qui in loco remanserant, compuncti, et suae salutis facti sunt sollicitiores et abbati ad obediendum subjectiores.

Lambertum (c) de maxima paupertate ad magnam gloriam Dei gratia suscitatum, aliquandiu ipsius ecclesiae praecentorem et scholasticum, postea vero Ragimoldi (d), Rhemensis (e) pontificis, et Henrici abbatis, precatu ecclesiae beati Remigii, scholasticum, cardinalem <sup>2</sup> quoque et decanum; Fulconem, praecentorem post eum, in illuminationibus capitalium litterarum et incisionibus lignorum et lapidum peritum; Gozelinum, in scientia litterali et consilio promptum, sed nullius terrenae administrationis cupidum, Guiredum, Ebernensis cellae praepositum, et, post Theodericum, secundum ecclesiae abbatem ordinatum; Stephanum, Remigium et Rodulphum, praecipuos in studio scriptorum (f); Gerardum, post Wiredu (g), Ebernensem praepositum; Quatinum et Heribrandum ad modum eruditos, sed a Theoderico secundo nimis immature curis exterioribus expositos; Herbertum pictorem, immatura morte praeventum, multum equidem dolendum; Guidonem, scholasticum et praecentorem scientia et moribus insignem; Fulcuinum et utrumque Bernardum, in ecclesiasticis utilitatibus bene valentes (h); Hugonem quoque Maceriensem, nobilitate et simplicitate laudabilem; Helbertum, Leodiensem, in abaco et musica triumphantem; Raginerum Hoyensem (i);

*Fulco litterarum capitalium illuminandarum ac ligni lapidisque incidendi peritus.*

*Herbertus pictor.*

Page 16.

*Helbertus mathematicus et musicus.*

(a) *Ibi quia*, M. et D. : *ibique*.

(b) *Obiit perseverans*, M. et D. : *perseverans obiit*.

(c) M. et D. en marge : *Supple enutrivit*.

(d) *Ragimoldi*, M. et D. : *Raginoldi*.

(e) *Rhemensis*, M. et D. : *Remensis*.

(f) *Scriptorum*, M. et D. : *scriptores* (cette variante n'est pas sans importance, puisqu'elle corrobore l'interprétation de ceux qui font d'Étienne, de Remi et de Rodolphe d'habiles calligraphes). Voir l'INTRODUCTION.

(g) *Wiredu*, M. et D. : *Guiredum*.

(h) *Valentes*, M. et D. : *valentem*.

(i) *Hoyensem*, M. et D. : *Hoiensem*.

<sup>1</sup> Haec erat olim poenitentia eorum, qui propinquiores parentes gladio impetebant, ut ex eodem ferro circulo confecto corpus poenitentis stringeretur, ac peregrinari ad loca sancta, donec circulus ferreus sponte esset disruptus, juberetur. Quam poenitentiam Lambertus, tamquam spiritalis parricida, in se suscepit (M. et D.).

<sup>2</sup> Cardinales in ecclesia S. Remigii dicebantur septem monachi ab abbate designati, qui soli jus et facultatem habebant celebrandi majorem missam, ex privilegio Leonis papae noni, qui ecclesiam dedicavit (M. et D.).

Alsemannum, Gualterum et Godefridum, et fratrem Berengeri abbatis Benedictum.

- 13. Conversi sunt sub eo, monachicam (a) vitam professi, Albertus presbyter, postea Arduennensis praepositus; Theodericus et ipse satis industrius; Condustri praepositus, et post eum abbas ab episcopo Henrico (b) ordinatus; Lambertus, major dictus, in eadem ecclesia ab infantia eruditus: hic jam juvenis a marchissa Beatrice Longobardiam (c) ductus, et apud Drogonem Parmensem aliquandiu philosophatus, cum post interfectionem marchionis Bonifacii patriam suam reverteretur, familiaritate ejusdem abbatis attractus, sub eo factus est monachus. Cujus consilium et auxilium quantum profuerit ecclesiae, vix olim posteris videbitur credibile. Conversi sunt sub eo Berengerus et Adalbero, quorum uterque non multo post functus est abbatis officio. Inde Robertus, canonicus ecclesiae Verdunensis, et post praepositus cellae Cunenensis (d); Raginerus Maceriensis, postea praepositus cellae Pirensis (e); Obertus Theutonicus (f), qui ecclesiae, quoad vixit, Lesuram (g) procuravit, ex ea bene natus; Everardus Dionensis, Stephanus Namucensis (h), Emmao; Alardus, Ebremundus, Guarnerus (i), et Dominicus Hoyensis (k); Fulcaudus Montensis, pro bonis moribus cognominatus Johannes apostolus; Fulcherus, Richerus et Gonterus (l), Portuenses (m) uterque; Arnulphus (n) Valentiniensis, Almannus, Godefridus et Adelo Wavoracenses (o).

His omnibus militantibus Deo sub disciplina regulari praeerat abbas, quasi quidam dux industriae militaris. His omnibus omnia factus conformabat se singulis, donec formaretur Christus in eis; nec quemquam existimabat fortuna vel conditione, sed moribus et religione. Et cum ab ineunte aetate religiose institutus, modestè et castè vixerit, tamen verò hunc (p) sibi met usum vivendi continuandum instituit, ut non nisi semel in die semper reficeret, tam parce tamen, ut continuatim esuriret, et hoc sine ovis et caseo,

Theoderici vita austera (M. et D.).

D. Theoderici abbatis eleemosynae, poenitentiae et orationis fervor (B.).

Page 17.

(a) Monachicam, M. et D. : monachicam.

(b) Episcopo Henrico, M. et D. : Henrico episcopo.

(c) Longobardiam, M. et D. : Langobardiam.

(d) Cunenensis, M. et D. : Cimensis.

(e) Pirensis, M. et D. : Pyrensis.

(f) Theutonicus, M. et D. : Teutonicus.

(g) Lesuram, M. et D. : Laesuram.

(h) Namucensis, M. et D. : Nannicensis.

(i) Guarnerus, M. et D. : Garnerus.

(k) Hoyensis, M. et D. : Hoiensis.

(l) Gonterus, M. et D. : Gunterus.

(m) Portuenses, M. et D. : Pornensis.

(n) Uterque; Arnulphus.... M. et D. : uterque Arnulfus....

(o) Wavoracenses, M. et D. : Wavoracensis.

(p) Tamen verò hunc, M. et D. : tunc hunc.



et absque saginae condimento. In legitimis autem observationibus adventus et quadragesimae, biduanis et triduanis jejuniis se macerabat occulte. Praeter communem monasterii eleemosynam, duodecim pauperes quotidie alebat; quibus, lotis pedibus et manibus, et refectione sufficienti impensa, satis humiliter tanquam Christo se eis in terram prostrabat. Vilissimo strato, superjecto cilicio, paululum quiescebat, ex quo latenter surgens, communes vigiliis semper anticipabat, sicque genuflexionibus et orationibus cum lacrymis Deo se ipsum mactabat.

Diabolus sub cervae figura ipsius orationem perturbantem signo crucis fugat (M. et D.).

Diabolus sub cervae figura eum ab orationibus distrahere studet (B.).

Page 18.

Columba cum ingenti luce ipsi apparet (M. et D.).

Columba pulcherrima cum ingenti luce ei apparet oranti (B.).

In oratione quam assiduus (M. et D.).

15. Quadam autem nocte, cum ille suo more vigiliis anticipans, orationi incumberet, ecce in similitudinem cervae diabolus ei affuit, et orationis ejus intentionem pulsu pedum inquietare coepit. Ille revera cervam existimans, cum indignatione surrexit, perspecturus utrum claustrum ostium negligenter apertum sero remansisset, per quod eadem cerva nocturno errore acta, illo introisset de proxima sylva. Cerva euntem (a) modo praecedens, modo subsequens, acerrime impetebat, donec uterque venit ad claustrum januam, quae diligenter erat obserata. Tandem abbas obstupefactus horrore diabolicae insectationis, cum erectis ad Deum oculis, signum sanctae crucis illi opponeret, dicens: « Ecce crucem Domini, fugite, partes adversae. » Cum tanto strepitu diabolus evanuit, ut omne dormitorium fratrum, sub quo tunc praedicta janua erat, videretur erui. Nec multo post, dum, lassus crebris genuflexionibus, ante majus altare circa mediam noctem prostratus oraret, repente maxima lux per totam ecclesiam coelitus emicuit, et cum ipsa (b) luce columba mirae pulchritudinis apparens, omnes basilicae angulos lustrando pervolare coepit. Quae cum singula sanctorum altaria laetis alarum plausibus, et quadam suae vocis dulcedine hilariter salutasset, postremo leni volatu allapsa, quo venerabilis vir jacebat tamdiu supersedit, donec, pulsatis vigiliis, cum praedicta luce subtracta disparuit. Quod cum fratres, qui in custodia monasterii excubabant, vidissent, et in crastinum abbati quasi nescienti cum admiratione et laetitia retulissent, ille eos cum indignatione redarguit, et ne alicui, quoad viveret, hoc ipsum indicarent praecepit.

16. Praeter canonicas horas quas ut debitas diligenter Deo exsolvebat, in veneratione beatae Trinitatis et gloriosae semper virginis Mariae, itemque Petri apostoli omniumque sanctorum singillatim vigiliis et omnes horas diu

(a) *Euntem*, M. et D. : *eundem*.

(b) *Cum ipsa*, M. et D. : *tum in ipsa*.

decantabat; psalterium (a) etiam inter noctem et diem ex integro percurrens, aut per se psallebat, aut qui pro se psalleret procurabat. In quotidianis vero missarum solemnibus, quibus gemitibus, quave cordis contritione Domino sacrificaturus assisteret, ejus solius est approbare, cujus est omnium hominum corda pensare. Cujus fuerit humilitatis in habitu, cujus gravitatis in incessu, cujus aequalitatis in vultu, cujus honestatis in actu, mirabatur non solum quaelibet ecclesiastica dignitas, sed etiam fastuosa et aliis irreverens saecularis potestas; cujus et laudabiliter magnificabat absentiam, et humiliter honorabat praesentiam. Page 19.

17. Evocatus saepe a religioso Annone<sup>1</sup>, Coloniensium pontifice, amica veneratione excipiebatur, et apud tantum virum aliquandiu familiarissime remorari coactus, divinarum scripturarum mutuo relatu, quasi in aureo Salomonis reclinatorio media charitate constrato, delectabatur. Cui cum forte inter loquendum familiari jocunditate objiceret, quare quosdam barbaros suae parochiae, trans Rhenum commorantes, in quadragesima ab ovis et lacte et caseo, auctoritate pontificali non compesceret, respondit pontifex abstinentiam et religionem ecclesiasticam se quidem omnino approbare, attestari et laudare, differentiam vero ciborum, firmis in fide non multum obesse, cum Dominus in deserto per corvum Heliam (b) paverit, non piscibus, sed carne; saepius autem se id prohibuisse nec praevaluisse; quod christiani dici paterentur multum se gaudere, nedum aliqua violentia absterreret eosdem barbaros a christiana fide (c). Et quia eidem pontifici tanto erat abbas gratior, quanto apud eum constabat honorandae virtutis locus amplior, nunquam ab eo nisi muneribus honoratus redibat, quae et dantem et accipientem omnino decebant.

18. Quadam vero vice idem abbas, cum gratia orationis, tum etiam amore ductus pontificis, Coloniā vadens, apud Juliācum castrum, a conditore Julio ductum, voluit hospitari, ubi et in mane missas celebraturus, ad ecclesiam processit. Mulier autem quaedam in eodem loco languebat, quae omnino cibo et potu privata et somno, ipsos etiam propinquos quod viveret

(a) *Psalterium*, M. et D. : et *psalterium*.

(b) *Heliam*, M. et D. : *Eliam*.

(c) *Fide*, M. et D. ajoutent *elongaret*, ce qui est superflu.

<sup>1</sup> Anno inter sanctissimos ecclesiae Coloniensium

sis praesules merito annumeratur, cujus praecleara acta habes apud Surium, die 4 decembris. Jacet in Sigeburgensi ordinis S. Benedicti monasterio, quod fundaverat (M. et D.).

Anno (*Annoni*) pontifici familiaris (M. et D.).

Mulierem infirmam sanatur (M. et D.).  
Mulierem infirmam apud Juliācum castrum sanatur (B.).

Page 20.

fastidiebat. Haec admonita est per noctem, quādam venerabili persona sibi vigilantī assistente, ut, in mane ad ecclesiam delata, de manu abbatis ibidem missas celebraturi panem benedictum peteret, seque ejus orationibus sanandam confideret. Parentibus languentem deferentibus et abbati pro ea supplicantibus, abbas non solitus loqui, nisi post expletionem psalterii, aversione qua poterat reniti, signis et nutibus hoc non esse suum contestari; tandem convictus concurrentium lacrymis et precibus, quinque oblatas<sup>1</sup> benedicens in ore languentis misit, illaque, statim recepto manducandi usu, convaluit; abbas vitans humanas laudes, citius aufugit, nec ulterius per idem nisi latenter transire voluit.

Adalberonem, Metensium episcopum, visitat (M. et D.).

19. Si quando vero pro responsis ecclesiae domino Adalberoni<sup>2</sup>, Metensium episcopo, se praesentasset, mirabatur postmodum ipsemet in recollendo meminisse qua se illi humilitate vir tantae nobilitatis et potestatis inclinaret, qua benignitate compulsus ad secum prandendum sedere collocaret. Cui cum forte inter prandendum deferrentur pyrorum primitiae, coepit ea pontifex manibus attricare, saepius olfacta super mensam repone, et quasi sub obtentu cujusdam delectationis tangendo et non gustando, se in eis cruciare; a quibus se omnino continens, cum aliis illa divisisset, abbas quod viderat fecisse episcopum diligenter notavit, et causam facti, solus cum solo sedens, humiliter requisivit. Ad haec episcopus altius (a) suspirans ingemuit, et quia, his olim in juventute sua nimis delectatus, se peccasse meminisset, respondit secum deliberasse, ut per quae peccasset, per haec et ipsum puniret abstinendo (b). Aedificatus abbas exemplo hujus abstinentiae, gratulabatur multotiens apud familiares suos id sibi multum postea profuisse, et, ne excederet per illicita, ab ipsis licitis se constanter continebat.

Anno 1071, cellae Evernicurtensis erectio et dotatio (B.).

Page 21.

Erectio cellae Eberneicurtis (M. et D.).  
Helinandus, Laud. ep.

20. Dominus etiam Helinandus, Laudunensis episcopus, anno incarnati Verbi millesimo septuagesimo primo (c), ejus familiaritate delectatus, monuit illum (d) et adjuvit cellam unam in episcopio suo construere, videlicet ante

(a) *Altius*, omis par M. et D.

(b) *Puniret abstinendo*, M. et D. : *abstinendo puniret*.

(c) *Anno... primo*, omis par M. et D.

(d) *Illum*, M. et D. : *eum*.

<sup>1</sup> D'où le mot français : *oublie*.

<sup>2</sup> Hic Adalbero erat filius Frederici, ducis Mo-

sellani, cujus pater fuit Otto, dux item Mosellanus, frater Godefridi Barbati, ducis Bullonii, ex Ricuino, patre, duce Bullonii, comite Arduenensi et Virdunensi (B.).

Adalbero, Frederici I, comitis Luxemburgensis filius, ecclesiam Metensem ab anno 1047 ad 1072 laudabiliter rexit (M. et D.).

novum castellum super Axonam apud Evernei-Curtem (a), ubi ab antiquo possidebat ecclesia beati Huberti quindecim mansos, praeter terram dominicalem. Qui episcopus, ex consensu Fulcardi et Ebali, archidiaconorum suorum, totiusque capituli ecclesiae Laudunensis, altare matris ecclesiae praedictae villae, substitutis illi aliis novem, in Briania unum, in Pugnei-Corte (b) unum, in Mediana-Villa unum, inter Provasium et Provisiolum duo, in Gugnei-Corte unum, in Juvini-Corte (c) duo, in Ranlei-Corte (d) unum, ad opus praedictae contulit cellae: quae omnia ratis et firmis privilegiis, exclusis quoque eorundem (e) altarium personis, habenda in perpetuum confirmavit beati Huberti ecclesiae in Arduenna sitae. Nec multo post reposta est ecclesiae Laudunensi vicissitudo hujus donationis ab ecclesia beati Huberti, videlicet bibliotheca una totius veteris et novi Testamenti. Hanc a domino Gilleberto (f) <sup>1</sup> noviter conscriptam Elinandus pontifex cum Josfrido (g), Parisicensi (h) episcopo, Colonia rediens et ad nos divertens, vidit, et, laudantibus eam clericis suis, concupivit, donatamque sibi, in gratia specialis et perpetuae amicitiae inter ecclesiam Laudunensem et nostram, obtinuit.

Codex manuscriptus.

21. Fuit autem ei causa ad nos divertendi, quasi cujusdam jucundi (i) miraculi eventus. Audierat abbas Theodericus utrumque pontificem per Hoyum (k) transire ut Coloniam irent, missisque ad eos litteris mandavit ut per ecclesiam beati Huberti redirent; litteris autem perditis in Leuga quae dicitur Mala, inter Hoyum (l) et Leodium: cum post duodecim fere dies pontifices redirent per eandem viam, obtulit eis viator quidam noviter inventas ibidem easdem litteras; illi autem, non sine miraculo divinae voluntatis, secum reputantes rei eventum, nullo modo praesumpserunt praetermittere ab-

Page 22.

(a) *Evernei-Curtem*, M. et D.: *Ebernei-Curtem*.(b) *Pugnei-Corte*, M. et D.: *Pugnei-Curte*.(c) *Juvini-Corte*, M. et D.: *Vicuni-Corte*.(d) *Ranlei-Corte*, M. et D.: *Raulei-Corte*.(e) *Eorundem*, M. et D.: *eorum*.(f) *Domino Gilleberto*, M. et D.: *domno Gis-leberto*.(g) *Josfrido*, M. et D.: *Joffrido*.(h) *Parisicensi*, M. et D.: *Parisiasensi*.(i) *Jucundi*, M. et D.: *jocundi*.(k) *Hoyum*, M. et D.: *Hoiium*.Ce nom est traduit par *Hoye*, peut-être *Hologne*, dit l'éditeur, dans la traduction de Jacques de Guyse, publiée par le marquis de Fortia, traduction qui fourmille de fautes de toute espèce; t. XIII, p. 3.(l) *Hoyum*, M. et D.: *Hoiium*.<sup>1</sup> Joffridus seu Godefridus, filius Eustachii I, comitis Boloniensis, et Mathildis, Lovaniensis, Godefridi, ducis Bullionensis patruus, ecclesiam Parisiensem rexit ab anno 1060 ad 1092 (M. et D.).

batis mandatum. Venientes vero abbas officiosissima processione excepit, per biduum retentos affluenter refecit, praesentatis inter prandendum ad iucunditatem admirantium capris (a) et piscibus vivis. Postea digressos impensibus ecclesiae Mosomium (b) usque deduci praecipit, gratias agentes Deo pro experta charitate et probata in loco eodem nobili et venerabili religione, quam, nisi oculis praebassent, nullomodo, ut asserebatur, narrantibus credidissent.

Anno 1074, Philippus, rex Francorum, dato diplomate, omnes capellas Novi-Castri confirmat cellae Evernicurtensi (B.).

22. Anno Verbi incarnati millesimo septuagesimo quarto, Philippus etiam, rex Francorum, ab eodem abbate rogatus, omnes capellas Novi-Castelli, quod tunc tenebat, matri suae ecclesiae beatae Mariae, quae est in Ebernei-Corte, recognovit et reddidit, easque privilegio suae auctoritatis, cum praedicta cella ecclesiae beati Petri et beati Huberti habendas confirmavit.

Anno 1068, cella Pirrensis ab Arnulpho, Chisniacensi comite, ecclesiae S. Huberti donatur (B.).

23. Anno Verbi incarnati millesimo sexagesimo octavo, Arnulpho, comiti Chiniacensi, ex patrimonio suo provenerat cella Pyrensis. Qui, licet juvenis, ductus tamen optima fama et amore Theoderici abbatis attractus, etiam (c) propter optimae religionis odorem, sepulturam suam ibidem constituere, praefatam cellam ecclesiae beati Petri et beati Huberti perpetuo habendam, legaliter donavit, addens ei quidquid inter *Marbais* et *Fanium* (d) sui erat juris, ut latius continetur in privilegio facto ejusdem donationis<sup>1</sup>. Abbas autem, data commutatione praebendarum ibidem prius servientibus clericis, ex consensu domini (e) Manasse<sup>2</sup>, Rhemorum pontificis, pro eis monachos suos in eodem loco substituit<sup>3</sup>. Octavo idus ejusdem anni, cum in gallicinio gratia orationis intraret idem abbas ecclesiam beati Hilarii, contigit in ea candelam divinitus accendi, ut ibi clareret advenisse filium lucis, ante cuius adventum ibidem lux coelestis emicuit.

Page 23.

Donatio capellae Warcensis et Noviandi (M et D.).

Miraculum (B.).

Praedictus quoque pontifex Manasses, ductus gratia religiosi abbatis, ex consensu clericorum ecclesiae Rhemensis (f), altare beati Hilarii, quod est in

(a) *Capris*, M. et D. : *carpis*.

(b) *Mosomium*, M. et D. : *Mosomum*.

(c) *Attractus, etiam*, M. et D. : *tactus etiam*.

(d) *Fanium*, M. et D. : *Faimum*.

(e) *Domini*, M. et D. : *domni*.

(f) *Rhemensis*, M. et D. : *Remensis*.

<sup>1</sup> Quod primo tomo (*Ampliss. collect.*) edidimus, p. 472 (M. et D.).

<sup>2</sup> Id est Manasses hoc nomine primus, vir ge-

nere nobilissimus, sed moribus ignobilis, qui a S. Brunone, Remensi canonico, postea Carthusiensium institutore, non semel insimulatus, tandem anno 1080 depositus est in consilio Lugdunensi. Ejus apologiam habes in Mabillonii *Musaeo Italico*, t. I, p. 117 (M. et D.).

<sup>3</sup> Primus Raigerus, Maceriensis praepositus cellae, cui successit Emmo (B.).

Guisliaco (a), cum capella Guarcensi; altare etiam sanctae Mariae in Noviano super Mosam dedit ecclesiae sancti Huberti et, exclusis in perpetuum eorundem altarium personis; donum suum legitimis privilegiis publice factis<sup>1</sup> et in conciliis suis recognitis confirmavit. Contigit autem non multo post ut Adeladis, uxor Arnulphi (b); soror autem Ebali Rociensis, defuncta, in introitu ecclesiae versus claustrum sepeliretur; Manasses quoque, frater ejusdem Arnulphi (c), divino flagello compellente, monachus effectus et post infra mensem mortuus, ibidem apponeretur. Erant praeterea quatuor fratres, videlicet Hugo et Ludovicus, Rodericus et Riquinus, filii Richezonis ex Liegarde, amita Arnulphi (d) comitis: Horum unus Riquinus, ab Heribrando Bulloniensi (e) interfectus, ad caput praedictae Adeladis est sepultus. Hinc erga locum facti devotiores et Arnulphus (f) et nepotes ejus. Nepotes quidem pro fratre suo dederunt ecclesiae quidquid habebant apud Linaium et Carnetum et quartam partem pontis, quae erat eorum apud Gabelium. Arnulphus (g) vero praeter cellam Pirensensem quam, ut dictum est, beato Huberto donaverat, remisit in perpetuum ecclesiae exactiones quasdam ab iniquis ministris antecessorum suorum apud Gabelium rebus nostris impositas fraudulenter et injuste, scilicet quadraginta modios avenae mensurae nostrae, et unam carratam foeni, alteram vero straminis, quae exigebantur ad pasceendum equum comitis; quatuordecim etiam garbas culturae indominitatae; septem speltae, et septem avenae, quae dabantur scabinis, et villico deputatum unum modium frumenti. Pontenarii quoque, cum in transponenda decima injuriarentur ministros ecclesiae, meliores garbas violenter rapientes sibi; agente Theoderico praeposito, in curia beati Huberti mandavit eos venire Arnulphus (g) comes; ex optimatibus suis Requinum (h) et Algoldum, Theodericum et Albertum secum ibi habens, et, indicta bannali evocatione totius Gabeliensis potestatis, adjuravit antiquiores et meliores, interposito sacramento factae sibi fidelitatis, ut edicerent ei veritatem hujus consuetudinis. Illi locuti cum consilio responderunt comiti per Rodericum praepositum et Gobertum villicum, sicut erant adjurati, exactiones istas ab iniquis mi-

Capella Warcensis, Guisliacensis et de Noviano a Manasse, archiep. Rhem., donatur ecclesiae S. Huberti an. 1079 (B.).

Comites in ecclesia Hubertensi sepulti, videlicet Adeladis, uxor Arnulphi, com. Chisniacensis, Manasses; frater ejusdem comitis, Riquinus ejusdem cognatus (B.).

Linaium et Carnetum et quarta pars pontis Gabeliensis (B.).

Arnulfus comes exactiones injustas remittit (M. et D.).

Arnulphus, comes Chisniacensis, exactiones injustas apud Gabelium fieri solitas remittit eccles. nostrae (B.).

Page 24.

(a) *Guisliaco*, M. et D. : *Guistineo*.

(b) *Arnulphi*, M. et D. : *Arnulfi*.

(c) *Arnulphi*, M. et D. : *Arnulfi*.

(d) Item.

(e) *Bulloniensi*, M. et D. : *Bullionensi*.

(f) *Arnulphus*, M. et D. : *Arnulfus*.

(g) Voyez notes b, c, d et f.

(h) *Requinum*, M. et D. : *Riquinum*.

<sup>1</sup> Literas ejus habes I tomo, p. 499 (M. et D.).

nistris dominorum esse inventas et injuste et fraudulenter ecclesiae impositas, et ideo iudicio eorum, si iustitia servaretur, omnino (a) annihilandas. His comes auditis, Ingonem (b), magistrum scabinum, garbas acceptas ex cultura dominicali, videntibus cunctis, proprio collo fecit referre et reponere in horreo beati Huberti. Quaedam vero venna (quae apud eos dicitur radius) in Huia habetur, et quaecumque captura piscium ibi provenerit a nona dominicae noctis usque ad vesperam sequentis diei, suum est ecclesiae nostrae ex consuetudine veteri: et quando idem radius firmabatur a villico nostro, exigebat sibi obsonium comitis villicus. Has omnes injustitias ne amplius a quoquam exigenter bannali auctoritate comes interdixit, pontenariis constituens de unaquaque carrata transponendae decimae unam garbam accipere, et si quid minus fuerit, de integra carrata dimidiam illis provenire, sicut placuerit ministro ecclesiae, et hoc sine ulla decertatione. Deinde comes pro his et aliis injustitiis, quas vel a se vel a suis recognovit factas ecclesiae, culpam suam confessus est publice et Ottone, filio suo, secum deducto, veniens ad monasterium, Floheri-Montem, cum familia et molendino donavit beato Huberto legaliter habendum; filii quoque sui dextram super majus altare beati Petri applicuit (c), et ut omnia quae eidem ecclesiae donaverat, vel injustas exactiones et consuetudines quas adnullaverat (d), ipse etiam iurejurando ei confirmaret, proprio ore juraturo (e) dictavit, praesentibus ibi quibusdam optimatibus suis.

Arnulphus, comes Chisniacensis, Floheri-Montem tradit ecclesiae nostrae (B.).

Page 25.

Novalia apud Gabelium, ecclesiae nostrae substracta, jussu Henrici pontificis restituantur (B.).

Gabelium autem semel in dicendo ingressi, videtur utile notificandum posteris, licet praeoccupato ordine narrandi, quid ibi contigerit tempore domini Henrici episcopi<sup>1</sup>. Omnis decima, ubicumque jaceat, intra banales terminos totius Gabelii constat esse ab antiquo ecclesiae beati Huberti. Apud villam vero fiscalium, excisis in foresto sartis, foecunda ibi provenerat messis; in hanc irrepserat latenter Raguenus, ejusdem villae presbyter, decimam sartorum sibi conatus abstrahere: unde cum viginti garbas abstulisset, Theodericus superveniens praepositus, illi cum maxima indignatione quod invenit residuum decimae, constanter induxit horreo

(a) *Omnino*, M. et D. : *omnimodo*.

(b) *Ingonem*, M. et D. : *Vigonem*.

(c) *Applicuit*, M. et D. : *applicavit*.

(d) *Adnullaverat*. M. et D. : *annulaverat*.

(e) *Juraturo*, M. et D. : *in papyro*.

<sup>1</sup> Henricus Tullensis dictus est eo quod ex genere Tullensium comitum duceret originem. Electus est episcopus Leodiensis anno 1075, rexitque ad 1091 (M. et D.).

ecclesiae, eumque ad episcopalem audientiam edixit secum venire. Evocatis antiquioribus vicinis, episcopo apud sanctum Hubertum commoranti uterque se praesentavit: ibi coram illo, sacramento veridicorum comprobata veritate, iudicio Bosonis, archidiaconi, Raguenus presbyter publicam justitiam fecit Theodorico abbati et, jussu episcopi, decimam quam abstulerat, suo vehiculo reductam, propriis manibus in horreo ecclesiae reposuit.

24. Namucensi comitatu, licet injuste, subiacebat centenaria<sup>1</sup> justitia Anseromiae, et vicecomitum violentia affligebatur nimis ecclesiae familia. Acturi causas hujus exactionis Guilielmus de Virvia, cum Hermanno et fratre ejus Rodolpho de Houthaia (a), die conducta illo convenerunt, et in dominicali curia porcum unum inventientes, in coenam suam occidi et parari jusserunt. Bullientes carnes satis multus ignis suggestus coquebat, sed nullo modo decoqui poterant, et ministris de more attentantibus eas, crudelitatem suam et sanguineum horrorem ingerebant. Coenaturi domini cum taedio afficerentur hujus exspectationis, carnes illas qualescumque essent sibi jusserunt apponi, sed coena eadem illis ultima fuit. Nam Guilielmus (b), a daemone arreptus (c) et Virviam in gestatorio relatus, miserabiliter expiravit. Hermannus vero et Rodolphus, aliquandiu cum nimio dolore superstitibus, defecerunt sine poenitentia et divina recognitione. His probatis, Albertus<sup>2</sup>, comes Namucensis (d), cum in Arduenna sylva moraretur, gratia venandi, et veneratione loci diverteret cum uxore sua Ida<sup>3</sup> (quae prius fuerat uxor ducis Frederici) ad ecclesiam beati Huberti, Theodericus abbas praedictum comitatum Anseromiae obtinuit ab eis perpetuo remit-

Anseromiae comitatus  
Theodorico abbati datus (M. et D.).

Vindicta divinitus inflictata in officarios vicecomitum injuste vexantes eccles. nostr. familiam in Anseromia (B.).  
Page 26.

Anseromiae exactiones comitum remissae ab Alberto, comite Namucensi (B.).

(a) *Houthaia*, M. et D. : *Houhaia*.

(b) *Guilielmus*, M. et D. : *Guillelmus*.

(c) *Arreptus*, M. et D. : *correptus*.

(d) *Namucensis*, M. et D. : *Namurcensis*.

<sup>1</sup> Nota quod sub Carolo Magno ac successoribus comites, marchiones, duces non erant haereditarii, sed ad tempus praeficiebantur regendis provinciis et ad nutum amoveri poterant: comites erant iudices totius pagi (gallice *pays*), sed vice-comites non nisi civitatis; pagus vero comitis seu comitatus dividebatur in vicarias, centenas et decanas, in quibus iudices erant vicarii, decani, centenarii, ex quibus Anseromania justitia originem accepit ut centenaria

dicta sit. Vide *Miraei Chronic.*, an. 815 (B.).

<sup>2</sup> Albertus hic memoratus est tertius istius nominis inter comites Namucenses; filius Alberti II, avum habuit Albertum I (B.).

<sup>3</sup> Ida, quae et Relindis dicta, maritum habuerat Fredericum, ducem Lotharingiae inferioris, quo circa annum 1063 decedente, secundis nuptiis juncta Alberto III, Namucensi, quatuor ei filios procreavit, videlicet: 1° Godefridum, comitem Namucensem; 2° Fredericum, Othberti in episcopatu Leodiensi successorem et martyrem; 3° Henricum, comitem Rupensem; 4° Albertum, comitem Japhae in Palestina. *Miraeus* (B.).



tendum ecclesiae; ea tamen conditio interposita huic remissioni, ut viginti modios avenae nostrae mensurae praepositus Anseromiae quotannis exsolveret comitatui, villicus vero villae de unaquaque domo ejusdem potestatis modium unum avenae exigeret pro praedictis modiis viginti, reponendum dominicali curiae. Et haec conditio firmata est maxime poscentibus villanis, qui per exactionem comitatus nimis gravabantur ab extraneis.

An. 1066.(B.).

Hoc etiam Wilelmus<sup>1</sup> (a), comes Normannorum, debellatis Anglis, factus est rex eorum. Qui, ne ingratus esset honoris a Deo sibi collati, per coenobia totius Angliae undequaque evocatis praeceptoribus religionis, ordinem perfectae religionis vel instituit vel reformavit, et per exteriores administrationes (b) leges publicas ad civile decus excoluit. Idem rex, ut erat largus in donariis, cum in solemnitate paschali militem quemdam videret cum offerentibus non offerre, evocatum interrogavit cur non offerret? Illo sibi respondente deesse (c) quod offerre posset (d), rex centum libras denariorum illi jussit deferri, quas ille in clamys sua susceptas sine retractatione super altare omnes Deo obtulit. Miratus rex cum caeteris adstantibus fidem offerentis, quidquid paschalis muneris sibi eodem delatum est, militi restituit.

25. Hugo, Lingoniensis episcopus, Jerosolymam iturus, ad expetendum viae subsidium eundem regem adiit, eique quasi ad decentem gratiam, hujusmodi salutationem praesentavit :

Page 27.

Si quis in ante videt, qui te circumspicit, ex te  
Colligit : ante comes, rex modo, caesar eris (e).

Quae laus, multorum favore exposita et commendata, cum placuisset regi, longum est memorari quot et quantis donis episcopum honoraverit. Idem Hugo cum puerum quemdam ordinasset exorcistam, Hugo, Lugdunensis archiepiscopus, et Romanae ecclesiae legatus, eandem ordinationem nimis indiscrete irritam judicavit, ipsique puero acceptos semel gradus sua or-

(a) Hoc etiam Wilelmus, M. et D. : hoc etiam anno Willelmus.

(b) Exteriores administrationes, M. et D. : exterioris administrationis.

(c) Sibi respondente deesse, M. et D. : respondente sibi deesse.

(d) Offerre posset, M. et D. : posset offerre.

(e) Eris, M. et D. : erit.

<sup>1</sup> Hic Guilielmus, cognomento nothus, a S. Eduardo sine liberis anno 1066 defuncto, haeres regni Angliae declaratus est. *Miraeus*. Eodem anno, accepto vexillo ab Alexandro II papa, exercitum duxit in Angliam eamque sibi subjecit. Malmesber., Polydor. Virgil., *Æmil. Gordon*, aliique (B.).

dinatione iteravit. Hanc injuriam sui episcopus mordaci joco removit, et hujusmodi sales archiepiscopo in faciem rejecit :

Si veteres renovare gradus ut carmina nostis,  
Unde reum me quisque meus praejudicat hostis,  
Jam video, quia (a) quidquid ago mutare potestis,  
Sed dolco quia (a) non valeo vel nosse quod estis.  
Si priscoe pietatis amor vos detinuisse,  
Et servum qui vester eram non deseruisse,  
Pro puero licet eximio non esset agendum;  
Pontificem sine judicio sic destituendum  
Quid latuit? Quae causa fuit? Fuit utilis ordo.  
Per me qui quartus per vos fuit in decachordo:  
Jam decimare quod est poterit, multumque benigne  
Tres poterit patrare (b) gradus et psallere digne.

Britannico cuidam clerico Marbodoni, cum recumberet (c) ad prandium Guilelmi (d) regis, delata est ad bibendam argenteae (e) navis, quam dum in manu teneret, talem de illa versum (f) dixit :

Nec pice nec clavis eget haec argentea navis.

26. Gozilo, comes Bohaniae, apud Marlidam<sup>1</sup> dominicalem domum violenter (g) fregit, et ad placitum suum (h) abusus ibidem quibuscumque (i) inventis, res etiam ecclesiasticae familiae satellitibus suis diripiendas permisit. Et cum coenatus (k) prostaheret noctem jocis et sermonibus, percussus (l) ultione divina, in ipso crepusculo finivit vitam. Uxor ejus Ermentrudis, de commisso domini sui, humilem satisfactionem beato Huberto et abbati per optimates suos mandavit, et ut ibidem corpus ejus sepeliretur expetiit. Abbas, ex consilio fratrum, et satisfactioni et petitioni annuit, sepultoque Gozilone, Summeium allodium cum matre ecclesia et familia ab Ermentrude, uxore illius, et Conone, Rodulpho (m), Widone et Henrico, filiis ejus, legaliter ecclesiae donatum acquisivit.

Ultio divina in Gozilone, comitem Bohaniensem, ob illatam injuriam domui nrae sitae in Marloye (B.).

Sepultura eidem conceditur in mrio pro. (B.).  
Page 28.

Summeium allodium cum eccl. ab Ermentrude, uxore Gozilonis, eccl. nrae traditur (B.).

(a) Quia, M. et D. : quod.  
(b) Patrare, M. et D. : praestare.  
(c) Recumberet, M. et D. : recubaret.  
(d) Guilelmi, M. et D. : Guillelmi; plus haut Guillelmi, Wilelmi.  
(e) Argentea, M. et D. : aura vel argentea.  
(f) Versum, M. et D. : usum.

(g) Violenter omittitur a M. et D.  
(h) Suum, item.  
(i) Quibuscumque, M. et D. : quibusque.  
(k) Coenatus, M. et D. : senatus (?)  
(l) Percussus, M. et D. : repente percussus.  
(m) Rodulpho, M. et D. : Rodulfo.  
<sup>1</sup> Marloye.

S. Ægidii ecclesiam ædificat S. Theodoricus (B.).

A rabidis animalibus morsi a S. Huberto curantur (M. et D.).

Cubicularius Adaladis comitissae de Arlunae stolae sacrae praesidio et incisione munitus contra rabiei periculum.

Contemptores sacrae incisionis rabie correpti (B.).

Sub eodem tempore insimul coepta est fieri octo turrium corona : et quae in prato est in honore B. Ægidii ecclesia ; murus quoque circa monasterium qui nimia vetustate pene totus corruerat, claustrum quoque et crypta.

27. Adeladis<sup>1</sup>, comitissa Areleonis (a), fuerat filia nobilissimi (b) ducis Theoderici, soror vero Sigifridi (c), patris marchissae Beatricis. Hujus quidam cubicularius a rabido cane morsus et infectus, solum quod supererat ei remedium salutis, ad beati Huberti patrocinium confugit : ejus enim apud Deum meritis habetur in loco eodem singulare privilegium probatae virtutis, ut si quis infectus morsu rabidi canis aut lupi aut cujuscumque insani pecoris, illo confugiens incisus fuerit<sup>2</sup> ritumque ejusdem incisionis servaverit, sine dubio evadet (d) periculum certissimae mortis. Et ut per excessum vera probemus esse quae dicimus, vidimus ipsi nostris temporibus duos juvenes de (e) pago Hasbanico, qui, infecti a quodam cane rabido, ne ad meritum beati Huberti confugerent, seducti sunt a quodam presbytero : promisit enim (f) eis quibusdam incantationibus et medicamentis certitudinem sanitatis, acceptoque inde commodo, fecit eos persistere domi, confugientibus aliis ad ecclesiam S<sup>ti</sup> (g) Huberti, qui videlicet ab eodem cane fuerant infecti ; quibus sanis redeuntibus, praedicti juvenes furis et doloribus vexati coeperunt insanire, ut lupi ululare, ut canes latrare, vixque ad monasterium deducti, et ibi mortui, videntibus et audientibus incusserunt metum maximi horroris. Sed haec (h) per excessum. Praedictus autem cubicularius Adeladis, ex more incisus et, soluto capitalitio<sup>3</sup>, servus

(a) *Areleonis*, M. et D. *Arleonis*.

(b) *Nobilissimi*, M. et D. : *nobilissima*.

(c) *Sigifridi*, M. et D. : *Sigefridi*.

(d) *Evadet*, M. et D. : *évadit*.

(e) *De*, M. et D. : *in*.

(f) *Enim*, M. et D. : *vero*.

(g) *S<sup>ti</sup>*, M. et D. : *B<sup>ti</sup>*.

(h) *Haec*, M. et D. : *hoc*.

<sup>1</sup> Hujus Adelae maritus fuit Henricus, vel si Miraeo credimus, Waleranus, comes Arlunensis. Pater ejus Theodoricus fuit dux Mosellanus et comes Barrensis, qui habuit fratrem Adalberonem, episcopum Metensem.

<sup>2</sup> Hactenus perseverat apud S. Hubertum ille ritus incisionis. Nimirum a rabido animali mor-

sis, post deposita ad sacerdotem peccata, sacra communione reffectis, fit cum instrumento in fronte parva incisio, et in vulnere inseritur particula stolae S. Huberti, quam, linteo ad frontem alligato, per novem dies morsi deferunt. Certam interim vivendi rationem observantes, indubie sani revertuntur. Hujus etiam ritus meminit auctor libri miraculorum S. Huberti, cap. 14, apud Johannem Roberti (M. et D.).

<sup>3</sup> Capitalitium proprie est census qui per singula capita solvitur; hic vero sumi videtur pro eleemosyna, quam singuli ad S. Huberti suffragia vitandae rabiei causa confugientes, completo voto solvebant (M. et D.).

sancti effectus, ad missam matutinalem deductus est communicandus. Intuitus autem fratres ordinate et reverenter consistentes, inclinato capite nusquam oculos declinantes, eorum in offerendo ordinatam successionem et devotionem (a), in eundo et redeundo compositam gravitatem, admiratus est in eis, ut erat vir saecularis, quasi quamdam imaginem mortificationis, reversusque ad dominam suam, quae viderat ei renuntiavit. Illa, quantocumque missa legatione ad abbatem, magnis precibus ut ad se veniret obtinuit, veniensque nuntium adventus sui ad comitissam praemisit. Viso nuntio, mulier virilis animi et quae, conscia propriae nobilitatis, nullius curabat dignitatem vel personam ejus temporis, surrexit velociter ut occurreret abbati. Mirantibus filiis ejus Fulcone et Gualeranno, quae esset apud eam novitatis hujus veneratio, eorum sustentata brachiis obviam processit abbati, visumque cum jam ab ea posset audiri, inclinato capite humillima salutatione honoravit. Et cum post orationem licentius alloqui eum posset : « Gratias, inquit, ago tibi, venerabilis pater, cujus filiorum tantam audivi religionem, tamque rarum hujus nostri temporis sanctae opinionis odorem. » Cumque ei renuntiaret (b), quae retulerat ei cubicularius suus, et per mutua aedificationis colloquia aliquamdiu in domino delectarentur, obtulit abbati ecclesiam de fisco Anslaro perpetuo habendam in usus fratrum, praefatis filiis ejus laudantibus et confirmantibus hoc idem donum. Videns abbas copiam magnorum lapidum in fundamento veteris quondam civitatis, nunc autem pro castelli (c) moenibus abbreviatis, suggerente Lamberto majore, ex eisdem lapidibus ecclesiae donari expetiit quantum sufficeret ad aedificationem cryptae vel claustrum. Libenter illa quod petebatur concessit, sed et operariis ecclesiae, quamdiu ibi morarentur, et hospitium et victum promissit; respondit abbas : « Gratias Deo omnipotenti. » Adelidi (d) et filiis ejus reverenter valedixit, et ad monasterium rediit; moxque (e) a Leodio caesoribus conductis, cryptam et claustrum in praesentem statum composuit, advectis ab Araleonis (f) columnis cum capitellis et basibus suis et altarium mensis. Auxit etiam oratoria a dextris et a sinistris ecclesiae, et a dextris quidem memoriam beatae Mariae ad medium altare novae cryptae transtulit, et ibi-

Ecclesia de Anslaro, alias *Anty*, ab Adelade comitissa monasterio nostro confertur (B.).

(a) La ponctuation du texte de M. et D. est mauvaise.

(b) *Ei renuntiaret*, M. et D. : *renumeraret*.

(c) *Castelli*, M. et D. : *castello*.

(d) *Adelidi*, plus haut *Adeladi*.

(e) *Moxque*, M. et D. : *mox quoque*.

(f) *Araleonis*, plus haut *Areleonis*.

dem altare sancti Stephani protomartyris substituit. A sinistris vero memoriam beati Martini ut fuerat reliquit, ibidemque extrinsecus novum oratorium extruxit, quod dicitur ad sanctam Jerusalem, eo quod Dominicae sepulturae et resurrectionis contineat expressam similitudinem. Illuminavit quoque oratoria quae extruxerat pulcherrimis fenestris, quodam Rogero conducto ab urbe Rhemensi, valenti admodum viro et promptissimo hujus artis et peritissimo. Aedificavit et altare in honore sanctae et individuae Trinitatis ad pedes beati Huberti, ubi et maxima sanctorum pignora deposuit; quae omnia non multo post Henricus episcopus, assumpto secum Francone, Bellagradensi (a) pontifice, qui secum tunc temporis morabatur Leodii, in magna gloria et laetitia dedicavit. Perfecit etiam praedictus abbas tabulam auream ante majus altare quod est in honore beati Petri, apostolorum principis, quam olim coeperat Albertus abbas, occasione conterendi calicem unum aureum librarum viginti, qui eatenus permanserat in loco, donatus olim beato Huberto a Ludovico pio, Caroli magni imperatoris filio. Plura autem donaria non tantum in argento et auro, verum etiam in auro textis ornamentis et libris, tam a praefato principe quam a Walcando (b) pontifice eidem loco collata fuerant, quae vel inhabitantium simplicitas, vel extraneorum abbatum aut praepositorum dissipavit temeritas, aut asportavit per abusionem et cupiditatem effraenata impudenter licentia. Sed et ipsi nostris temporibus vidimus quosdam, quos nec nominandos censuimus, qui quasi occasione non curandae vetustatis, multa incunderunt ex eisdem aurotextis ornamentis, re autem vera, hoc moliti (c) cupiditate auri ex inde rapiendi. Quid de librorum dispersione vel distractione memorandum? Cum et ipsum auro scriptum psalterium quod Ludovici imperatoris fuerat proprium, ejus imagine in principio insignitum, apud urbem Tullensem fuerit venditum, quasi in extera provincia securius ibi celandum; divina tamen dispositio restituit illud ecclesiae hoc modo: mater domini (d) papae Leonis noni venale illud inveniens emit, et eidem filio suo, tunc Brunoni, ut in eo psalmos addiceret, dispensavit, sed cum in alio quolibet psalterio et plane legeret, et facile quod discebat redderet, in illo tantum tales incurtebat offensiones (e), ut nimio taedio a lectione videretur de-

*Fenestrae vitreae et pictae?*

*Aurea altaris tabula a B. Theodorico perficitur (B.).*

*Dissipantur temerario ausu dona Ludovici Pii imperatoris (B.).*

*Libri dispersi.*

*Page 31.*

(a) *Bellagradensi*, M. et D. : *Bellegradensi*.

(b) *Walcando*, M. et D. : *Gualcando*.

(c) *Moliti*, M. et D. : *inoliti*.

(d) *Domini*, M. et D. : *domni*.

(e) *Offensiones*, M. et D. : *tales offensiones*.

ficere : nolebat enim Spiritus sanctus cujus electionis vas idem puer futurus erat, ne alicujus sacrilegii contactu, vel ignoranter contaminaretur. Mirante vero matre sic filium in psalterio adversari, audivit, vulgante fama, fuisse illud ecclesiae beati Huberti et multiplici anathemate per diversas regiones publicam ejus quaestionem fieri. Nec diu morata, ad locum prope-  
ravit, puerumque secum deduxit, et absolutionem hujus suae ignorantiae humiliter expostulans, psalterium ecclesiae reddidit; obtulit etiam pro satisfactione librum unum sacramentorum, qui postea donatus est ecclesiae beatae semper virginis Mariae; quae sua est beati Huberti apud Gabelium.

28. Thieboldus (a) advocatus ecclesiasticam familiam quibusdam novis injustitiis opprimere volebat; quod (b) quia, abbate viriliter obsistente, evincere non praevalebat, ut se de eo vindicaret (c), occasiones quaerebat. Unde et ad ducem Godefridum<sup>1</sup> majorem se contulit, utque ad firmandum vallum castrum sui Bulloniensis exigeret injustam angariam de hominibus sancti Huberti, importune suggessit. Dux interim ne abbatem, quem humiliter verebatur, inquietaret, tunc quidem siluit, donec ad monasterium veniens, se ibidem excipi petiit. Exceptus cum honore, et per biduum detentus ab abbate, in loco substitit, et inter loquendum, suggestionem Thietboldi, ipso quoque praesente, abbati retulit. Abbas, evocatis Heribrando seniore, castellano, et Engone (d), Gualtero, Roderico et Hugone, perorante Lamberto majore antiquas provinciae consuetudines, rei veritatem diligenter (e) investigavit et testimonio praedictorum principum, omnem familiam ecclesiae, quae vix sufficeret in restituendis et continendis officiis et munitionibus monasterii,

Psalterium Ludovici Pii furto ablatum restituitur eccl. nrae a matre Leonis papae IX (B.).

Exemptio ab omni angaria erga castrum Bulloniense (M. et D.).

Familia eccl. nrae ab onere reparacionum castrum Bulloniensis libera declaratur (B.).

Page 32.

(a) *Thieboldus*, ou plutôt *Thietboldus* M. et D. : *Thetiboldus*.

(b) *Quod*, omis par M. et D.

(c) *Vindicaret*, M. et D. : *justificaret*.

(d) *Eugone*, M. et D. : *Hugone*.

(e) *Diligenter*, omis par M. et D.

<sup>1</sup> Ad distinctionem hujus GODEFRIDI ab aliis ejusdem nominis ducum Bulloniensium (*ducibus Bull.*); inserviet haec genealogica series :

GODEFRIDUS, cognomento *captivus*, comes Viridunensis; genuit

GOTHILONEM Magnum, ducem utriusque Lotharingiae, cujus filius fuit

GODEFRIDUS Magnus, dux utriusque Lotharingiae,

GODEFRIDUS Gibbosus, ejus filius, et filia Ida, uxor Eustatii, comitis Boloniae seu Bononiae in Picardia, ex quo suscepit

GODEFRIDUM,

EUSTATIUM et

BALDUINUM.

Prior ille GODEFRIDUS Magnus, de quo in hoc textu, vocatur etiam *Barbatus*, cujus filio Gibboso sine liberis occiso, successit avo et patruo GODEFRIDUS junior, qui postea fuit rex Jerosolymitanus (B.).

hujus exactionis liberam esse, constanter coram duce comprobavit. Ad haec Tietboldus (a), dum vellet abbati obsistere, dux malitiam ejus intelligens, ut erat vehementis animi, in eum indignatus graviter: « Haec est, inquit, tua erga me fidelitas, ut meo peccato iniquitatem et cupiditatem tuam expleas, dum mendacio tuo me provocas peccare in Deum et in ejus familiam? » Et sedens, ut solebat, in audientia publici juris agendi, consilio et testimonio et (b) legali judicio optimatum suorum (c), hanc sententiam constituit, et, ne aliquando removeretur a qualibet persona, firmavit ut omnis familia ecclesiae ab hac exactione in perpetuum amodo libera esset, sive eam deberet, sive non deberet.

Anno 1074 forte 1064, abbatiae comitatus adjudicatur eccl. a Godefrido, duce Bulloniensi. In anno est error, cum certum sit eundem Godefridum jam decessisse antequam S. Theodericus Romam contra Godefridum Gibbosum profectus, litteras a Gregorio VII acciperet, quae, ut postea pag. 47 patet, expeditae sunt anno 1073, 29 aprilis (B.). Oblationes quotannis factae S. Huberto (M. et D.).

Anno millesimo septuagesimo quarto:

29. Sub eodem tempore orta contentione inter abbatem et advocatos de comitatu abbatiae, in praesentia ducis ejusdem filiique ejus Godefridi, omnino adjudicatus est et confirmatus abbati et ecclesiae ejusque ministris, prout illi placeret.

30. Tribus per annum oblationibus circa festum beati Johannis Baptistae, ecclesia beati Petri et beati Huberti solemniter honoratur, quae vulgo cruces Falmenienses, Palatienses et Arduenses dicuntur. Quibus autem necessitatibus compulsi provinciales has consuetudines Deo et beato Huberto devoverint, quibusque probatis consolationibus legaliter sibi firmandas in perpetuum instituerint, qui latius addiscere voluerit, relegat textum miraculorum<sup>1</sup> praedicti patroni. Has edicto<sup>2</sup> Ludovici imperatoris pii, filii Caroli Magni, et synodali banno Walcandi (d), Leodiensis pontificis, ibidem novimus addictas et certis finibus legali firmato privilegio determinatas.

Anno millesimo septuagesimo quinto:

31. Nostris autem temporibus Godiscaldus (e), abbas Hasteriensis<sup>3</sup>, Palatienses cruces fraudulenter tentaverat imminuere, et muneribus presbyteros

Godescalcus, abbas Hasteriensis, eas ad se atrahere conatur (M. et D.).

Anno 1075, cruces hanales tentat imminuere Godiscaldus, abbas Hasteriensis (B.).

(a) *Tietboldus*, M. et D. : *Thietboldus*.

(b) *Et*, omis par M. et D.

(c) *Suorum*, item.

(d) *Walcandi*, M. et D. : *Gualcandi*.

(e) *Godiscaldus*, M. et D. : *Godiscaleus*.

<sup>1</sup> Exstat apud Johannem Roberti, in historia S. Huberti, et apud Mabillonium, saec. IV Bened (M. et D.).

<sup>2</sup> Idem habet textus miraculorum, e. b. (M. et D.)

<sup>3</sup> Hasteriensis abbatia hodie in prioratum redacta, Valciodoroensi monasterio subjecta, eundem olim habebat abbatem qui Valciodoro praerat. De hoc autem abbate Godescalco vide, si lubet, *Chron. Walciod.*, *Spicil.*, t. VII, p. 565 (M. et D.).

villarum seducens, Harneas<sup>1</sup>, Gabelium, Wilerceias (a), utrasque Bursinas (b) et utrasque Letires (c), Nemes (d), Gedinam, Granthes detrahens nostrae, suae attraxerat ecclesiae. Hanc ejus praesumptionem compertam abbas Theodericus graviter tulit, et ut inde sibi responderet in concilio presbyterorum Grades (e) denominato, per Freduardum decanum evocavit. Ibi Godiscalcus (f), praesente Bosone archidiacono, Ernetboldo, altaris advocato, convictus iudicio et suclamatione totius concilii, ecclesiae beati Huberti quod suum erat ab antiquo publice recognovit, assurgensque Theoderico abbati iustitiae vadium ei per manicam tunicae suae porrexit, pro quo (g) et vades decem librarum exactus, deposuit, et sic deinceps a praesumptione sua cessavit.

32. Dux Godefridus in Italia infirmatus et exinde Bullonium revector, cum iam desperaret vitae suae, missis ad abbatem Theodoricum legatis, satis humiliter ut se visitaret expetiit (neque enim processus erat ejus de monasterio facilis, maxime vero gratia alicujus personae saecularis). Tandem ad eum ingressus, cum tantae prius potestatis virum ita videret affectum, elevatis oculis ad Deum: « Tu, inquit, humiliasti, sicut vulneratum, superbum. » Dux ad verbum abbatis compunctus: « Pater, ait, charissime, nihil verius. » Et erumpens in lacrymas, vix prae singultibus conatus eloqui, puram confessionem pro expectatione mortis Deo coram abbate reddidit, eaque reddita, gladium suum sibi deferri jussit, quem, assistente (h) filio suo Godefrido, continuato gemitu poenitentiae, abbati reddendum praesentavit, eumque sibi testem in iudicio futurum Dei, pro abrenuntiatione militiae saecularis satis humiliter, magis vero dolenter inelamavit. Quantas autem lacrymas ab oculis circumstantium excusserit tanti doloris spectaculum, pensandum

Page 33.

Anno 1070 (B.).

Godefridus dux aegrotans accessit Theodericum abbatem (M. et D.).

(a) *Wilerceias*, M. et D. : *Wilerarias*.(b) *Bursinas*, M. et D. : *Bursivas*.(c) *Letires*, M. et D. : *Liures*.(d) *Nemes*, M. et D. : *Nevies*.(e) *Grades*, M. et D. : *Grantes*.(f) *Godiscalcus*, M. et D. : *Godescalcus*.(g) *Pro quo*, omis par M. et D.(h) *Assistente*, M. et D. : *assistenti*.<sup>1</sup> *Harnie, Givet, Villercy, Borsinne-la-Vieille et la-Neuve, Loitte-St-Pierre et Loitte-St-Denis, Naomé, Gedine et Grandhez.*NOTA istos pagos teneri ad solutionem annuam caseorum ac oboli, quem vulgo *Priquette* vocant. Ultra hos autem pagos ad idem tenentur infra scripti ejusdem decanatus Gradensis, videlicet, *Palizeux, Villance, Maissen, Vencymont, Jehonville, Ochamps, Offaigne, Sansareux* cum appendicibus, *Bouillon, Noir-Fontaine, Crufoz, Briahan, Ucymont, Bothasart, Belvaux*, cum appendicibus, *Fays-les-Veneurs, Assenoy, Graide, Rienne, Hoffays, Oysy, Gembre, Bièvre* (B.).



Page 34.

Monasterium aliquod  
condere desiderat (M.  
et D.).

potius censuimus, quam referendum. Cujus enim cor non emolliret, cujus vel inhumanos affectus non inclinaret poenitentia tam devota tamque (a) humilis illius quondam nominatissimi Romanae urbis patricii et praefecti Anconitani (b) et Pisani marchionis et totius interjacentis Tusciae et Italiae dominatoris, invicti quoque (c) Viridunensium comitis et Lotharingiae ducis, Henrici (d) etiam imperatoris per tot annos acerrimi impuglatoris? Nec multo post ad ecclesiam beati Petri, trans pontem sitam, jussit se (e) deportari; prosequentibus eum abbate Theoderico et Gonzone Florinensi et Hermendo Viridunensi, filioque Godefrido, cum optimatibus suis. Ibi sibi deferri jussit capsam eburneam; quae fuerat Bonifacii marchionis, plenam pretiosis sanctorum reliquiis, inter quas eminebat portio magna Dominicae Crucis, et gestatorium altare (f) papae Johannis. Ea accepta in manibus coram altare beati Petri, sine alicujus sustentatione in pedes libere constitit, et, praedictam capsam tenens, recensuit ex ordine, videlicet ex edicto Alexandri papae, separatum se esse a marchissa Beatrice, et pro ejusdem separationis conditione, structurum se congregationem monachorum de communibus possessionibus utriusque (g), Deo devovisse; easdem quoque possessiones amborum consensu denominatas, praedictum papam auctoritatis suae privilegio confirmasse, quocumque sibi placeret illas addicere. Et quia, praegravatus infirmitate, id per se ipsum exequi non posset, orare Theodericum abbatem ut hujus sui voti curam exequendam pro se susciperet. Erant vero ipsae possessiones fere omnes militum stipendiariae, qui licet palam non auderent duci eas sibi retrahenti contradicere, pro hoc ipso tamen submurmurabant inter se cum maxima indignatione. Sensit abbas ducem frustra niti quod intendebat, cum intelligeret submurmurantium calumnias, praesertim cum ex ipsa filii ejus quadam aversione notaret erga patrem jam laesae pietatis imaginem. Unde et timetando (h) longius absistens, respondit duci, quod rogabatur se exequi non posse, alium potius quaereret, quem votis suis procurandis substitueret. Nec latuit ducem quid abbas timeret, et, in clamato filio, cum amaritudine

(a) *Tamque*, M. et D. : *tamquam*.(b) *Anconitani*, M. et D. *Anconitanii*.(c) *Quoque*, M. et D. : *que*.(d) *Henrici*, la ponctuation est vicieuse dans le texte de M. et D.(e) *Se*, omis.(f) *Altare*, omis.(g) *Utriusque*, M. et D. : *utrimque*; le mot suivant *amborum* prouve qu'il faut écrire *utriusque*.(h) *Timetando*, M. et D. : *ametando*. — *A timendo*?

objecit ei cur tam impudenter erga se violaret jura naturae, cur adeo prodidisset se degenerasse ut salutem paternam deficeret in hac suprema necessitate? Non debere eum praedam facere sceleris sui pauca illa quae destinabat redemptioni animae suae, cum ei plurima relinqueret parata suo labore. Respondente filio; in nullo se defuturum ejus voluntati: « Accede, inquit pater, et da osculum mihi in conditione servandae hujus tuae fidei et promissionis, interposito testamento vitae tuae et honoris. » Sic abbas, iterum iterumque reclamatus ab utroque, cum veram esse crederet, quam viderat et audierat (a) inter patrem et filium pactam sponsionem, jam non dubitavit inclamantibus (b) adesse, ne videretur fructum poenitentiae peccatoris de se confidentis, quantum in se esset, aliquo modo defraudasse. Et propius accedenti: « Charissime pater, dux inquit, per hanc capsam (et ei porrexit illam) committo tibi hujus meae devotionis causam (c), ut in salutem animae meae pro posse tuo exequaris eam. » Ad filium autem: « Tibi, inquit, edico in fide debita et promissa patri, adjutorium, cooperationem et defensionem hujus executionis, secundum admonitionem istius abbatis, (dextramque ejus adstrictam implicuit dexteram filii); praesentem etiam ecclesiam divi Petri apostoli, quae mei est patrimonii, delego in perpetuum, constituendis in ea monachis, matremque ejus Saliacum-Rivum confirmo eorumdem ditioni, exclusis omnino hactenus tenentibus eam clericis. Praeter possessiones vero quas huic meae devotioni, privilegio et auctoritate Alexandri papae confirmavi, ex consensu conjugis meae Beatricis, tuo quoque, mi charissime fili, et sponsae tuae Mathildis, in auro, argento, variisque ornamentis, censum mille librarum rerum mearum mobilium aggregavi, quae vestrae committo fidei, ut hujus ecclesiae proficiant utilitati. » Haec omnia a patre cum dicta (d) et a filio laudata abbas, ut erat simplex et rectus, credidit esse rata, omnique dilatione remota, collocavit ibidem deservire Deo satis honestas personas majoris suae ecclesiae, scilicet Alfridum (e) custodem, Lambertum majorem, Liebertum, postea sub se ejus loci praepositum, Arnulphum capellanum; quorum religioso et honesto conventu dux adeo consolabatur ut, licet infirmitate sua semper increscente

Page 35.

Capsam reliquiarum tradit Theoderico (M. et D.).

Ecclesiam S. Petri futuris monachis donat (M. et D.).

Ecclesia S. Petri, juxta castrum Bulloniense, traditur D. Theoderico a Godefrido duce, cum ecclesia Saliacirivi, alias Sansareur. — Item mille libras in auro donat (B.).

Page 36.

(a) *Et audierat* omis par M. et D.(b) *Inclamantibus*, M. et D.: *vel inclamantibus*.(c) *Causam*, M. et D.: *curam*.(d) *Cum dicta*, M. et D.: *condicta*, ce qui est préférable.(e) *Alfridum*, M. et D.: *Alfrédum*.

Viridunum deduci se curat ibidem sepeliendum (M. et D.).

Godefridus dux furnum bannalem concedit D. Theoderico in usus fratrum Bulloniensium (B.).

Godefridus junior patris sui votum adimplere recusat (M. et D.).

Page 37.

1070 (M. et D.).

gravaretur, auditis campanis quibus horae canonicae monachico ritu significabantur, ejusdem infirmitatis quasi oblitus, quadam mentis hilaritate recrearetur. Interea cum vitae suae funditus diffideret, Viridunum se devehendum statuit, ubi olim se condixerat sepeliri, gratia satisfactionis, ex quo eandem civitatem succenderat in contumelia imperatoris Henrici. Praefixa vero (a) die suae hujus evectionis, fecit se primum deferri ad ecclesiam beati Petri, ubi se commendans ejus patrociniis, simulque abbati et fratribus ultimum valefaciens cum lacrymis, jussit sibi prandium in domo bannalis Furni parari; quo devectus, prosequentibus eum abbate et filio, multisque ex suis optimatibus, cum electo a se loco, coram Furno deponeretur: «Hujus, inquit, officinae semper procurator esse debuissim, si mihi propitia divinitas tot mala quae gessi, parcere voluisset.» Quo cum refecisset, convenientibus ad se mendicis (ex quo enim coeperat infirmari, nullos convivas, nisi pauperes habere voluit) ipsam bannalem officinam Furni legali donatione beato Petro contradidit, ut in perpetuum deserviret monachorum utilitati, licet hoc frustra, sicut et alia omnia, pene fuerit. Nam ab abbate, ut destinaverat, Viridunum deductus, cum adhuc vivens ibidem moraretur, quaecumque promiserat ei mentitus est filius, et in damnum vitae suae et honoris oblitus est misericordiae et veritatis. Factus enim jam potens hereditatis paternae, dissimulavit meminisse quidquid (b), se praesente et laudante, deputaverat pater redemptioni animae suae. Suggerebatur ei a quibusdam suorum, revera infidelium (quasi ad gratiam), non debere eum perdere militum suorum amicitiam; in manu eorum suam constare valentiam: defecisse patrem suum a sensu proprio in extremis; consuleret potius rebus suis, quam illius obtemperaret deliramentis. Sic deductus a sententia servandae pietatis, de disponenda elemosyna patris interpellantem se abbatem callide suspendit, quamdiu quidem pater (c) supervixit. Supervixit vero fere per mensem Viriduni<sup>1</sup>. XIII kalendas Januarii terribiliter coelum intonuit, et in crastinum vita decessit.

(a) *Verò*, M. et D. : *autem*.

(b) *Quidquid*, M. et D. : *quid*.

(c) *Pater*, omis.

<sup>1</sup> Obiit anno 1070, Godefridus dux juxta Sigebertum et Scafnaburgium, et juxta Bertoldum anno 1096, in vigilia Nativitatis Christi.

Vid. *Miracum*, anno 1070. Alii 1071, quibus consonant recentiores annalistae, sed juxta nostrum Cantatorium sub pag. 52 innuitur adhuc superstitem fuisse, 1074, nisi forte is annus ponatur pro 1064, ut probabilius est; in sequentibus quippe patet D. Theodericum, post

33. Tunc tandem junior Godefridus quis (a) esset apparuit, et, recurrente ad se abbate pro testamento ordinando defuncti patris, non tantum consilium et auxilium suum illi negavit, sed etiam minis et injuriis a se absterendum putavit, inferens instanti (b) hoc non ejus temporis esse nunc negotium (c), non suae utilitati convenire monachicam congregationem disponere, et militiam sui ducaminis postponere; quae illi pater curanda commiserat, bene curaret, alterius intentionis curam se acilitare (d). Talem tamque subitam rerum commutationem abbas obstupuit et quasi monstrum sic a se diversum indignatus exhorruit. Ne tamen per hanc repulsam videretur defecisse a promissa fide servanda, Heribrandum seniore[m] caeterosque pares castri, quos fidelius ducem coluisse meminerat, interpellavit, et (e) ut secum de negotio patris Godefridum adratiocinarentur, eos conduxit. Ille, tandem pudore convictus, respondit possessiones denominatas quas milites sui stipendiarias tenebant, se nec velle nec posse subtrahere tenentibus, Astinctum vero, cum banno et comitatu et omni familia et quaestu, et denominatam partem Chevoni, bannalem quoque cambam Bulloniensis burgi, quae nullius erant feudi (f), eleemosynae patris sui se recognoscere et confirmare; relictum vero thesaurum rerum ejus mobilium in praesentia eorum se velle cum abbate dividere; hoc illi jam sufficeret, nec se amplius super his molestaret. Adhortatus abbas ut interim quae concedebantur susciperet, neque juvenem quandoque meliorandum exasperaret, exhortantibus cessit, et cum (g) Godefrido ad scrinium dividendi thesauri, vix compulsus, accessit. Godefridus, ablatis inde septingentis marchis argenti in candelabris, in scyphis et scutellis aliisque utensilibus variis, abbati caetera reliquit, ea tamen conditione ut ea disponderet respectu consilii sui. Consilio tamen Heribrandi castellani aliorumque fidelium suorum, qui ei suggererunt ne sic inhumane annullaret eleemosynam patris sui, super praedictam summam argenti, disposuit abbati et successoribus ejus Bellam-Vallem, cum familia et

Sed tandem aliquas possessiones cedit (M. et D.).

Astinctum (*Assenoy*), et pars Gevoni (*Givogne* juxta Sedanum), a Godefrido duce cellae Bulloniensi donata (B.).

Page 38.

Bella-Vallis cellae Bulloniensi donatur a Godefrido (B.).

mortem ipsius Godefridi, Romam iisse, et adversus ejus filium expostulasse atque a Gregorio VII privilegium apostolicae protectionis obtinuisse de data anni primi pontificatus ejusdem, indictionis undecimae, qui erat annus 1073 (B.).

(a) *Quis*, M. et D. : *qui*.

(b) *Instanti*, M. et D. : *instantibus*.

(c) *Hoc... negotium*, M. et D. : *negotium.... nunc*.

(d) *Aclitare* (?), M. et D. : *actitare*.

(e) *Et*, omis par M. et D.

(f) *Feudi*, M. et D. : *feodi*.

(g) *Cum*, omis par M. et D.

banno et omnibus finibus et acquestibus suis, ad opus fratrum deservientium Deo in ecclesia beati Petri : quod vadum quiete ab eis possessum est quamdiu idem Godefridus advixit.

Richildis, Montensis comitissa.

Poenitentia Gerboldonis ob occisum Arnulfum, filium comitis Flandrensis (M. et D.).

Richildis comitissa filii sui mortis ultionem prosequitur (M. et D.).

Page 39.

34. Erat non longe a majori (a) ecclesia fiscus Caviniacus ex patrimonio Richildis, Montensis comitissae, quae, viduata Balduino juvene, Flandrensi comite, Flandras (b) amiserat, occiso filio suo Arnulpho, a patruo ejus Roberto Frisone, per manus cujusdam Gerbadonis (c), qui Gerbaldo (c), non multo post confusus conscientia tantae injustitiae et temeritatis, Romam petiit, et manus quibus dominum suum interfecerat, domino (d) papae Gregorio septimo, pro poenitentia ejusdem criminis, detruncandas obtulit. Gregorius executionem hujus detruncationis magistro coquorum suorum publice commisit. Educto Gerboldone ad poenam quam decreverat pati, praedictum ministrum papa revocari praecepit, eique secreto edixit, ut si, elevato ferro, aliquo modo manibus motis titubaret, continuo eas incideret, si vero constanter persisteret, patientiae persistentis, statim retento ictu, parceret. Gerboldo ad ictum perstitit, statimque eum (e) incolumem deputatus percussor papae repraesentavit. Laetatus papa sic provenisse poenitentiam (f) Gerboldonis, manus quas detruncandas obtulerat jam non suas, sed Domini esse judicavit, praecepitque ei (g) ut per dominum (h) Hugonem, Cluniensem abbatem, revertens, referret ei omnem rei ordinem, seque ejus consilio crederet. Ille ad abbatem veniens, ejus exhortationibus credidit, et postea eximius sub eo monachus claruit. Comitissa vero, gratia Flandras (i) recuperandi et filium suum occisum vindicandi, Philippum, Francorum regem, ipsum quoque Godefridum ducem et Albertum, comitem Namucensem (k), multosque alios Lotharingiae et Franciae principes adversus Robertum conduxit (l), taxato singulis pretio ejusdem conductionis (m). Fuerat autem praedictus abbas longo ante tempore et Balduino et Richildi (n) adeo familiaris et dilectus, ut multociens ab eis exoratus aliquandiu Flan-

(a) Majori, M. et D. : majore.

(b) Flandras, M. et D. : Flandrias.

(c) Ce nom est écrit de même par M. et D. : mais ce qui suit semble prouver qu'il faut écrire Gerboldonis ou Gerboldonis.

(d) Domino, M. et D. : domno.

(e) Eum omis par M. et D.

(f) Poenitentiam, M. et D. : poenitentia.

(g) Ei, omis par M. et D.

(h) Dominum, M. et D. : domnum.

(i) Flandras, M. et D. : Flandrias.

(k) Namucensem, M. et D. : Namurcensem.

(l) Conduxit, M. et D. : condixit.

(m) Conductionis, M. et D. : conditionis.

(n) Richeldi, plus haut Richildi.

dris moraretur cum illis et post (a) multa donaria quibus ab utroque redibat honoratus, duo allodia, scilicet Sulmodium satis contiguum monasterio, et *Tavers* in Hasbanio (b), legali donatione ecclesiae beati Huberti in perpetuum collata, obtinere mereretur. Et cum eandem comitissam, licet a priore potestate dejectam, saepius tamen reviseret ex priori amicitia, occasione praedictae conductionis, Caviniacum fiscum illa ei in vadio accipiendum, per Lambertum majorem obtulit. Laetatus abbas sibi offerri Caviniacum, quem jamdiu desideraverat ecclesiae acquirendum, praesente et annuente duce Godefrido, quingentos bizantinos (c) auri de elemosyna patris sui Caviniaco superposuit, et sic interim (d) fiscum eundem sub testibus legitimis, videlicet Segardo, Arnulpho (e), Gozuino et Tietboldo (f), in vadium accepit. Richildis vero (g) cum, admissis (h) tot expensis, nihil profecisset, fugato etiam Philippo, Francorum rege, a Roberto Frisone, ad dominum (i) Theoduinum, Leodiensem episcopum, se contulit, et ei Montense castrum, cum omni honore illi subjecto, sanctae Mariae, sanctoque Lamberto eundem (k) obtulit. Quae coemptio ecclesias episcopi afflixit gravissime, nostram quoque spoliavit ex maxima parte; intendebat enim comitissa viribus episcopi adversus Robertum se aliquid posse moliri, sed non praevaluit: venditum tamen castrum cum suis appenditiis in feudum (l) recepit.

35. Grassabatur interea dissidium inter abbatem et ducem, duce quidem a fide patri promissa omnino deficiente, abbate vero ut eam exsolveret in emancipandis conductis (m) ab eo possessionibus constanter exigente. Sed neque frustrata (n) est imprecatio patris, quam, ut dictum est, filio morturus ingessit, interposita (o) conditione vitae suae et honoris. Nam uxor ejus Mathildis, eo relicto (p), Longobardiam rediit, saepiusque mandante marito ut rediret, non solum non obtemperavit, verum dixit (q) mandanti,

Sulmodium, alias *Smaz*, et *Tavers* in Hasbania, a Richilde traduntur eccl. nrac (B.).

Caviniacum Theoderico abbati dat in vadium (M. et D.).

Caviniacus fiscus in vadium datur D. Theoderico a Richilde (B.).

Montense castrum venditum episcopo Leodiensi (M. et D.).

Page 40.

Godefridus dux a Mathilde uxore derelictus (M. et D.).

(a) *Post*, M. et D. : *praeter*.

(b) *Hasbanio*, M. et D. : *Hasbania*.

(c) *Bizantinos*, M. et D. : *Bizantios*.

(d) *Sic interim*, M. et D. : *eundem interim*.

(e) *Arnulpho*, M. et D. : *Arnulfo*.

(f) *Tietboldo*, M. et D. : *Netboldo*.

(g) *Vero*, manque dans le texte de M. et D.

(h) *Admissis*, M. et D. : *amissis*.

(i) *Dominum*, M. et D. : *domnum*.

(k) *Eundem*, solécisme, qui n'est sans doute qu'une faute du copiste. *Idemdem*?

(l) *Feudum*, M. et D. : *feodum*.

(m) *Conductis*, M. et D. : *conductis*.

(n) *Frustrata*, M. et D. : *frustra*.

(o) *Interposita*, M. et D. : *imposita*.

(p) *Eo relicto*, M. et D. : *relicto eo*.

(q) *Dixit*, M. et D. : *edixit*.

ut ad se ille veniret, et, sicut se curaret, capsam reliquiarum patris sui Bonifacii sibi deferret. Seductus ille spe conciliandae sibi conjugis, praefatam capsam eburneam cum reliquiis abbati violenter abstulit, et Mathildi retulit, relicto tamen altari quod fuerat papae Joannis. Sed nec sic quidem apud eam maritalem gratiam obtinuit, spreusque ab ea et vi actus (a) ab Italia, Lotharingiam rediit. Conscius vero se abbatem gravius offendisse pro ablatis sanctorum patrocinis, cum ex hoc nihil ipse profecerit, callidior aversionem imminentem sibi acrius vitare coepit. Coactus tandem abbas de eo desperare, ut erat amicissimus domino (b) Herimanno, Metensium episcopo, disposuit cum eo Romam ire, volens de eventu rerum papam Gregorium septimum consulere, et inter eundem de eisdem agere cum marchissa Beatrice. Ingressi viam Romae Pascha celebrare certabant, sed tardantibus eos quibusdam qui obsonia episcopo certatim impendebant, ad Lunensem portum pervenerunt majoris hebdomadae feria quinta. Ibi occurrit eis (c) legatus marchissae Beatricis cum precibus et (d) filiae ejus Mathildis, ut Pisas diverterent, ut apud eas proximum Pascha solemnizarent. Consultus abbas ab episcopo (e) quid inde videretur sibi, respondit ille non debere gravari dignationem magnae petitionis, neque differret invitatus occurrere, cum negotium adeundi eas incumberet utrisque. Sic divertentes Pisas honorabiliter suscepti sunt a matre et a filia, satis eminentiores caeteris curialibus habiti in eadem curia. In exsolvendis paschalibus officiis convenerant ibi septem episcopi, hisque omnibus postpositis, celebritas Dominicae missarum resurrectionis (f) oblata est agenda Herimanno, Metensium episcopo. Videres (g) praeter saecularium confluentium multiplicēs glorias, clericorum diversi ordinis frequentiam, ecclesiastici ministerii vasa auri et argenti quam plurima, diversi apparatus vestes peregrinas, Beatricem et Mathildem procedentes, quasi cujusdam dominationis praefecturas. Episcopo in tali pompa missas celebrante, abbas in quodam angulo se celabat, aperto capite, satis humiliter vacans psalmodiae, cum Lamberto majore et minore. Mathildis

Theodericus abbas Romam tendit (M. et D.).

Pisis honoratus (M. et D.).  
D. Theodericus a Beatrice marchissa et Mathilde, Godefridi ducis uxore, Pisis honoratur (B.).

Page 41.

(a) *Vi actus*, M. et D. : *inactus*.

(b) *Domino*, M. et D. : *domno*.

(c) *Eis*, M. et D. : *illis*.

(d) *Et*, M. et D. : *etiam*.

(e) *Ab episcopo*, manque dans le texte des Bénédictins.

(f) *Resurrectionis*, M. et D. : *Dominicae resurrectionis*.

(g) *Videres*, M. et D. : *videns*. Ce passage est mal ponctué dans le texte de M. et D., ce qui rend le sens louche et obscur.

circumspiciens, deprehendit abbatem latere laborantem et nihil gloriæ tam festivæ ostentationis curantem. Assistebat vero ei in decantandis psalmis dominus (a) Anselmus<sup>1</sup>, post Alexandrum papam ordinatus Lucensis episcopus, vir admodum religiosus, et non multo post felici excessu clarescentibus miraculis, inter sanctos a Domino assumptus. Hunc ad abbatem misit, et ut superius ascenderet mandavit; et cum obedienti sedes deesset, Mathildis asurgens ei, suam, ut erat parata, transmisit, mirantibus cunctis quæ esset personæ tantæ apud eam dignitatis. Discessurus autem in crastinum, cum ei inter cætera familiaritatis colloquia, deceptum se a Godofrido de (b) eleemosyna patris diceret, illa super his dominum (c) papam consulendum respondit, et, ut faciliorem aditum inveniret apud eum obtinendi quæ vellet, litteras ei deprecatorias composuit, quas apostolico redderet ex nomine Mathildis, indicta ei conditione per se redeundi, et quæ sibi evenirent illi (d) referendi. Veniens ergo Romam cum episcopo, litteras Mathildis præsentavit apostolico et per eas commendatus, gratanter susceptus est ab eo. Per septem autem dies in urbe demoratus, et cuius esset vitæ et probitatis perspectus, adeo factus est papæ dilectus, ut die quadam ab hora prima, in sacra capella quæ dicitur ad sanctum Laurentium, ubi cum sandaliis dominicis retinentur capita apostolorum Petri et Pauli, pariter soli consedentes (e), amica vicissitudine divinis eloquiis intenderent, eo usque ut (f), nocte superveniente, armatus urbis præfectus, papa jubente, ad hospitium suum abbatem cum suis reduceret. Unde et inter cætera quæ ab eo, gratia familiaritatis, expetiit, privilegium etiam apostolicæ defensionis ecclesiæ suæ autorizatum obtinuit, ut ecclesiæ Romanæ firmata et defensata auxilio et auctoritate, immota stabilitate, monachico ordini in perpetuum persisteret, et ei jam (g) donata et amodo donanda, anathemate æterno interposito, firmiter constarent. Hoc idem privilegium papa a se dictatum et in publico consistorio Lateranensis palatii, quod dicitur ad Speculum, coram pluribus episcopis et cardinalibus ecclesiæ Romanæ recognitum et relectum,

Et Romæ a papa (M. et D.).

D. Theodericus a Gregorio VII papa amice suscipitur et apostolicæ protectionis privilegium huic mrio impetrat (B.).

Page 42.

A quo privilegium et litteras ad Coloniensem et Leodiensem præsules obtinet (M. et D.).

(a) Dominus, M. et D. : *domnus.*

(b) Godofrido... patris diceret, M. et D. : *Godofredo diceret...*

(c) Dominum, M. et D. : *domnum.*

(d) Illi, M. et D. : *per se.*

(e) Consedentes, M. et D. : *considentes.*

(f) Ut, omis par M. et D.

(g) Jam, M. et D. : *etiam.*

<sup>1</sup> Id est magnus ille Lucensis episcopus, qui Gregorio VII carus fuit, cujus actus habes saeculo VI Benedictino (M. et D.).



subscripsit manupropria : *Miserationes tuæ, Domine, super omnia opera tua*. Cum vero a condicta Godefrido promissione abbas se absolvendum exposceret, quia in ea explenda filii ejus auxilium sibi deesset, apostolicus non consensit, sed Annoni Coloniensi et Theoduno Leodiensi apostolicæ auctoritatis formatas epistolas destinavit, ut Godefridum ad hoc quod patri morituro condixerat exsolvendum, vel consilio inclinarent, vel ecclesiastico ministerio inobedientem compellerent. Reversus abbas per Mathildem, ut ei condixerat, exsolvit ei commendationis suæ gratias, referens quia ex sententia illi omnia apud papam provenerant. Illa licet nolentem aliquandiu eum secum retinuit et casula una alba, quæ fuerat domini papæ Leonis noni, subdiaconali quoque tunica papæ Stephani, qui, dictus olim Fride-ricus <sup>1</sup>, frater fuerat Godefridi ducis majoris, a se digredientem honoravit. Nec tantum hac sola vice gratia curiæ illius ecclesiæ nostræ profuit, sed et tempore papæ Alexandri secundi, cum idem abbas, Roma rediens, diverteret ad matrem et filiam apud Fraxinutum, quo construxerant monasterium monachorum in Alpibus Apennini (a), per septem dies detentus, ibi quotidie pallio uno muneratus est ab eis. In die vero digressionis suæ data est capsula una eburnea, reliquiis Claudii martyris pretiosa, quam secum revehens in vigilia solemnitatis beati Huberti, cum honesta processione responsorium *Cives apostolorum* decantante, ecclesiæ intulit; et ex tum in eadem die cum commemoratione Benigni, martyris Divionensis, Claudii quoque celebritatem agendam, communi assensu congregationis, instituit.

A Mathilde comitissa domini honoratur (M. et D.).

D. Theodericus a Mathilde domini honoratur, videlicet casula Leonis papæ IX et tunica subdiaconali quæ fuerat Stephani papæ, fratris Godefridi majoris (B.).

Page 43.

36. Cum vero Theoduno, Leodiensi episcopo, litteras papæ pro Godefrido ei missas reddidisset (b), et paulo post privilegium Romanum quod ejus concessione et laude ecclesiæ (c) beati Huberti obtinuerat, quasi congavisuro obtulisset, de manu ejus accepit illud archidiaconus Boso, cui se et omnia sua procuranda idem episcopus crediderat specialius, ut erat confectus senio. Idem Boso abbati jamdiu infensus erat, eo quod præbendam unam cuidam nepoti suo Nasaniae expetierat, nec impetraverat, unde et, collecto livore, occasionem se vindicandi attentius quaerebat. Explicata ergo charta, et

Bosonem archidiaconum infestum patitur (M. et D.).

(a) *Apennini*, M. et D. : *Appenninis*.

(b) *Reddidisset*, M. et D. : *tradidisset*

(c) *Ecclesiæ*, M. et D. : *ecclesia*.

<sup>1</sup> Qui ex abbate Cassinensi factus est papa Stephanus X; cui morienti adfuit S. Hugo, abbas Cluniacensis (M. et D.).

offensus ignotis sibi ad legendum notis<sup>1</sup>, quibus conscribuntur privilegia Romanae auctoritatis; « non, inquit, dubium quin hic lateat alicujus fraudis praestigium, quod utique celat barbaries harum notarum. » Raptum ab ore ejus verbum, quasi ad gratiam dicentis, palatinae ranae exceperunt, censes diligenter perscrutandum, quod, ut difficile ad legendum, videbatur incertum. Tandem easdem notas sensim perscrutantes hi qui, inter clericos jactitabantur perspicaciores, deprehenderunt rem, ut erat, scilicet ecclesiam beati Huberti specialius mancipatam apostolicae defensionis, aeternoque anathemate interdictum cuicumque personae vel (a) potestati, ne quis ei praesumat damnum inferre, vel injuriam, vel in acquisitis vel in acquirendis, utque monachicus ordo (b) in perpetuum Deo serviat liber totius inquietudinis. Ad haec Boso, rapta occasione insimulandi, caput suum quatiens cum suspiriis, ex maxima jamdiu coepta indignatione, succlamavit abbatem Theodericum abbatiam sancti Huberti omnino prodidisse Romano pontifici, ecclesiam Leodiensem in hoc ipso incurrisse damnum intolerabile et nisi episcopus ejusque fideles maturius advigilarent, nihil sibi de tanto honore hactenus habito remansisse. Intellexit ex privato odio abbas publicam sibi suscitari invidiam, et, indignatus se criminari praeter conscientiam, respondit constanter hujus malignitatis conjecturam nec se quaesisse nec apostolicum concessisse; venirent quicumque, eligerentur fideliores Leodiensis ecclesiae (c), paratum se Romam redire, ibique eis probaturum publice crimen quod sibi imputabatur nihil esse; ea tamen conditione ut, secundum sacros canones, poenas falsae criminationis, se purgato, criminatores exsolverent. Persensit (d) Boso se suo capiendum laqueo, actumque de se, si Romae prosequeretur abbatis reclamatio. Locutus itaque cum consilio, non se assuetum Romano, ait, sed Leodiensi iudicio; nemini licere audientiam reclamare tam subito, nisi episcopi sui, maxime vero metropolitani, gravaretur iudicio. Recognovit episcopus, licet senex, invidiose calumniari abbatem; ne tamen videretur indiscussum praetermittere quod putabatur damnosum ecclesiae, praefixit diem hujus discussionis agenda. Retento igitur secum privilegio, abbatem

Page 44.

(a) *Vel*, M. et D. : *et*.(b) *Ordo*, M. et D. ajoutent *ibi*.(c) *Leodiensis ecclesiae*, M. et D. : *ecclesiae Leodiensis*.(d) *Persensit*, M. et D. : *praesensit*.<sup>1</sup> Illa quippe privilegia solebant Longobardicis litteris scribi, qui characteres non nisi a valde expertis distingui possunt (M. et D.).

dimisit et caeteros abbates episcopii cum archidiaconis, ut ad praefixam diem venirent, convocavit. Interea Boso declamare in clero, spargere voces in populo: « Quanta malignatus est inimicus in (a) sancto; qui commissam sibi abbatiam subduxerit sanctae Mariae, sanctoque Lamberto! » Vagante passim, ut suum (b), cum fama vulgabatur abbatis infamia; et, licet apud se bene sibi conscius vera tueretur innocentia, indignabatur tamen mendaciter gravari nil tale merentis patientia. Praefixa die, convenientibus evocatis; ipse quoque cum Theoderico praeposito et utroque Lamberto, omnimodo veritati confisus, affuit; discutiendi etiam privilegii exemplar secum detulit, ut, quia (c) calumniatores ejus secum finxerant aliquid monstruosum ignotis in eo celari notis, cunctis legere volentibus innotesceret, assuetis conscriptum litteris. Lecto palam itemque relecto privilegio et cum delato vero exemplari verbo ad verbum comparato, ventilantibus quibusque inter se prudentibus quaecumque in eo continebantur, nihil in eo Leodiensi ecclesiae deperiisse, nihil abbatem adversum (d) eam deprehensum est machinasse. Et cum jam, non ex Bosonis odio, sed ex vocatorum (e) iudicio causa penderet abbatis, in hoc tandem majorum et meliorum sententia consensit, Romanae ecclesiae proprium esse de omnibus judicare, nulli (f) vero licere de ejus judiciis retractare; non succensendum abbati quod ecclesiae suae procuraverit defensionem et auxilium apostolicae auctoritatis, cum nec in sensu nec in verbo excluserit debitam subjectionem ecclesiae Leodiensis. Indignatus sic suam Boso adversus abbatem conjecturam extenuari, arrepto privilegio, de medio consessu se subduxit. Ipso tamen episcopo reclamante et indignante cum caeteris cur talem injuriam faceret abbati; vellet, nollet, privilegium publice laudatum et auctorizatum (g) reddidit. Soluta contentione, abbas absolutus recessit, sic exinanita existimatione illi objectae criminationis, et comprobata erga ecclesiam nostram auctoritate Romanae defensionis. Est autem hujusmodi privilegium in superiori pagina conscriptum, quod hic est interponendum.

Page 45.

Exemplar litterarum  
Gregorii papae VII  
(B.).  
Gregorii VII privile-  
gium (M. et D.).

37. *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Theoderico, abbati monasterii sancti Petri sanctique Huberti Andaginensis, in*

(a) *In omis par M. et D.*

(b) *Suum, M. et D. : suum est.*

(c) *Ut, quia, M. et D. : utque.*

(d) *Adversum, M. et D. : adversus.*

(e) *Vocatorum, M. et D. : evocatorum.*

(f) *Nulli, M. et D. : nullis.*

(g) *Auctorizatum, M. et D. : auctorisatum.*

*Arduenna constituti, suisque successoribus regulariter ibidem intrantibus (a) in perpetuum.*

*Nulli fidelium est in dubio, quin sedes apostolica, quae (b) universalis mater et omnium ecclesiarum princeps est, omnibus hoc (c) jure ac debita sollicitudine praeesse debeat, non ut (d) eas tantum (e) catholicae religionis unitate concludat, sed generali circumspectione etiam ab his quae extrinsecus permoventur, pro sua auctoritate, salvet et muniat. Inter quas tamen cum plures inveniantur, quae speciali et propria commendatione in tutelam ejusdem sedis apostolicae se contulerunt, ut speciali caritate et studio suae matris amplexae, usque quaque securiores et liberiores ab omni infestatione consisterent, quas, ut dignum erat, ita Romana suscepit ecclesia tantaque protegit undique diligentia, ut omnibus munimenta praesidii, nonnullis quoque gratiam conferret augendi. Cujus rei plurima nobis exempla sanctissimi viri reliquerunt, qui ante nos in illa, quam diximus, apostolica sede fulgentes, pro honore ecclesiarum Dei, et exaltatione earum, magis quam pro vita aut salute sua solliciti fuerunt, suscipientes monasteria et venerabilia loca in patrocinium apostolicae defensionis et confirmantes ea propriis privilegiis, quatenus (f) ex quotidiana tranquillitate ardentius in devotione divinae servitutis et in omni bono proficerent. Quia in re quam pie, quam sancte fecerunt et illorum nobis ostendit gloria, et ipsius rei tam fructuosa gratia. Nam cum oratoria in pace et tranquillitate consistunt et ecclesiastica beneficia pauperes Christi nutriunt (g), tamen (h) vero laus Deo digne promitur et remedia peccatorum tam vivis quam defunctis impenduntur. Unde nos in eadem apostolica sede, non nostris meritis, sed divina locati gratia, suscepti officii debitum considerantes, praefatum monasterium, cui tu, dilecte fili et praenominate abba, praeesse dinosceris (i), tuo rogatu in tutelam apostolicae sedis et nostram, et successorum nostrorum defensionem suscepimus, confirmantesque et corroborantes sibi, per praesentis paginam privilegii, ecclesiam S. Mariae, super Anxonam (j) sitam, et ecclesiam S. Sulpicii super Mosam caeterasque possessiones tam in villis quam castellis, caeterisque ecclesiis et terris, cultis aut incultis, seu in omnibus rebus*

Page 46.

Confirmat ecclesiae nostrae cellam Everneicurtensem, Pirensensem, etc. (B.).

(a) *Intrantibus*, M. et D. : *canonice intrantibus*.

(b) *Quae*, M. et D. : *eo quod*.

(c) *Hoc*, M. et D. : *his*.

(d) *Non ut*, M. et D. : *ut non*.

(e) *Tantum*, omis par M. et D.

(f) *Quatenus*, M. et D. : *quatinus*.

(g) *Nutriunt*, M. et D. : *nutriant*.

(h) *Tamen*, M. et D. : *cum*.

(i) *Dinosceris*, M. et D. : *dignosceris*.

(j) *Anxonam*, M. et D. : *Axonam*.

*mobilibus aut immobilibus, quas nunc jure possidet aut in posterum, Deo miserante, acquireret, quatinus omnia ad communem utilitatem fratrum inibi Deo famulantium sub tuo tuorumque successorum regimine et congrua dispensatione, semper inconvulsa illibataque permaneant. Si quis vero regum; sacerdotum, clericorum, judicum ac saecularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscentes, contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et, nisi vel ea quae ab illo sunt male ablata restituerit, vel digna poenitentia illicite acta deflexerit, sacratissimo corpore ac sanguine Dei domini redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem justa servantibus eidem loco, pax Domini nostri Jesu Christi, ut hic fructum bonae actionis recipiant et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Subscripsit autem manu propria dominus (a) papa: miserationes tuae, Domine, super omnia opera tua. Bene valete. Datum Lateranis, III (b) kalendas Maii, per manus Petri, sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis ac (c) bibliothecarii, anno primo pontificatus domini (d) Gregorii VII papae. Indictione undecima<sup>1</sup>.*

Page 47.

Godefridus Gibbosus ab episc. Metensi increpatus, Bellam-Vallem, etc., tradit Theoderico (M. et D.).

Anno 1073 (B.).

Corripitur Godefridus Gibbosus, dux Bulloniensis, a Hermanno, episc. Metensi, ob defraudatam ab eo donationem a patre factam cellae Bulloniensi (B.).

38. Interea monitus Godefridus ex mandato papae a Coloniensi itemque Leodiensi pontifice, ut condictam patri veritatem exsolveret; illeque nec monentes nec arguentes audire curaret, accidit ut dominus (e) Hermannus, Metensis episcopus, ad eum Bullonium (f) veniret. Erat autem Dominici adventus dominica secunda et, ut suum est ejus temporis, inhorruerat passim hyems asperrima. Exceptus a duce, ut decebat tantum pontificem, cum post coenam in lecto ducis pausaret, duce altrinsecus in eadem camera quiescente, primo gallicinio apud sanctum Petrum surrexerunt fratres ad vigiliam (g), Theoderico abbate tunc cum eis ibi demorante. Miratus episcopus ea tali hora se campanas audire, interrogavit ducem quo vel ad quid sonarent? Respondit dux fratres apud sanctum Petrum ad vigiliam surgere eosque ex eleemosyna patris sui, ibidem locatos consistere. Ad haec episcopus altius

(a) Dominus, M. et D. : *Domnus.*

(b) III, M. et D. : *in.*

(c) *Ac*, M. et D. : *et.*

(d) Domini, M. et D. : *Domni.*

(e) Dominus, M. et D. : *Domnus.*

(f) Bullonium, M. et D. : *Bulonium.*

(g) Fratres ad vigiliam, M. et D. : *ad vigiliam fratres.*

<sup>1</sup> Anno Domini 1073, die octava ab electione ipsius Gregorii in pontificem (B).

ingemiscens : « O, inquit, nos infelices, quos in tantis deliciis quies-  
 » centes Deo condemnant tales vigiliae! Felices e contra quos nec torpor  
 » mediae noctis nec horror hujus asperrimae hyemis reprimit a laudibus  
 » omnium creatoris Dei. Tu quoque infeliciores infelicissimis quem nec dum  
 » emolliunt vel timor Dei vel amor patris tui, qui eleemosynam ejus defrau-  
 » daveris et fratribus tam devotis adhuc eam detraxeris! » Ad haec Gode-  
 fridus compunctus in lacrymas erupit et gratias agens rationabili ejus casti-  
 gationi, quicquid ex his (a) neglexerat, emendaturum amodo se promisit.  
 In crastinum uterque abbatem mandavit. Venienti vero (b) dux officiosis-  
 sime assurrexit, et nihil tale de eo speranti, coram pontifice et quibusdam  
 curialibus suis, vadium humillimae satisfactionis genu flexo porrexit; se  
 errasse, se peccasse in Deum et patrem suum est confessus, erroremque (c)  
 suum amodo se correcturum professus. Miratus abbas et laetatus in  
 Domino, qui ad quod vult inclinat corda omnium filiorum hominum,  
 suggerente episcopo, duci recredidit quod sibi porrexerat vadium, in verbo  
 scilicet viventis adhuc patris sui, quo eum adjuraverat, vitae suae et  
 honoris conditione interposita. Statim ille pro his quae de praefato thesauro  
 subduxerat, abbati Bellam-Vallem ad usum fratrum ei deposuit et ecclesiam  
 Montis-Madiensis, cum tribus mansis terrae, beato Petro in perpetuum  
 possidendam legaliter tradidit.

Page 48.

Godefridus Gibbosus ec-  
 clesiam de *Mairy* et  
 Bellam-Vallem cellae  
 Bulloniensi tradit (B.)

39. Eodem anno, Theoduinus, Leodiensis (d) episcopus, vita decessit,  
 ortaque (e) contentione inter quosque potentes agenda electionis, dum  
 plures fieri voluissent episcopi, nulli eorum ut episcopus fieret contigit.  
 Nam dux Godefridus, qui tunc forte morabatur cum Henrico rege, cum vix  
 tenuiter persensisset episcopum obiisse, precibus suis obtinuit apud eum  
 nemini concedendum donum episcopii, nisi quem ille praesentaret ei.  
 Moxque ad Henricum Viridunensem archidiaconum misit et ei ut, remota  
 omni dilatione, ad se veniret mandavit. Festinavit ille duci occurrere, in-  
 certus omnino quid vellet. Leodienses vero pro contentione praefata, nulla  
 adhuc electione firmata, ne videretur injuriosum regi baculum pontifi-  
 calem paulo morosius referri (f), ut eum referret injunxerunt Theoderico  
 abbati; quidam autem de clericis, alter alterum anticipans, curiam irrep-

Theoduini, episc. Leo-  
 diensis, obitus (M. et  
 D.).

Anno 1075 (B.).

(a) *Hic*, M. et D. : *hoc*.(b) *Vero*, omis par les Bénédictins.(c) *Erroremque*, M. et D. : *errorem quoque*.(d) *Leodiensis*, manque dans le texte de M. et D.(e) *Ortaque*, M. et D. : *exortaque*.(f) *Referri*, M. et D. : *deferri*.

serant, sperans quisque vel sibi proventurum eventum rei, vel paratus gratiā vicissitudinis ferre suffragium alteri.

Ipsi sufficitur Henricus  
(M. et D.).

D. Theodericus, nomine  
cleri Leodiensis, eligit  
Henricum archidiaconum  
in ep. Leod. (B.).

Qui Wolbodonem, abbatem  
S. Laurentii, deponit  
(M. et D.).

Page 49.

40. Interēa suggestit dux clericum adesse, cui episcopium donandum destinasset, dignaretur rex, ut est ejus donationis agenda, pro tribunali sedere et, vocatis Léodiensibus, episcopum illis constituere. Leodienses evocati, licet morderentur latenter nemini eorum quem speraverant provenisse, ne tamen voluntati regiae, quae in negotio praeponderabat, viderentur deesse, Theoderico abbati ex consilio referendam imposuerunt domini (a) Henrici electionem. Qui cum caeteris assistens regi, ut erat vir urbanae elegantiae promptusque latialis eloquentiae: « Eligat, inquit, eum Deus, et ab eo » praelectum nos quoque voluntarie eligendum decrevimus. »

41. Sic dominus Henricus episcopo donatus et, obsequente duce in urbem favorabiliter receptus, non multo post a domino Annone, Coloniensi pontifice, solemniter est consecratus. A quo etiam adjuratus est sub testimonio collatae sibi benedictionis (ut ejus quoque utamur verbis): « Per benedictionem, inquit, patris tui Annonis obtestor te ut destruas superbiam et insolentiam Guolbodonis. » Erat autem Guolbodo, abbas ecclesiae beati Laurentii, qui, nimium confusus gloriae suae et nobilitati, longe se aliter habebat quam conveniret monachicae professioni. Nec diu moratus episcopus privatis illum admonitionibus (b) corrigere, cum videret se in hoc non solum non proficere, sed illum magis ad deteriora ex indignatione deficere, constituit diem ad discussionem (c) ejus publicam. Convenientibus abbatibus et archidiaconis, cum se Guolbodo non posset purgare a criminibus objectis, decreta omnimoda res ejus in potestate et dispositione episcopi. Episcopus, ne accelerando justitiam, videretur evacuasse misericordiam, obtulit ei locum et tempus agenda poenitentiae, decrevitque ei ut Viridunum apud beatum Aggericum (d) <sup>1</sup> aliquandiu privatus secederet, et inter religiosos viros, ibi noviter aggregatos (e), satisfactionem suam dignam misericordia comprobaret. Concessit ille primum iudicio sapientium et

(a) *Domini*, M. et D. : *Domni*, comme toujours, voy. cependant pp. 284, 330.

(b) *Admonitionibus*, M. et D. : *ammonitionibus*.

(c) *Discussionem*, M. et D. : *destitutionem*.

(d) *Beatum Aggericum*, M. et D. : *sanctum*

*Aggericum*.

(e) *Aggregatos*, M. et D. : *congregatos*.

<sup>1</sup> Monasterium ordinis sancti Benedicti a Remberto, episcopo Viridunensi, anno 1037 fundatum, unde et hic viri religiosi ibidem noviter congregati dicuntur (M. et D.).

episcopali decreto se consensurum; sed ad horam locutus quibusdam suis, quae (a) prius promiserat exequi post publica contradictione recusavit. Episcopo exigente ut daretur sententia huic resultationi et inobedientiae, decretum est ab omni conventu ut in sua se recognosceret, ipsamque abbatiam libere ad placitum suum disponeret, cujus abbas convictus criminibus nollet illi ad emendationem obedire. Nec moratus (b) Guolbodo, ad regem Henricum abiit ejusque violentia adversus episcopum conatus est se tueri; qui, dum ecclesiasticam justitiam saeculari audientiae prostituit, secundum sacros canones omnem sibi aditum recuperationis obstruxit nam nec regis precibus, nec minis potuit episcopus attrahi ut eum restitueret, obtestatus se malle episcopium ad tempus intermittere, quam ejus insolentiam pati sine congrua satisfactione. Sic Guolbodo desperatus Hungariam concessit, indeque ad regem reversus in expeditione Italica positum, ad mortem usque domini Henrici episcopi moratus est apud eum.

42. His actis circa Leodiensem synodum, quae agitur in festo apostolorum Simonis et Judae, in sequenti adventu dominus Anno, religiosus pontifex<sup>1</sup> Coloniae, vita decessit in maximo damno totius illius provinciae; quinque marchas argenti moriturus mittens ecclesiae nostrae.

43. In sequenti solemnitate Dominici natalis, dux Godefridus natalitiam curiam celebravit in magna gloria Trajecti, infelix certe et nimis improvidus sui, et cui ultima fuit pompa hujus suae ostentationis. Nam inde descendens Frisiam, dum apud castrum *Flardengis*<sup>2</sup> moraretur, per quosdam necessarios Roberti, comitis Flandrensis, in secessu per posteriora percussus, interiit<sup>3</sup>. Cujus interitus equidem dolendus omni Lotharingiae adeo fuit exitialis, ut justitia et pax, quae ultra memoriam eorum qui erant ejus temporis, profecerant sub eo, in brevi, ejus defectu eveniente, deficerent cum eo. Cujus corpus, sicut vivens disposuerat, Viridunum (c), ad sepulturam transferendum, dum perlatum esset Leodium, Henricus episcopus,

(a) Quae, M. et D.: quod.

(b) Nec moratus, M. et D.: memoratus.

(c) Viridunum, M. et D.: Viriduni.

<sup>1</sup> Obiit 4<sup>o</sup> decembris 1075 (B). — Anno 1075, eo quippe anno, ex Alberico, mortuus est Theoduinus, episcopus Leodiensis, kalendis Junii, cui statim suffectus Henricus et consecratus, de-

posuit Wolbodonem abbatem in festo SS. Simonis et Judae, et eodem anno, 4 decembris, ad superos evolavit S. Anno (M. et D.).

<sup>2</sup> Alias *Flardinge* seu *Flaringhem*, qui nunc vicus est Hollandiae ad Mosam, infra Roterodamum. Miraeus, ad annum 985 (B).

<sup>3</sup> Anno 1076 (B).

Page 50.

S. Anonis obitus (M. et D.).  
Anno, arch. Colon., moriens quinque marcas argenti mittit eccles. nrae (B.).

Dux Godefridus occiditur (M. et D.).

Godefridus Gibbosus, dux Bullon., interficitur, et a D. Theoderico Viridunum sepeliendus deducitur (B.).



tanto amico destitutus, in pompa maximi doloris processit ei cum clero et populo totius civitatis, perque singulas congregationes praesens ipse circumferri jussit, exceptoque solemniter missas celebrari instituit.

44. Deinde prosecutus eum usque Vilantiam, prae nimio dolore infirmatus, progredi ultra non potuit, et Theoderico abbati ad corpus deducendum vices suas commisit. Ipse delatus ad ecclesiam beati Huberti, donec convalesceret ibidem fuit. Fuit autem<sup>1</sup> a secunda dominica Quadragesimae usque post octavas ibi celebratae Paschae, nam delectatus religiosa fratrum conversatione, et, eorum probata erga se sincera dilectione, nulla suorum vel clericorum vel principum potuit evinci suggestionem, quin ante paschalem celebrationem vellet locum mutare. Morabatur tunc junior Godefridus marchio cum illo, qui, avunculi sui destitutus auxilio, ejusdem episcopi tuebatur patrocinio. Quem cum saepius argueret de allodio *Telins*, quod Bulloniensis (a) violentia jamdiu subduxerat ecclesiae, dicens etiam se timere illi vindictam hujus injustitiae (b), Godefridus, consilio et hortatu optimatum suorum, episcopo cessit et quod suum erat beato Huberto voluntarie recognovit. Dominica autem quae dicitur in Palmis, post solemnem ejus diei processionem, prosequentibus nobiles suis, uterque accessit ad majus altare beati Petri apostoli, et, baculum suum pastoralem tenente episcopo, dexteram ejus dexteram suam Godefridus supposuit (c), et cum eo praedictum (d) allodium super illud absque ulla calumnia reposuit. Imposita etiam sibi episcopus stola sacerdotali, ne quis illud amplius ecclesiae subduceret, sub obtestatione divini nominis interdixit, et imprecatione aeterni anathematis excommunicavit. Godefridum vero culpam suam suorumque antecessorum humiliter fatentem absolvit, et, facto publice privilegio hujus recognitionis, sua illud et suorum astipulata assignatione confirmavit. In sequenti vero feria quinta, circa horam sextam, parata sibi sede in portis templi, deductos ibi poenitentes episcopii, cum maxima reverentia et lacrymis Deo reconciliavit, et communioni sanctae ecclesiae per manus archidiaconorum sibi reassignatos restituit. Deinde, solemniter infulatus, missas celebraturus, episcopaliter processit, habens in ministerium

Henricus episcopus Quadragesimam apud S. Hubertum transigit (M. et D.).

Page 51.

Allodium de *Telins* a Godefrido juniore restituitur eccl. nrae (B.).

(a) *Bulloniensis*, M. et D. : *Bullionensis*.  
 (b) *Injustitiae*, M. et D. : *justitiae*.  
 (c) *Dexteram ejus dexteram suam Godefridus supposuit*, M. et D. : *dextram ejus in suam Go-*

*defridus superposuit*.

(d) *Praedictum*, M. et D. : *productum*.

<sup>1</sup> Anno 1076 (B).

ecclesiasticum electos ex fratribus septenos uniuscujusque ordinis, duodecim quoque sacerdotes in veste sacerdotali circumstantes eum, ad expectationem conficiendi in ipso canone sacri chrysmatis. Tanta tunc temporis erat frequentia religiosae congregationis, ut, his exceptis, conventus exequendi ordinis non videretur (a) minui, tanta ornamentorum copia abundabat ecclesiae, ut pretiosis vestibus ornati singuli procederent in suo ordine; ipse etiam episcopus, suis postpositis, casulam albam indueret, quae fuerat Leonis papae, data, ut dictum est, abbati Theoderico a Beatrice et Mathilde. Quanta vero devotione Dominicam passionem et sepulturam exegerit, quae alacritate cum publica fratrum processione, ambientibus eum archidiaconis suis, in ipso sancto sabbato, sacri baptismatis fontes ore proprio consecraverit; qualiter hoc idem privilegium matris ecclesiae sua auctoritate laudaverit et probaverit; quanta et quali gloria et laetitia paschalem solemnitatem celebraverit, olim relatum vix credibile videbitur posteris. Cum et ipsi curiales episcopi, posthabita urbe ab episcopo, se quasi in solitudine ad eum convenisse indignarentur, nec tamen vel in divinis solemnibus vel in rerum exteriorum copiis se esse diminutos mirarentur; elaborabat quoque episcopus ne propter frequentiam curialem, ordo religionis aliquam pateretur inquietudinem. Sed et si quando, gratia refrigerandi, fratribus vel in lectione vel in colloquutione interesse volebat, executores suos in ipso claustrum aditu a se rejiciebat et post se accludens valvas, quasi quidam privatus, adgaudentibus sibi reverenter conveniebat.

45. Jam die festo mediante, Herimannus, Metensium episcopus, venit eum invisere, et exceptus ab ipso cum honorabili processione, tantae solemnitatis videbatur laetitiam auxisse. Et quia longo ante tempore amicissimus erat abbati Theoderico, ejus congregationi, in crastino eorum conventui se satis hilariter praesentavit, dicens sibi esse cordi ut aliquam gratiam eis relinqueret hujus ad eos adventus sui. Tunc, ex consultu communi, ab episcopo Henrico abbas expetiit ut ejus consensu duo dicaret Deo altaria a se constructa noviter. Quod episcopo concedente, dominus Herimannus in feria sexta paschali, quae obvenerat in kalendis Aprilis, dedicavit oratorium unum quod dicitur ad sanctam Jerusalem, eo quod ad modum Dominici sepulchri conditum ipsam quoque ejus formam repraesentet devotioni fidelium. In sequenti

(a) *Videretur, M. et D. : vinceretur.*

Page 52.

Henrici ep. Leod. in hac eccles. eximius affectus (B.).

Herimannus, Metensis episcopus, altaria apud S. Hubertum consecrat (M. et D.).

Page 53.

sabbato, aliud quod erat duplex, in superiori continens memoriam beati Nicolai, in inferiori vero beati Andreae apostoli, quod ad hoc maxime aedificaverat olim abbas, ut ibi specialius ageretur fratrum memoria, quorum corpora ibidem jacent, translata ab effosso cimiterio pro crypta amplianda. Qui dum paratis donis episcopum vellet (a) honorare, pro hac gratia impensa ecclesiae, episcopus non solum non acquievit quicquam accipere inde (b), sed e contra casulam suam pontificalem cum stola et baltheo, duobus quoque candelabris et uno pallio, obtulit habenda beato Huberto.

46. Exacta paschali hebdomada, cum episcopi (c) in suo digressu valedicerent fratribus, ex pietatis affectu singuli coeperunt flere altrinsecus, Henricus autem amplius, quasi qui ex desiderabili sibi quiete revocaretur ad tam multiplices saecularium negotiorum tumultus.

Berengerus, prior S. Huberti, praeficitur monasterio S. Laurentii sub nomine prioris (M. et D.).

47. Adhaerebat ei familiaris quidam Viridunensis senex Eleutherius, vir equidem religiosus, et qui ab ineunte aetate instruxerat eum honestis et castis moribus. Hic sollicitus salutis et honoris illius, attentius suggerebat ei ordinandam esse ecclesiam beati Laurentii, quae aliquandiu viduata indigebat providentia abbatis. Qui dum moraretur cum episcopo, factus est familiaris (d) Lamberto juniore et Berengero (e) priori, inter quos concreverat jam diu gratia verae in Deo charitatis, quia inolita gratis, libera erat totius necessitatis. Et cum saepius Eleutherius colloqueretur Lamberto, forte inter loquendum incidit eis memoratae abbatae mentio: et illo dicente de ejus ordinatione se multotiens cum episcopo contulisse, episcopum vero sollicitum, sed incertum cui convenienter eam committeret, respondit Lambertus optime eam committendam Berengero (f), sapienti equidem et probatae virtutis viro. Ille semel rapti verbo, gratias egit Deo et quantocius suggestit episcopo, ut Berengerum sibi commodandum expeteret ab abbate Theoderico, quem interim ecclesiae beati Laurentii loco prioris praeponeret, donec, per accessum temporis, certius inde sibi consilium proveniret. Episcopus eum expetere non distulit, et vix aegre ab abbate impetratum et introductum ecclesiae vacanti priorem esse constituit. Berengerus, ut erat vir discretus et prudens, satagebat consulte omnia procurare, singulorum se moribus contemperare, neminem

(a) *Vellet*, M. et D. : *decrevisset*.

(b) *Accipere inde*, M. et D. : *inde accipere*.

(c) *Episcopi*, omis par M. et D.

(d) *Factus est familiaris*, M. et D. : *familia-*

*ris factus est*.

(e) *Berengero*, le MS. : *Berngerio*.

(f) *Berengero*, et ailleurs, M. et D. : *Ber-*

*gero*.

quasi importunius gravare, doctrina et exemplo graviores informare, leviores ne scandalizarentur, interim dispensatoria patientia dissimulare. Page 54.

48. Nec multo post superveniente festo beati Lamberti, cum ediceret episcopus abbatibus et archidiaconis, reddendum sibi consilium de ordinanda ecclesia beati Laurentii, responderunt illi in commune consulendos fratres ipsius congregationis, eisque offerendam regularem et legitimam electionem abbatis. Episcopus in crastinum deducens eos secum, ad locum venit et fratribus ut abbatem sibi eligerent, mandavit. Illi<sup>1</sup> locuti cum consilio, cum abbatibus et archidiaconis elegerunt Berengerum consensu unanimi. Laetatus episcopus eorum electionem convenire voluntati suae, abbati Theoderico coepit vehementer innuere ut Berengerum sibi absolutum redderet. E contra cum abbas reclamaret se nec velle, nec posse tali viro carere, suae magis ecclesiae eum convenire quam alienae, vix obtinuit episcopus quod petebat, omni illo conventu suffragante. Et tandem Berengero coram attracto, abbatiam sancti Laurentii, licet diu renitenti, episcopus violenter ingressit, id re vera disponente gratia Dei, qui in brevi hoc se disposuisse comprobavit, dum illius labore et ingenio accreverit (a) interius optimae religionis congregatio, et exterius multiplex rerum ecclesiasticarum acquisitio. Eligitur abbas (M. et D.).

49. Anno Dominicae incarnationis millesimo septuagesimo sexto, gravissima hyems incubuit, adeo ut in Galliis Ararim, Rhodanum, Rhenum, Ligerim; in Germania, Albam, Visdam et Danubium; in Italia, Eridanum permaximos fluvios, ut taceatur de minoribus, tanto gelu constringeret, quo (b), mirantibus circummanentibus incolis, quasi per solidam terram pervii fierent. Hoc gelu tandem in vere remisso, tanta successit siccitas aeris, ut arenis arvis pene desperaretur proventus messis futurae. Theodericus<sup>2</sup> abbas tunc (c) in Quadragesima Romam gratia orationis profectus, in redeundo Rhemi (d) apud beatum Remigium familiariter aliquandiu lassus quievit. Vulgato autem per urbem tanti viri adventu, ipse Manasses<sup>3</sup>, tunc Rhemorum pontifex, omnesque pene ejusdem metropolis majores illum suppliciter adeuntes, petierunt ut de imminente plaga desperatis daret consilium, suisque (e) oratio-

Berengerus ex priore Andainensi fit abbas S. Laurentii Leod (B.).

Page 55.

(a) *Accreverit*, M. et D. : *accrevit*.

(b) *Quo*, M. et D. : *quod*.

(c) *Tunc*, omis par M. et D.

(d) *Rhemi*, M. et D. : *Remis*.

(e) *Suisque*, M. et D. : *simulque*.

<sup>1</sup> Anno 1076 (B.).

<sup>2</sup> Anno 1077 (B.).

<sup>3</sup> Is erat hujus nominis primus, de quo jam facta est mentio (M. et D.).

nibus obtineret divinae consolationis auxilium. Ille, licet invitus, precibus tamen supplicantium victus, publicum populi conventum in basilica majori sanctae Mariae semper virginis, genitricis Dei<sup>1</sup>, mandavit fieri, et, inter missarum solemnias, exorsus sermonem pro qualitate periculi, omnibus indifferenter unius diei continuum jejunium indixit, et ut darent pauperibus quae subtrahebant sibi. Quanta autem fuerit in exhortatione sermonis ejus omnium, ipsorum etiam Judaeorum, compunctio, quam alacris indicti jejunii et eleemosynarum executio, consequenter ostendit Dei omnipotentis miseratio. Nam in crastinum abbate missas celebrante, statim ut eas terminavit tanta tamque salubris pluvia erupit<sup>2</sup>, ut passim revirentibus campis, jamdiu desperata, Dei gratia donante, largissima ejus anni proveniret messis.

D. Theodericus in magna siccitate precibus suis impetrat pluviam Remensis (B.).

Adalbero, monachus S. Huberti, fit abbas Laudunensis (M. et D.).

50. Sub eodem anno affuit Theoderico abbati legatio Elinandi, Laudunensis episcopi, ut, si quid apud eum posset vel ipse vel ecclesia commissa sibi, concederet ei fratrem unum suae institutionis, quem ordinaret abbatem ecclesiae sancti Vincentii martyris. Id cum abbas omnino recusaret, episcopus vero hoc ipsum bis terque importunius reposceret, tandem relato consilio ad communem audientiam capituli, unanimi fratrum electione domnum Adalberonem, Laudunum, deduxit eumque, se praesente, abbatem ecclesiae beati Vincentii ordinari concessit.

Adalbero ex nobili Suevo monachus Andanensis et deinde abbas S. Vincentii Landunensis (B.).

51. Et ut memoretur idem Adalbero quis aut unde fuerit, fuit nobilis prosapiae Suevus, et multiplicis scientiae Constantiensis ecclesiae clericus. Hic duci Godefrido juniore ab Italia revertenti familiariter adhaesit, qui quamdiu advixit, habitus est apud eum amicitior amicissimus; sed, illo interfecto, cum se Adalbero junxisset Godefrido adolescenti, quem avunculus adhuc vivens adoptaverat haeredem (a) sibi, inter illum et Albertum, Namucensem comitem, orta est gravissima dissentio (b) pro castello Bullo-niensi. Qua de re nominato apud sanctum Hubertum inter utrumque colloquio, cum Godefrido affuit ibi et clericus Adalbero. Qui, ut erat perspicax in rebus deprehendendis, cum perspexisset in fratribus inremissam intentionem exequendi ordinis, cum etiam pervidisset ex ipsa loci opportunitate non indigere solitudine, si quis vellet ibi Deo militare, divino respectu com-

Page 56.

(a) *Haeredem*, M. et D. : *ut haeredem*.

(b) *Dissentio*, M. et D. : *discussio*.

<sup>1</sup> Haec est Remensis ecclesia cathedralis (M.

et D.).

<sup>2</sup> Hujus miraculi meminit auctor vitae S. Theoderici, n° 26 (M. et D.).

punctus, destinavit apud se vanitatem mundi respuere, quam tot casibus subditam, nemini (a) videbatur esse durabilem. Locutus ergo abbati, condixit illi diem ad eum ex toto revertendi, collectisque quae erant in promptu ex rebus suis (b), juxta conditum in capitulo se praesentavit (c), more agenda conversionis. Videres (d) neminem se posse continere a lacrymis, cum tantarum paulo ante deliciarum juvenis, tam subito mutatus, ad mundi contemptum adeo se accingeret ut pretiosissimas olosericalis habitus vestes, cum tunica oloserica sponte sua spoliatus abjiceret, annuli quoque aurei digitis abstracti, et in terram projecti, clarissimum tinnitum redderent, ipse vero (e) conversionis suae professionem vix, permittente singultu, enunciare sufficeret. Hic non multo post, ut dictum est, apud Laudunum-Clavatum, ordinatus abbas ecclesiae sancti Vincentii, quantum, Deo juvante, loco profecerit, testatur fratrum nobilissima religio ab eo instituta, informata interius, rerum quoque et cellarum multiplex augmentatio exterius <sup>1</sup>.

52. Anno millesimo octogesimo primo Dominicae incarnationis, indictione quarta, Theodoricus abbas, ad consecrandam cryptam quam aedificaverat, Henricum accivit episcopum, ejusdemque consecrationis diem praefixit, videlicet in idibus Januarii. Episcopus quod petebatur hilariter exequendum decrevit, comitatusque Francone, episcopo Bellagradensi, nec non maxima frequentia clericorum et curialium suorum, in Epiphania Domini ad locum venit. Quantus autem concursus non solum affinium, sed et exterorum promiscui sexus et aetatis, ad expectationem (f) tantae solemnitatis convenerit, quanta praedictorum pontificum devotione, quanta Leodiensium archidiaconorum et frequentia et obsecundatione, quam largis et multiplicibus obsoniis eadem consecratio celebrata constiterit, si quis narraret, vix crederetur a posteris, praesertim cum, degenerante saeculo, deficiat passim non solum copia, sed et ipsa morum probitas et antiquae moralitatis honestas.

53. Apud Calviciacum advocatus quidam, Albericus (g) nomine, in exigendo sibi indebitas chorveias (h), adeo imminebat ecclesiasticae familiae, ut in arando vacca cujusdam pauperis abortiret, ejusque vice per totum diem

Consecratur crypta S. Huberti (M. et D.).  
Crypta ecclesiae (consecrata) ab Henrico, Leod. epo, et Francone Belgradensi consecratur (B.).

Page 57.

An. 1081. Advocatus ecclesiae familiae apud Calviciacum indebitis gravatangiis (B.).—Albrici advocati vexatio indebita probatur per aquam (M. et D.).

(a) *Nemini*, omis par M. et D.

(b) *Ex rebus suis*, M. et D. : *rebus suis*.

(c) *Praesentavit*, M. et D. : *prostravit*.

(d) *Videres*, M. et D. : *videns*.

(e) *Vero*, M. et D. : *etiam*.

(f) *Ad expectationem*, M. et D. : *expectationem*.

(g) *Albericus*, M. et D. : *Albricus*.

(h) *Chorveias*, M. et D. : *corveias*.

<sup>1</sup> Anno 1081 (B.).

jugum sustineret altrinsecus pauper. Tantam tamque injustam exactionem abbas audivit, et Alberici inhumanitatem exhorruit; properans Dunum (a), Adelonem expetiit et quomodo subadvocatus ejus familiam ecclesiae tractaret, satis dolenter ingressit, paratus hujusmodi angariam probare nec illi neclateri debitam. Indignatus Adelo adversus Albericum, hoc illum fecisse erubuit, et expostulatae probationis diem abbati constituit. Heribertus quidam, admodum fidelis et probatus (b), erat tunc Calviciacensis villicus; hic, die praefixa inter abbatem et Adelonem, testificato legaliter sacramento, idem sacramentum judiciali examinatione per aquam confirmavit<sup>1</sup>, et advocatorum violentas exactiones, maxime vero chorveias illis omnino indebitas comprobavit. Huic publicae comprobationi interfuerunt Adelo Dunensis (c), Rambaldus, comes Mutiensis, Petrus Mirowaldensis, cum multis nobilibus aliis. Actum anno incarnati Verbi millesimo octogesimo primo.

Theodericus comes apud  
S. Hubertum sepultus  
(M. et D.).

Theodericus, comes Fla-  
mensis, in eccl. nra se-  
pulturam accipit (B.).

Page 58.

54. Nec multo post Godefridus Theodericum<sup>2</sup> comitem cepit; qui filius Gerardi Flamensis (d), regi etiam Henrico admodum familiaris, in quibus poterat, adversabatur juveni; quem Bullonium deductum satis liberaliter jussit servari. Lambertus quoque junior tunc, ut erat praepositus ecclesiae beati Petri, frequentius captum revisendo, in quibus poterat, deservebat illi. Hic igitur post dimidium fere annum in eadem captione obiit, et jam moriturus Coloniam se deferendum familiaribus suis indixit; ibi enim apud sanctum Gereonem longe ante (e) destinaverat sibi sepulturam, collata illic rerum suarum multiplici munificentia. Lambertus vero, ut semper erat curiosus ecclesiae matris suae utilitatibus, per Heribrandum castellanum et Tiebol-

(a) Dunum, M. et D. : *divum*.

(b) Probatus, M. et D. : *probus*.

(c) Dunensis, M. et D. : *Diniensis*.

(d) Flamensis, M. et D. : *Flammensis*.

(e) Ante, omis par M. et D.

<sup>1</sup> Hoc est per aquae iudicium, quod quidem perinde ac iudicium per ignem ad detegendam veritatem olim adhibebatur, de quo vide quae diximus in lib. 3 de antiq. eccl. ritibus, c. 7 (M. et D.).

<sup>2</sup> Theodericus hic idem esse videtur cum Theoderico, strenuo duce Lotharingiae Mosellanae, de quo Miraeus in chron. ad an. 1048. Alberto, Lotharingiae Mosellanae duce, inquit,

occiso (nempe a Godefrido magno Gibbosi patre, quem Henricus III imper. ob rebellionem suam ducatu Mosellanico exiit anno 1047; eumque Adalberto praefato contulit, qua de causa Godefridus eundem occidit) Henricus III, imperator, Gerardum Alsatium anno 1048 suffecit qui anno 1070, obiit, teste Sigeberto. Uxorem habuit Hadwidam, Alberti I, comitis Namurcensis, et Ermengardae filiam, ex qua filios reliquit Theodericum strenuum, suum in ducatu Mosellano successorem, et Gerardum, comitem Vaudemontanum. Theodericus cum Godefrido Gibboso anno 1075, Henrico IV, imperatori, adfuit in bello contra Saxones. Miraeus (B.).

dum (a) effecit, ut abbreviato labore tam longae hujus evectiois, sepeliretur in ecclesia beati Huberti; cujus rei gratia Gerardus et Goswinus (b), filii ejus, contulerunt ecclesiae legaliter in perpetuum habendos sex mansos allodii apud Bridam, quae sub Trajecto sita est in Taxandria. Actum anno incarnati Verbi millesimo octogesimo secundo. Hoc eodem anno refirmavit episcopus Henricus castrum *Mirvolt*.

Gerardus et Goswinus, filii ejus, sex mansos apud Bridam, infra Trajectum, S. Huberto legant (B.).

55. Increscentibus autem inimicitiis inter Albertum Namucensem et Godefridum Buloniensem, Albertus pro guerra Buloniensi (c) *Mirvoldense* castrum latenter refirmare disposuit. Id cum Henricus episcopus deprehendisset, tum quia Godefrido omnimodis favebat, tum etiam quia per hoc vexandum episcopium (d) timebat, anticipavit praevenire intentionem Alberti, et a Richilde, comitissa Montensi, ipsum montem cum comitatu et banno et caeteris ejus appenditiis, duo quoque ejus allodia, scilicet *Braz* et *Gruispontem*, cum omnibus utilitatibus suis et familia, taxato pretio comparavit, sicque castrum maximis impensis refirmavit, cui cum quasi ad custodiam provinciae milites deputasset, illi, cogente inopia, facti sunt publici praedones, non solum villarum pauperes, sed etiam ipsam abbatiam sancti Huberti assiduis incursionibus vexantes: quae res Theodericum abbatem usque ad animam gravavit, timentem non solum suo tempore sed etiam in posterum periculo imminente. Et cum frequenter per se ipsum, tum per quos poterat mediatores episcopum precibus ambiret, ut tam grande malum quod in exitium totius provinciae firmaverat, dissolveret sibi pondus tanti timoris absolveret, praetendens in ecclesia beati Huberti se hactenus frustra laborasse, cui post se relinqueret tam proximum vicinum desolationis certissimae; compulsus episcopus, ne tantum virum sic sibi insistentem et eo usque habitum in amicitia familiarem inexorabiliter offenderet, utque ejus dolorem et indignationem utcumque leniret, ipsum castrum cum (e) omnibus appenditiis suis legaliter habendum tradidit ecclesiae, et in ecclesia beati Michaelis, a se ibi constructa et dedicata, fratres ex ecclesia beati Huberti constituit, custodiamque concessae munitionis abbati habendam indixit (f), asserente abbate se nescire castrum custodire sed claustrum. Convictus tandem ab amicis suis, maxime vero suggerente Lamberto majori ne interim exasperaret animos personae

Anno 1082. Castri *Mirwart* reaedificatio a Henrico, epo Leod., post ejus emptionem a Richilde Montensi (B.).

Henricus ep. *Braz* et *Grupont* a Richilde comitissa emit (B.).

Page 59.

Cella S. Michaelis in castro *Mirwart* ipsumque castrum D. Theoderico tradit D. Henricus episc. custodiendum (B.).

(a) *Thieboldum*, M. et D. : *Thieboldum*.

(b) *Goswinus*, M. et D. : *Gozwinus*.

(c) *Buloniensi*, M. et D. : *Bulloniensi*.

(d) *Episcopium*, M. et D. : *episcopum*.

(e) *Cum*, M. et D. : *in*.

(f) *Indixit*, M. et D. : *induxit*.



potentis, indictam custodiam, dispositis ibi fidelibus ecclesiae, interceptit.

Reliquiae S. Scholasticae  
in monasterio Juviniaciensi  
inventae (M. et D.).

56. Tunc temporis, Mathildis marchisa addiderat episcopo (a) Viridunensi Juviniensem (b) abbatiam (c), cui Theodericus episcopus<sup>1</sup> Galbulgem (d), religiosam virginem, praefecerat, quam diu multumque reluctantem de reclusionem violenter abstraxerat. Quae cum in loco eodem scrinium reliquiarum invenisset, ferreis nexibus firmiter colligatum, jejuniis et orationibus, quae ibi reliquiae containerentur, a Domino studuit quaerendum. Cui cum divinitus revelatum esset partem corporis beati Benedicti abbatis (e), ejusque sororis Scholasticae virginis inibi contineri, idem certius decrevit experiri oraculum et ad hoc ipsum publice pervidendum, evocavit ad locum Theodericum episcopum. Episcopus ad rem edictum praefixit in exaltatione sanctae Crucis. Convenientibus ad eandem expectationem non solum finitimis, verum (f) quam pluribus exteris, affuit etiam pro expetendis sanctorum reliquiis Dambertus junior, missus ab episcopo Henrico et abbate Theoderico. Locato autem consistorio in area campestri, ibidemque aperto reliquiarum scrinio coram frequentia populari, inventa sunt duo capita, videlicet praefati fratris et sororis cum ossibus dissimilis quantitatis. Nam quaedam videbantur virilis eminentiae, quaedam habitudinis femineae. Quibus ab episcopo lacrymabiliter expositis ad videndum, iterumque reverenter repositis, celebratis etiam ex eorum veneratione missarum solemnibus, junctura una digiti beati Benedicti, et dens abstractus ex maxilla Scholasticae virginis dono abbatissae huic ecclesiae provenit.

Page 60.

Junctura digiti e corpore S. Benedicti et dens e maxilla S. Scholasticae, e monasterio Juviniaciensi ad nos transmissa (B.).

57. Interea episcopus ecclesiam beati Huberti frequentare, neglectis sedibus episcopii, natalitias curias et paschales celebritates ibidem solemnizare, ordines ecclesiasticos suis temporibus agere, et fratribus, sine aliqua suorum inquietudine familiariter cohabitare. Satagebat abbas quibus poterat obsequi eum placare (g) et inter agendum gratiam ejus de castro dijiciendo pertentare (h). Sed episcopo quod petebatur callide dissimulante, modo rem

(a) *Marchisa.... episcopo*, M. et D. : *mar-chissa.... episcopo*.

(b) *Juviniensem*, M. et D. : *ut Juviniensem*.

(c) Après *abbatiam*, quelques points indiquent dans le texte des Bénédictins, une lacune qui n'existe pas.

(d) *Galbulgem*, M. et D. : *Golburgem*.

(e) *Abbatis*, omis par M. et D.

(f) *Verum*, M. et D. : *verum etiam*.

(g) *Placare*, M. et D. : *complacare*.

(h) *Pertentare*, M. et D. : *praetentare*.

<sup>1</sup> Theodericus, Viridunensis episcopus, cognomento Magnus, interfuit Remis concilio a Leone IX celebrato vitamque produxisse traditur ad 1090. (M. et D.).

ad optimatum suorum consilium referendam respondente, cum jam abbas fastidians quereretur fratribus suis frustra se niti, suborta est maxima indignatio (a) adversus episcopum totius congregationis, quod ecclesiae haecenus liberrimae obfirmasset intolerabile jugum hujus obsidionis, tanquam magnum diabolium ad insidias sanctificationis. Quae (b) licet in faciem illi objicere parcerent, eis tamen quos illi sciebant primatioris, hoc (c) ingerebant acerrime; ut ingesta sibi referendo, vel misericordiae recordatum ab intentione reflecteret, vel ex eo certius, si esset eis desperandum, probarent. Familiaribus vero e contra causantibus non sic dehonestandum vel provocandum tantae potestatis virum, haecenus eis tam amicum tamque humanum, Lambertus junior, zelo matris suae ecclesiae incitatus: « Talis, inquit, amicitia cum ad hoc (d) nobis exitium provenerit, eadem facilitate contemnatur qua et probatur. » Quod verbum notatum prae caeteris cum episcopo, velut ad contumeliam specialem, referretur ex persona dicentis, episcopus, concepta occasione quasi justae commotionis, adversus abbatem et fratres furere et conqueri coepit, inferens non se sic meruisse injuriari, nec sibi amodo succendum, si sic laesa ejus amicitia ad eos exerceret inimicitias. Intellexit abbas libenter eum causas affectare, ut quod petebatur de castro dijiciendo, quasi juste exasperatus recusaret, et, de eo jam desperare coactus, secessit Franciam, utroque Lamberto comitatus. Et dum apud cellam Ebernei-Curtis (e) moraretur, exoratus ab Alberone, abbate sancti Vincentii, Lambertum juniorem illi habendum apud se permisit. Nec multo post requisitus ab episcopo cur se tamdiu absentasset vel a loco suo vel ab eo, Theodericus praepositus praemonitus ad ea respondere, respondit: abbatem apud se deliberasse ex toto jam recedere, nolle amodo eum (f) loco praeesse, cui non poterat prodesse, dolere se tamdiu superesse, ut, se vivente, videret tot suos labores deperiisse, castro quod firmaverat superexistente. Veritus episcopus cum divina offensa tum etiam publicam de recessu tanti viri infamiam, edixit praeposito quantocius abbatem revocare, mandans ei se malle tot impensas, quas in castro expenderat, perdere quam Deum offendere, ipsumque sic ut recederet exasperare, pateretur quandoque hoc agendum cum tempore

(a) *Indignatio*, M. et D.: *seditio*.(b) *Quae*, M. et D.: *quod*.(c) *Hoc*, M. et D.: *haec*.(d) *Hoc*, M. et D.: *hunc*.(e) *Ebernei-Curtis*, M. et D.: *Ebernei-Curtis*.(f) *Amodo eum*, M. et D.: *eum amodo*.

et ratione. Tandem revocatus abbas, cum episcopo apud ipsum castrum occurrisset et exceptus hilariter ab eo consedisset, conquerenti se nimis ab eo insequi et infestari, respondit abbas animo desideranti nihil satis festinari; ad hoc episcopo secretius spondente illi absolvendum pro certo sibi effectum hujus desiderii sui, nondum (a) tamen id posse convenienter fieri, ne imputaretur ejus levitati tam subita eversio tanti sui laboris. Consolatus interim abbas tacuit, Deum propensius exorans ut disponeret ei celerem (b) proventum hujus suae expectationis.

Lambertus, S. Huberti monachus, fit scholasticus et cardinalis in monasterio Remensi S. Remigii (M. et D.).

Page 62.

58. Audivit interea dominus Petrus, venerabilis prior ecclesiae sancti Remigii, notum sibi olim Lambertum juniorem morari apud domnum Adalberonem Lauduni. Qui, assumpto Tiebaldo, claustrali priore, cum Huberto (c) praecentore, suggessit abbati Henrico ut, missa legatione ad Adalberonem, Lambertum sibi commodandum expeteret, et quia scholastico indigebat, scholas illi regendas committeret. Nec moratus abbas, vir magnae aetatis et maximae honestatis, misso Heriberto succentore, dictavit ei animos Lamberti prius explorare, si, concedente abbate Adalberone, ad sanctum Remigium consentiret venire, et tunc demum ex ejus consensu litteras suae petitionis pro eo abbati praesentaret. Lambertus, de mandato consultus, respondit se suae potestatis non esse, ex consensu vero Adalberonis, paratum se quo mitteretur ire. Sic redditis deprecatoriis pro Lamberto litteris, Adalbero quod petebatur exhorruit, asserens id se non praesumere, nisi ex Theoderici abbatis voluntate, qui illum sibi commiserat reddendum ecclesiae suae. Interim cum (d) dubius an petitionem tantae ecclesiae omnino refelleret an depositum sibi Lambertum ad sua remitteret, ad rem tractandam inducias petiit, et diem ad se redeundi (e) legato constituit. Coepit interea pertentare Lambertum quid mallet, et hortari ut se excusando illi quod vereretur absolveret. Lamberto in priori sententia persistente, scilicet sui se arbitrii non esse, praeciperet ipse quod vellet, paratum se illi obedire, Adalbero exegit (f) ab eo conditionem quod remandatus a Theoderico abbate, sine excusatione, ut suus ad eum rediret, et in ejus placito se omnino reponeret, dimisitque eum ad praefixam diem, legato sancti Remigii pro eo redeunte. Ille, gratia Dei honeste deductus, et amicabiliter exceptus, jussus

(a) *Nondum*, M. et D. : *necdum*.

(b) *Celerem*, M. et D. : *celeriter*.

(c) *Huberto*, M. et D. : *Humberto*.

(d) *Cum*, M. et D. : *tamen*.

(e) *Redeundi*, M. et D. : *redeunti*.

(f) *Exegit*, M. et D. : *exceptit*.

est ecclesiae scholasticus haberi : non (a) multo post electus et constitutus est unus ex septem cardinalibus majoris altaris. Dignitas hujus ordinis firmata est privilegio Romano eidem ecclesiae a domino (b) Leone papa, quando (c) eam dedicavit, ut non archiepiscopo, non episcopo, non cuilibet majori vel minori personae liceat missas celebrare in ipso altari, nisi archiepiscopo Rhemensi, et cui abbas, non quidem temere, sed consensu fratrum, permiserit. Page 63. Septem vero cardinales ad hunc honorem assumpti publica electione, praecipue (d) in tota congregatione, et liberi a caeteris (e) officiis, quibus vicissim deputantur alii, solummodo deserviunt praedicto altari in festis diebus, balthis utentes, et trium diaconorum totidemque subdiaconorum et acholytorum processionem habentes.

59. Audita sunt omnia apud sanctum Hubertum, quae everant de Lamberto, quem Theodoricus abbas secum eductum Lauduni commiserat, quasi ad satisfaciendum episcopo, cui videbatur injuriosus pro verbo superius incautius in eum prolato. Et indignantibus adversus eum quibusque, amarius verò Lamberto majore, quod quasi illius improvida simplicitate hujusmodi damnum evenisset ecclesiae, ut emolumentis nutritus deserviret alienis utilitatibus, coepit secum (f) deliberare an depositum Adalberoni remandaret, an per se ipsum Lambertum requireret. Imminebat vero dedicatio ecclesiae Ebernensis, quae est in die sancti Martini, illoque abbas veniens, mandavit Lamberto ut sibi occurreret. Ille, audito mandato hora tertia, occurrit ei cum legatione ecclesiae sancti Remigii hora sexta. Laetatus est abbas tam cito sibi occurrisse Lambertum, erubescens quibusdam qui asserebant quasi rebellem non esse venturum. Cui cum coram (g) objiceret non hoc ecclesiam matrem suam de eo meruisse, ut alienis commodis deserviens illam postponeret, respondit Lambertus non id recte calumniatores suos de se sentire, ubicumque esset se filium suum ejusdem ecclesiae ex toto recognoscere; et, ut ipse melius nosset nunquam se hactenus arbitrio suo vixisse, nec amodo velle vivere, etsi satis jam expertum, ad huc experiri placeret, juberet potestative quid se facere mallet. Ad haec abbas cum assidentes in admiratione

(a) *Non*, M. et D. : *nec*.  
 (b) *Domino*, M. et D. : *domno*.  
 (c) *Quando*, M. et D. : *qui*.  
 (d) *Praecipue*, M. et D. : *praecipue*.

(e) *Caeteris*, M. et D. : *certis*.  
 (f) *Secum*, omis par M. et D.  
 (g) *Coram*, manque dans l'*Ampl. coll.*

circumspiceret, quod tam cito et rationabili reddita ratione omnium a se calumnias remouisset, legatio sancti Remigii has illi litteras obtulit in eadem confessione :

Litterae abbatis et conventus S. Remigii ad Theodericum abbatem (M. et D.).

Page 64.

60. « Venerabili abbati Theoderico, frater Henricus et fidelis illi sancti Remigii congregatio, illam quae est salus justorum a Domino. Apud charitatem veram, quam credimus vestram, non multum laborat ad obtinendum quod petit fiducia fraterna. Sit ergo ejus ipsius (a) vestrae charitatis, ut fratrem Lambertum nobis cum gratia vestra remittatis. Sed neque vel vobis vel ecclesiae vestrae reputetur oneri quod probatur honori, nec adscribatur damno, si nutritus labore vestro convenit idoneus inesse apostoli Francorum archimonoasterio, cum sapientium judicio utile postponi debeat honesto. Valete (b). »

61. Tunc demum abbas cum Lambertum sic sibi in omnibus obedire paratum perpenderet, tum etiam ne ecclesiam tantae dignitatis non exoratus offenderet, illum cum gratia sua remisit ad sanctum Remigium, ipse quoque ad suum reversus est monasterium.

Anno 1082 (B.).

62. Henricus episcopus imminentem Dominici natalis solemnitatem apud sanctum Hubertum celebravit; ubi et in sequenti Quadragesima ordinibus exactis, Leodium rediit. Abbas vero, jamdiu suspensus de promissione, qua episcopus dejiciendum castrum condixerat illi, ut jam tandem experiretur eventum rei, aggressus est illum (c) Leodium prosequi. In quarta autem feria paschalis hebdomadae, hora fere tertia, veniens Tioletum, audivit a suis seram esse episcopum, ascensaque navi venit ad eum. Episcopus, ad podium suum consistens, de longe recognovit venientem, cui cum jam ripae adlabenti, gratia salutationis inclamaret : *Surrexit Dominus vere*; abbas ei (d) respondit : *Ut appareat Henrico hodie*; quem episcopus benigne exceptum introduxit in capellam quam satis eleganter ipse condiderat (e), neminem praeter Theodericum praepositum admittens in causa. Et (f) sedens aliquandiu, cum vultum et vocem suppressisset, oculos lacrymis suffusos elevavit ad coelum et conversus ad abbatem quasi in agonia constitutum : « Scio, inquit, quid quaeras, charissime pater, scio quid desideras, quidve in posterum verearis ex malitia quam vides praesentis temporis; cujus ne mihi

Anno 1083 (B.).

(a) *Ejus ipsius*, M. et D. : *ipsius*.

(b) *Valete*, M. et D. : *Vale*.

(c) *Illum*, M. et D. : *eum*.

(d) *Ei manque dans l'Ampl. coll.*

(e) *Condiderat*, M. et D. : *ibi condiderat*.

(f) *Et*, M. et D. : *qui*.

apud Deum (ut multotiens minaris) imputetur occasio, castrum quod deji-  
ciendum affectas, tuae hodie voluntati et potestati permitto; ipsumque  
montem cum comitatu et omnibus quae sunt ejus ditionis in perpetuum  
ecclesiae tuae possidendum legaliter contrado, meque totum tibi et filiis  
tuis, gratia hujus vicissitudinis, Domino Deo commendandum specialiter  
committo. » Statim abbas, lacrymatus prae gaudio, ad pedes ejus proci-  
dit (a), quem episcopus et ipse genu flexo levans humiliter, hoc eum fecisse  
castigavit. Nec moratus abbas omnem eventum rei Lamberto majori,  
quem ad castrum custodiendum (b) reliquerat, scripto mandavit, et ut ad  
evertendam altitudinem sathanae, quibus viribus posset, accingeretur, per  
obedientiam indixit. In crastinum, summo mane redditis sibi litteris, Lam-  
bertus, ascenso equo, circumquaque pervolavit et publica exactione quos-  
cumque potuit ad castrum quantocius convenire compulit. Et ne quis prae-  
tenderet occasionem vel remorandi vel excusandi, velut quadam anxietate  
animi insimulabat minaciter necessitatem instantem propellendi periculi,  
ex banno episcopi amissionem rerum suarum intentans singulis, nisi ades-  
sent tuendae munitioni et firmando aggeri. Emota igitur rusticorum,  
maxime vero carpentariorum, multitudine, hora nona Lambertus ad castrum  
rediit accinctusque inprimis cum fratribus ibidem commorantibus, turrim  
ascendit, et nisi prius videret dejectum ejus apicem, se omnino non gustatu-  
rum juravit. Videres (c) rusticos, exemplo ejus incitatos, quasi se ipsos vindic-  
antes, in publicum hostem totius provinciae certatim insurgere, ad summa  
turris convolantes, tectum cum trabibus evolvere, parietes, abruptis compa-  
gibus, dissolvere, moenia ipsa cum propugnaculis eversa funditus eruere, tot  
impensas totque labores cum maximo collisionis fragore in brevi concidisse.  
Sequenti feria sexta, abbas ab episcopo rediens, cum prospiciens turrim  
non videret, unde videri solebat a longe, suspiciens in coelum, quantocius  
de equo descendit terramque deosculatur, *Te Deum laudamus* devotissime  
decantavit. Et cum pervenisset ad castrum ipsum, jam nudum aggerem  
dejectae turris suspiceret, elevata contra eum manu: « Dissolvat te, inquit,  
virtus omnipotentis Dei, qui nutu suo muros Jericho corruere fecit! » Nec  
prius abstinit, quam duodecim libras denariorum pro conducendis operariis

Page 65.

Henricus eps castrum  
de *Mirwart*, cum om-  
nibus pertinentiis, tra-  
dit D. Theoderico ab-  
bati (B.).

Castrum *Mirwart* dirui-  
tur jussu dni Theode-  
rici abb. (B.).

Page 66.

(a) *Procidit*, M. et D. : *procumbit*.*custodiam castrum custodiendum.*(b) *Ad castrum custodiendum*, M. et D. : *ad*(c) *Videres*, M. et D. : *videns*.

ad eundem tumulum complanandum deputaret, praeter eos qui tunc exacti convenerant ad castrî destructionem.

Theodericus abbas Caviniacum a Richilde comitissa emit (M. et D.).

Richeldis comitissa Caviniacum fiscum vendit D. Theoderico ab. (B.).

63. Per idem tempus, Richeldis, comitissa Montensis, rediens Roma, per fiscum suum Caviniacum transire disposuerat. Cujus transitum cum perspensisset Arnulphus Chisniacensis, ut erat audacis malitiae, insecutus eam capere voluit. Quem, Deo juvante, effugiens, ad ecclesiam beati Huberti divertit et officiosissime ab abbate Thoderico excepta, per hebdomadam in loco repausans, substitit. Interim fratrum religione perspecta diligenter et multiplici obsequio sibi hilariter impenso delectata, Caviniacum quod, ut praedictum <sup>(a)</sup> est, abbati deposuerat in vadium, obtulit ecclesiae funditus emendum. Quod cum abbati omnique congregationi placeret, communi consensu dies praefixa est coemptionis hujus agenda, et hoc coram episcopo apud castrum Fossense. Procuratus est quoque illi comes Albertus ab abbate, qui eam reducens in sua constituit securitate. Abraso autem argento quod in ecclesia inveniri potuit, octoginta marchas secum deferens abbas, Fossas venit, trecentis<sup>1</sup> aliis per Lambertum majorem et Theodericum praepositum procuratis, apud mercatores et clericos Leodienses vadibus depositis. Conveniente igitur comitissa Richilde<sup>2</sup> cum filio suo Balduino, renovata est coram episcopo et duce Godefrido conventio conducta de Caviniaco. Cujus pretii summam cum episcopus contraxisset ad marchas trecentas, praeter septingentas quas olim abbas in vadium superposuerat ei, mater cum filio ipsum fiscum perpetuo habendum ecclesiae beati Petri et beati Huberti, per cespitem et ramum ejusdem allodii, legaliter in manus episcopi et abbatis, ducis quoque Godefridi, ecclesiastici advocati, contradidit, et publica audientia sibi eum et quibusque heredibus suis uterque funditus abjuravit. Et eam in exsolvendo argento videret episcopus viginti marchas deesse, duo candelabra sua ejusdem ponderis deposuit comitissae, quae postea ex proprio redemit, ductus amore ecclesiae. Facta autem et confirmata charta hujus <sup>(b)</sup> coemptionis in publica praesentia episcopi et ducis, et signata testibus idoneis, abbas laetus ad ecclesiam rediit et vestituram legalem per manum ducis recipiens, superaltare beati Petri Caviniacum totum cum familia et omnibus acquestibus et appenditiis suis, ut propriam suam, aeternaliter ecclesiae retinendum, sine ulla contradictione saisivit.

(a) Praedictum, M. et D. : dictum.

(b) Hujus, omis par M. et D.

<sup>1</sup> Lisez *ducentis*.

<sup>2</sup> *Richilde*, plus haut : *Richeldis*.

64. Postea remandatus abbas ab episcopo Hoyum venit, ibique gratia dilectionis, aliquandiu ab eo retentus, cum regredi destinaret, suggestit episcopo apud ipsum oppidum ecclesiam beati Huberti duos molendinos habere, ejus gratiae convenire ut sedem tertii construendi monasterio concederet. Quod episcopus libenter concedens, evocatis ministris et iudicibus ejusdem oppidi, equum ascendit, et, ad placitum abbatis, optimam sedem molendini super Hoyolum difirmavit, quam legali dono ecclesiae in perpetuum possidendam confirmavit. Erat eo tempore Boso archidiaconus abbas Hoyensis ecclesiae sanctae Mariae, Lambertus, nepos ejus, publici juris provisor et iudex, Dodo dispensator episcopalis mensae.

Tres molendini apud oppidum Hoyense (B.).

65. *Braz*<sup>1</sup> quoque et Grisponti, quae olim ecclesiae perpetualiter donaverat, Arwaniae (a) partem quae sui juris erat, ex allodiis quae fuerant comitissae Richeldis, addidit. Et ne quis eadem dona (b) sua amodo vel immutaret vel removeret, aeterno anathemate damnavit. Hanc partem Arwaniae (c) Cono de Hamerina tollit ecclesiae vi et injuste.

*Braz* et *Grupont* ab Henrico ep. collata ecclesiae (B.).

Page 68.

66. Mater ecclesia beati Mononis martyris Nasaniae a Gualcando episcopo data fuerat cum omnibus quae ad eam pertinent, ab antiquo, ecclesiae beati Huberti in potestativa ditione. Ejus clerici, acceptis ab abbate praebendis, tamen consensu et laude fratrum, condicto eis et soluto servitio debiti honoris, jam extunc detrectabant per insolentiam subesse justitiae abbatis, nisi in clericalibus conciliis sub districtione episcopali. Hanc quoque insolentiam, petente abbate, episcopus liberum constituens altare ejusdem ecclesiae, absolvit et omnes exactiones et justitias episcopales et archidiaconales, praesente ibi et secum cumdonante Bosone archidiacono, ecclesiae beati Petri et beati Huberti, in perpetuum remisit, eandemque remissionem legali facto privilegio auctorizavit.

Ecclesia Nasaniae pleno jure subjecta S. Huberto (M. et D.).

Ecclesia Nassoniensis ab omni exactione episc. libera redditur et abbati S. Huberti pleno jure subicitur (B.).

Quod autem pace beatae ejus animae sanctaeque memoriae, non quidem exprobrando, sed condolendo dicatur, Theodericus et Lambertus ejus simplicitati adeo dominabantur, ut omnino eis in omnibus se crederet et, quasi consulto Deo, eosdem consultores audiret; his enim fidens provisoribus, tanto interius advigilabat liberius, quanto de externis dormiebat securius. Sed cum non multum distet in vitio vel decipere vel decipi posse, in hoc damnosum

(a) *Arwaniae*, M. et D. : *Arsiae*.

(b) *Dona*, manque dans l'*Ampl. coll.*

(c) *Arwaniae*, omis.

<sup>1</sup> Haec donatio facta est anno 1087 (B.).



nimis crimen miscuit gloriae suae, quod imprudenter patiebatur seduci eorum miserrima suggestione. Nam si quem, vel gratia consanguinitatis vel acceptae mercedis, vellent noviter cassare<sup>1</sup>, hoc de praebenda fratrum, sine eorum consensu, non dubitabant abbati persuadere, illeque eorum persuasioni non differebat obedire. Hoc modo amisit ecclesiastica utilitas ex antiquis possessionibus suis Vincias et Lesterneias, et ex acquisitis ab eodem abbate noviter Sulmodium in proximo et *Tavers* in Hasbanio.

An. 1086, D. Theoderici majoris obitus (B.).  
S. Theoderici abbatis obitus (M. et D.).  
Page 69.

67. Anno Domini millesimo octogesimo sexto, ordinationis vero suae trigesimo secundo, Theodericus abbas, non solum senio sed et confectus jejuniis, orationibus et vigiliis, laboribus (a) et curis commissae sibi pastoralitatis, ab ipsa, licet pertenui, virtute corporis, circa mensem Julium deficere coepit, unde et gratia paululum repausandi, Piros illi secedere placuit. Ubi dum se, ingravescente sensim infirmitate, praesentiret ad mortem urgeri, Theoderico praeposito sibi secum moranti, relationem suam ad monasterium accelerandam indixit. Referendus vero litteras vel deprecatorias vel commonitorias (b), ut cuique conveniebat, scilicet Adalberoni, Laudunensi abbati, Wiredo (c), praeposito Ebernensi, Lamberto, priori sancti Remigii, Berengero (d), abbati sancti Laurentii, ipsi etiam Henrico, episcopo (e) Leodiensi, dispositis nuntiis mittere festinavit, humiliter exposcens ut sibi quantocius adessent et morituro ultimum valescerent. Et cum, ab ipsa cella transpositus in alteram ripam Mosae, gratias ageret Deo, quasi jam propinquior cui aspirabat monasterio, occurrit illi Lambertus major cum apparatu refectioni ejus congruo. Cum vero in crastino circa horam nonam appropinquaret monasterio, divertit super Lumniam fluvium in quodam circumjacentis silvae prato, ne quis fieret pro eo popularis planctus aut (f) tumultuatio. Sic evitata populari expectatione, in prima vigilia noctis Dominicae exceptus est cum maximo fratrum moerore. Summo autem mane affuit illi episcopus cum Berengero abbate. Hi cum ad eum intrarent, ille, collectis viribus, sedens in lecto, gratias Deo egit, et, imposita sibi stola, fratres suos tam praesentes quam absentes absolvit, divinaeque misericordiae commendavit, et sic

(a) *Laboribus*, M. et D. : *laboribus etiam*.

(b) *Commonitorias*, M. et D. : *comminatorias*.

(c) *Wiredo*, M. et D. : *Guirido*.

(d) *Berengero*, M. et D. : *Beringero*.

(e) *Episcopo*, omis par M. et D.

(f) *Aut*, M. et D. : *et*.

<sup>1</sup> Cassare idest in feudum dare vel ad censum. Cassatus vasallus (B.). Cassare est in feudum vel ad censum dare (M. et D.); melius *cassare* (R.).

demum ecclesiastico more se Deo reconciliandum episcopo humiliter obtulit. His omnibus hora fere tertia expletis, exinde (a) studens silentio et divinae contemplationi, in crastinum hora eadem ad Deum migravit. Cujus statim migratione vulgata, occurrunt certatim ad tanti viri exequias Godefridus Bulloniensis, Albertus Namucensis (b), Arnulphus Chisniacensis, Cono Montis-Acuti, curialesque (c) cum popularibus indifferenter admixti, quasi patrem patriae se amisisse conquerentes lamentatione communi. Per biduum vero advigilatus solemni missarum celebratione et continua psalmodum decantatione, tandem sepultus est tertia die<sup>1</sup> in crypta nova, quam condiderat in honore beatæ et gloriosæ semper virginis Mariæ. Cujus obsequium cum episcopus vix expleret lacrymis, et gemitu vocem ejus intercludente, incredibile videbitur posteris in quantos planctus omnes se suscitaverint, quantisque clamoribus dolori in commune satisfacerent.

Page 70.

68. Eo tandem sepulto, episcopus obtulit fratribus eligendi abbatis optionem, protestatus inde nolle recedere, nisi ejus loco defuncti ordinaret patrem. Convenit in unam sententiam et fratrum electio et curialium attestatio et popularis acclamatio donandam eandem abbatiam Theoderico praeposito<sup>2</sup>. Quod licet ille videretur reniti, seque fateretur non convenire tantæ assumptioni, adeo increvit semel emotus omnium clamor, ut de re agenda nec ipsi retractare liceret episcopo; jamque donata abbatia, quassans caput, cum admiratione (d) familiaribus suis enunciaret tanti favoris clamorem timere se in posterum alicujus portenti sinistri fore. Sed neque ejus hanc enunciationem eventus fefessit, et, ut suo loco dicitur, per accessum temporis quod verebatur accidit. Theodericus vero recedentem episcopum prosecutus et ab eo ex more in abbatem consecratus, in kalendis Septembris exceptus est a fratribus laetanter illi procedentibus. Quia ergo, ut ait quidam, difficile imperium retinetur, nisi eisdem artibus quibus et paratur; ipse adhuc rudis curæ pastoralis, utpote eotenus assuetus providentiæ (e) exterioris, recorda-

Praepositus eligitur abbas (M. et D.).

Theodericus 2<sup>us</sup> in abbatem, communi fratrum suffragio, eligitur (B.).

(a) Exinde, M. et D. : et inde.

(b) Namucensis, M. et D. : Namurcensis.

(c) Curialesque, M. et D. : curiales; qui. Par la ponctuation, le texte des Bénédictins rapporte le mot *curiales* au duc Godefroid, aux comtes de Namur et de Chin, et au sire de Montaigu, auxquels il ne pouvait convenir.(d) Admiratione, M. et D. : *prae admiratione*.(e) Providentiæ exterioris, M. et D. : *prudentiæ exteriori*.<sup>1</sup> Mos quippe antiquus fuit ut abbates non nisi tertia postea bitum die sepulturae traderentur, ut demonstravimus in lib. 3 de antiquis monachorum ritibus, cap. XII, n° 6 (M. et D.).<sup>2</sup> Eligitur anno 1086, kal. Septembris (B.).

Page 71.

tus tandem quis fuerit, quisve ex assumpto officio cogeretur jam fieri, nimirum invenit se nimis imparem impositi sibi oneris, et qui videbatur prius quasi in plano stare firmiter (a), in praecipiti jam pede posito coepit apud se graviter titubare. Impos igitur (b) suimet, vestigia praedecessoris sui licet utcumque conaretur prosequi, nullo modo tamen praevaluit assequi, et laxato paulatim rigore disciplinae, quo ille maxime vixit ad gloriam, dum se plus justo quibusque inclinaret quasi ad gratiam, in brevi devenit ad contemptum per familiaritatem nimiam. Volens denique amari ex benevolentia a quibus debuisset timeri ex honoris reverentia, dum quibusque indifferenter et inconsulte promitteret speranda quae conferre non poterat, ipsos etiam veteres amicos suos sibi gratis inimicabat; maxima enim est pars beneficii, si cito negatur quod non dandum promittitur, et amicus ita debet haberi ut putetur inimicus posse fieri. Unde cum inter eum et sibi commissos suscitaretur frequens dissensio, ad hoc usque prorupit eorum mutua indignatio, ut privato germinante inter eos odio, succresceret in posterum publica ipsius ecclesiae maxima confusio. Sed de his interim intermittendum.

69. Episcopus autem circa locum ex veteri pia consuetudine sollicitus, cum audiret a quibusdam quae gerebantur inter abbatem et fratres, et audita dissimulans nosse, eadem speraret corrigenda vel tempore, vel ratione, idque minime proveniret, indignatus sibimet super tali ordinatione; cum moerore gravi: « Ecce, inquit, quod verebar accidit, ecce quam infelix exitus ex tam laetis initiis! » Nec tamen abstinit quin saepius locum reviseret, fratres corrigeret, res ecclesiae ne minuerentur attentius curaret, abbatem, in quibus eum deprehendebat minus sufficere, suo consilio et auxilio sustentaret. Cujus ille vivaci sedulitate refectus, a suo illo quo gravabatur apud se defectu, coepit constantior haberi in his quae curanda susceperat, et quae prius ut inexperta sub quadam lassitudine fastidiebat; unde ea quae erant ecclesiae non solum retinuit, sed et quaedam sua industria acquirere studuit.

Allodium de *Moroldi-Heis* acquirit (M. et D.).

D. Theodericus 2<sup>us</sup> allodium de *Moroldi-Heis*, alias *Morhez*, acquirit (B.).

70. Quidam nobilis Sigifridus (c) cum uxore sua condixerunt sibi invisere ecclesiam beati Huberti, gratia orationis, qui ab abbate honeste suscepti, ibidemque per triduum retenti, pro impensa sibi benevolentia inducti, allodium

(a) *Stare firmiter*, M. et D. : *firmiter stare*.

(b) *Igitur*, M. et D. : *ergo*.

(c) *Sigifridus*, M. et D. : *Sigefridus*.

de *Moroldi-Heis* quod erat eorum, ecclesiae obtulerunt; partim gratis donandum, partim ab eis emendum. Gavisus abbas se invenisse opportunitatem hujus acquisitionis, duodecim (a) marchas argenti viro et uxori ejus, antequam recederent appendit et praedictam possessionem cum familia et omnibus ejus appenditiis ecclesiae in perpetuum legaliter donatam obtinuit.

71. Stephanus, castellanus Montis-Acuti, casatus<sup>1</sup> erat ecclesiae, quantum ad filios et filias nullum habens heredem. Cujus hereditati cum nepotes illius inhiarent, abbas casamentum quod erat ecclesiae ab eodem Stephano redemit, et ante quinquennium mortis ejus redditum sibi, infirmorum usibus deputavit. Aedificavit praeterea hospitem domum ad susceptionem supervenientium peregrinorum et repausationem infirmorum pauperum deputatis ibidem molendinis Caviniaci fisci ad usum illorum. Constituit etiam integram praebendam communi fratrum eleemosynae quotidie (b) addendam, ad remedium animarum hujus congregationis specialiter destinatum.

72. Decima totius Amberlacensis (c) fisci, videlicet indomicationis, erat suae ecclesiae quae sita est in Ambra beati Petri apostoli (d), et hoc a tempore (e) Beregisi abbatis, dono Pipini qui erat major domus Theodorici regis. Tempore autem Henrici imperatoris<sup>2</sup> cognomento Pii, cui heredem non habenti Conrardus in regnum successit, Cunegondis comitissa, quae fuerat unica Gozelonis<sup>3</sup> comitis, dominatoris ejusdem fisci, Ottoni cuidam Saxonico nupsit: inter quos inhonesto divortio eveniente (quod non est nostrum re-

Nosocomium erigit (M. et D.).

D. Theodericus<sup>2us</sup> nosocomium erigit (B.).

Decima Amberlacensis (B.).

(a) *Duodecim*, M. et D. : XIX.

(b) *Quotidie*, omis par M. et D.

(c) *Amberlacensis*, M. et D. : *Amblacensis*.

(d) *Apostoli*, omis par M. et D.

(e) *A tempore*, M. et D. : *tempore*.

<sup>1</sup> *Casatus* id est censuarius seu emphyteuticarius; qui ex bonis quae in emphyteusin accipit, censum annum solvere tenetur. Vide infra pag. 154 (B.).

<sup>2</sup> Ipse est sanctus Henricus imperator, qui heredem non reliquit quia virginitatem cum Cunegunde uxore sua illibatam conservavit (M. et D.).

S. Henricus imperator II, anno 1002 creatus, obiit anno 1024. Succedit Conrardus II, dictus Salicus (B.).

<sup>3</sup> Godefridus, dictus Captivus, comes Viridunensis, filios habuit Gozelonem Agnavum et Godefridum Magnum. Moriens pater anno 1044 ducatum Lotharingiae Mosellanae, quem ab Henrico imper. obtinuerat, reliquit Gozeloni filio ex imperatoris dispositione tenuitque usque ad annum 1046. Quo deposito, Fredericus, frater Henrici Bavariae ducis, ejus loco constituitur. Ita Herman. Contract. hic Fredericus, mortua Gerberga uxore, duxit Relindem, alias Idam, quae secundo nupsit Alberto II, comiti Namurcensi; tertio nupsit Eustathio II, comiti Bolognensi ad mare, ex quo genuit Godefridum Bulloniensem et Baldwinum, postea reges Hierosolym (B.).

Page 73.

Cunegundis comitissa  
reclusa in hac ecclesia  
et sepulta cum patre  
Gozelone (B.).

Donatio Montis-Pincio-  
nis (B.).  
Primitiae venationis S.  
Huberto oblatae (M.  
et D.).

Primitiae venationis to-  
tius silvae Arduenna-  
tis S. Huberto solvi  
solitae (B.).

numerare), omni patrimonium Cunegondis lege palatina devenit in manu (a) imperatoris. Henricus autem imperator, filius Conrardi, praedictum fiscum cum castro quod dicitur Rupes-Seremanni, duci Frederico mutuavit pro quibusdam ejus possessionibus quae in Saxonia oportuniore erant sibi. Sed et Cunegundis, apud ecclesiam beati Petri vel Huberti (b) reclusa coram altari S<sup>ti</sup> Martini, satis continenter (c) ibi vivens, post longam poenitentiam in Christo quievit et sepulta est juxta corpus patris sui Gozelonis<sup>1</sup>: quae adhuc superstes, dum frequentaretur a duce Frederico gratia charitatis, ejus suggestione idem dux praedictam decimam ecclesiae ex toto recognovit. Et quia erat vir veritatis et justitiae, pro damno quod intellexit loco evenisse de eadem decima per memoratas dominorum immutationes (d), tradidit legaliter beato Huberto perpetuo habendum Montem-Pincionis, cum familia et omnibus appenditiis suis. Qui cum, adhuc rudis antiquae et debitae consuetudinis, cognosceret ex debito exsolvendae beato Huberto primitias omnes singularum ferarum annuae venationis totius silvae Arduennensis, tanta sollicitudine suo tempore solvere eas curavit, ut quadam vice cum venatoribus suis aprum monasterio deferentibus progressus, ipsemet humeris propriis ejusdem aprum caput, *nobis videntibus*<sup>2</sup>, ecclesiae inferret et ante altare beati Petri, gratia devotionis, deponeret. Dux quoque Godefridus, cognomento Barbatus, quadam die cum, ad hanc consuetudinem beato Huberto exsolvendam, venatum isset, quinque cervos cepit, cum uno lupo, ipsos quoque omnes cum coriis, et capto lupo adhuc vivente, transmisit, *nobis videntibus*<sup>2</sup>, huic ecclesiae. Post mortem<sup>3</sup> autem praedicti Frederici, Ida, uxor ejus, nupsit Alberto, comiti Namucensi (e), iterumque praedicta decima coepit subduci ecclesiae, agentibus iniquis et fraudatoribus ministris, quasi fiducia immutatae dominationis. Ad hanc reclamandam abbas comitem ob uxorem ejus expetiit et Lamberto majore, rerum ordinem rationabiliter renumerante illis, quod suum erat ecclesia, utriusque assensu, recuperavit perpetuo habendum.

73. Apud Caviniacum, fiscum curialis familia habebatur, quae olim eccle-

(a) *In manu*, manque dans l'*Ampl. coll.*

(b) *Vel Huberti*, M. et D. : *et B. Huberti*.

(c) *Continenter*, M. et D. : *convenienter*.

(d) *Immutationes*, M. et D. : *commutationes*.

(e) *Namucensi*, M. et D. : *Namurcensi*.

<sup>1</sup> De hoc Gozelone vid. pag. praecedenti 27;

nempe Bohaniensi comite (B.).

<sup>2</sup> Ex hoc textu patet hujus historiae scriptorem fuisse monachum Andaginensem (B.).

<sup>3</sup> Quae contingit anno 1065 aut circiter. Miraeus, in *Chron.* (B.).

siae acquisita cum caeteris popularibus, dominium ecclesiae, quasi novum detrectans, servire ei dedignabatur. Unde Balduinum, comitem Montensem, filium Richeldis, abbas, Lamberto majore comitatus, adiit, et ne insolentiam eorum adversus ecclesiam tueretur, ei rationabiliter suggestit. Comes, relato consilio ad Idam, uxorem suam, aliosque fideles suos qui interfuerant gestis de Caviniaco superius memoratis, eorum testimonio justam quidem causam abbatis recognovit; sed mandavit ei se velle honorari, gratia ejusdem a se confirmandae recognitionis. Abbas illi decem marchas argenti condixit eumque secum Tudiniacum castrum, quo tunc episcopus cum Godefrido duce morabatur, adduxit. In eorum praesentia Balduinus praedictam familiam curialem ecclesiae beati Huberti suam esse recognovit, et a se respectum (a) eorum omnino removit, omnesque qui videbantur esse hujus contradictionis, cum servis eorum et ancillis, cum possessionibus eorum et allodiis, facto ibi (b) privilegio ei confirmavit: cui etiam cum sigillo episcopi suum quoque imprimi fecit<sup>1</sup>.

Episcopo autem inferente duci, satis utilem fore ecclesiae beati Huberti acquisitionem hujus fisci, si quis etiam decimam ejus posset acquirere (c), quae erat ecclesiae Prumiensis, consultu et hortatu eorum concepit Theodericus abbas curam (d) hoc idem negotium exequendi. Denique reversus, utrumque Lambertum Prumiam misit, et nihil eis vel dicendum vel agendum dictans, eventum rei pertentandum commisit. Excepti honorabiliter a venerabili abbate Wolfranno (e) et ab eo per hebdomadam familiariter (f) retenti, adeo virum suis affectabant facetiis, ut quibusque suorum postpositis, illorum specialiter frueretur colloquiis. Et Lambertus quidem major, utpote qui ab adolescentia sua curiis fuerat assuetus, cum delectaret confabulantem sibi abbatem palatinis salibus; junior vero, prout erat illi dicendi locus, breviter defloratos veterum annalium subinferret eventus, illud vel saepius exigebat abbas referendum sibi, quasi ad gratiam jucunditatis (g), quomodo Papirius praetextatus puer, ne senatus-consultum proderet, matrem suam eluserit. Hic capitolium ingressus sub clamyde patris latenter, indeque regressus,

Page 74.

Quidam e fisco Caviniaco subjectionem mrio denegantes, ad eam compelluntur (B.).

Page 75.

(a) *Respectum*, M. et D. : *respectu*.(b) *Ibi*, M. et D. : *ibi publice*.(c) *Posset acquirere*, M. et D. : *acquirere posset*.(d) *Curam*, omis par M. et D.(e) *Wolfranno*, M. et D. : *Wulfranno*.(f) *Per hebdomadam familiariter*, M. et D. : *familiariter per hebdomadam*.(g) *Jucunditatis*, M. et D. : *jocunditatis*.<sup>1</sup> Exstant litterae hujus recognitionis datae Tudinii anno 1088. (B.)

cum se quaerenti matri praesentasset; illa inter oscula interrogavit eum ubi tamdiu fuisset? Quo respondente se cum patre in senatu fuisse, maternis argumentis coepit puero insistere, ut sibi referret quid secreti ibidem audisset; puer pertaesus quaerentis fatigatione, cum omnino deliberasset apud se capitolii secreta non prodere, adinvenit artificiose senatum duas uxores unicuique viro decrevisse, idque in commune confirmandum crastina sessione quasi ad utilitatem reipublicae: foemina impatiens totius morae, cum, trepidans domum egressa, potentiores urbis matronas suscitasset, factas pene in amentiam tali rumore, convenerunt in crastinum ante capitolium, jam senatu consulente: ubi dum furore foemineo conclamarent, ne sententiam sui hesterni decreti adversus eas senatus aggravaret (a), sed potius unicuique foeminae duos viros habendos decerneret; requirebant patres quae illa esset (b) mulierum intemperies. Pavebant enim et mirabantur, non parvae rei prodigium, illam verecundi sexus impudicam insaniam. Tunc puer Papius curiam ingressus, publicum metum demit, referens quomodo illi importuna mater institisset, et quid ipse matri insimulasset; tunc senatores ingenium pueri exosculantes, honoris gratia *Praetextatum* cognominandum sanxerunt, ob loquendi et tacendi prudentiam in aetate praetextata, causam quoque (c) et ordinem rei. Sic derisa est impudentia foeminei amoris et levitatis, et Papius praetextatus ut erat puer, dignitas adjudicata senatorii ordinis, aliis pueris ex tunc a senatu exclusis. His illatis ad placitum abbatis, prosequabatur (d) Lambertus quae subsequuntur, prout interveniebat ei opportunitas ad gratiam audientis. Narrante (e), inquit, Platone, inducitur quidam Giges in terrae hiatus magnis imbribus solutum, ibique offendit (f) equum jacentem aeneum, cujus apertis lateribus, cum iavenisset hominem mortuum quemdam habentem in digito anulum aureum; abstraxit et induit illum sicque ad pastores regios se recepit, cum esset unus eorum. Qui, cum praedicti annuli paleam ad palmam convertens, ipseque omnes videns a nemine videretur; hujus miraculi solers factus, rege Lydorum interfecto, cum quibusdam suis principibus uxore ejus et regno potitus est (g).

Page 16.

(a) *Aggravaret*, M. et D. : *ingravaret*.

(b) *Illa esset*, M. et D. : *esset illa*.

(c) *Quoque*, M. et D. : *que*.

(d) *Prosequabatur*, M. et D. : *addidit*.

(e) *Narrante*, la mauvaise ponctuation du

texte des Bénédictins jette un peu de louche sur ce passage.

(f) *Offendit*, M. et D. : *invenit*.

(g) *Potitus est*, M. et D. : *est potitus*.

74. Illud quoque, inquit, memorabile apud philosophos habetur de Damone (a) et Pythia, duobus videlicet Pythagoreis, quorum alter a Dionysio, Siciliensi tyranno (b), damnatus sententia capitali, petiit ab eo inducias domum suam disponendi : tyrannus astutissimus, quia (c) reperiri non posse existimavit sponsorem qui pro se feriretur, si moram faceret, ab eo requisivit. Ille ut fidem faceret redeundi, vadem mortis suae socium obtulit constanti animo pro se, si non reverteretur, paratum mori. Ad diem intentatae mortis proscriptus rediit, cum socius jam decerneret pro socio libentissime mori. Admiratus tyrannus amicitiam philosophorum (d) cariorem esse quam vitam, remissa sententia condictae mortis, utrumque in amicitiam suam adscivit, quippe quos in tali periculo veros amicos probavit<sup>1</sup>.

Idem vero tyrannus licet multos punisset injuste, unum tamen laudatur omnino juste punisse : quidam enim aerarius perpendens eum delectari cruciatibus hominum, existimavit illi deservire ad placitum, si furori ejus adinveniret alicujus novitatis tormentum : formavit ergo et fudit bovem aeneum, eumque tyranno praesentavit quasi cujusdam jucunditatis spectaculum. Qui requisitus ab eo ad quos usus talem machinam excogitasset, respondit artifex, illo intromittendos si quos cruciandos destinaret, accensoque desubtus rogo mugitus illi quasi bovis per os ejusdem machinae reddituros. Ad haec tyrannus : « Id ipsam, inquit, per te primum volo experiri, justumque mihi videtur ut prior patiaris quod aliis praeparasti. » Deos quoque suos adeo irrisit ut probaret eos magis contemptui quam esse alicujus venerationis, nam ingressus templum Jovis amictum aureum quo simulacrum ejus velabatur, jussit detrahi et pro eo laneum reponi, cavillatus aureum in hyeme frigidum, in aestate onerosum. Aesculapio etiam auream barbam velli praecepit, dicens inconveniens esse filium barbatum videri, cujus pater Apollo, utpote quotidie renascens, habebatur imberbis. Simulacris quoque tenentibus aureas pateras ademit, protestatus ab hominibus non debere despici, quod illis offerebatur a Diis; aurum videlicet si malum esset, habere Deos non debere, si vero

*Cic. de Nat. Deor., III, 83.*

*Page 77.*

(a) *Damone*, M. et D. : *Dammoné*.

(b) *Tyranno* omititur a M. et D.

(c) *Quia*, M. et D. : *quod*.

(d) *Philosophorum*, M. et D. : *philosophis*.

<sup>1</sup> Tout ce qui suit, jusqu'au 75<sup>e</sup> paragraphe, a été omis par les Bénédictins, comme n'ayant pas

de rapport avec l'histoire de l'abbaye de Saint-Hubert.

Mais ces récits, empruntés à l'histoire ancienne, donnent une idée de l'état des traditions historiques à cette époque.



bonum ; illis potius convenire qui illo uti scirent. Idem cum a quodam philosopho beatificaretur, eo quod ad nutum ejus suppeteret sibi tantae potestatis usus, eum ad convescendum eodem die invitavit, et praeter consuetudinem exquisitis divitiis convivium agendum instituit, in quo philosopho secum discumbenti nudatum gladium tenui filo super caput suspendi jussit. Philosophus videns gladium impendentem sibi, exhorruit convivium, et imminente sibi periculo hujusmodi, gratiam convescendi, tyranno qui se invitaverat, omnino excusavit : ad haec tyrannus : « Talis, inquit, securitatis est mihi beatitudo, cujus me esse falso praedicasti, cum vel rota fortunae modo summa convolet infimis, vel ipsa mors omnibus imminens nulli parcere velit. »

Legitur, Alexandro sacrificante, puerum qui ei ignem accendebat, carbonem unum in brachio excepisse, adustoque corpore immobilem permansisse nec dolorem vel gemitum signo aliquo vel motu prodidisse. Tanta fuit in puero reverentia disciplinae ut religio vinceret sensum naturae. — Diogenes Cynicus in dolio recumbebat, quod quasi ad habitandum sibi sufficiens, praetorii nomine honorabat : egerat vero ut idem dolium cum sole verteretur, ejusque conversione vitabat refrigerandus solem in aestate, et cum calefiendus captabat in hyeme. Quem cum praeteriens Alexander magnus, praeter optatum suorum extimationem, inclinata majestate regia, reviseret, adstitit Diogeni in praetorio suo captanti hyemalem solem, quo salutato officiosissime : « Interim, inquit Diogenes, dum loqueris, ne obstes mihi a sole, neque submoveas mihi ministrantem calorem, quem ipse non potes dare. » Ad haec Alexander se a philosopho parvipensum subridens et conversus ad principes sibi obsequentes : « Videte, inquit, belluam quae totum mundum habet sub pedibus, quem nos tanto labore quaerimus ». Cui cum regio munere vestes pene nudo proferret, abjecit eas Diogenes, asserens natum cum divitiis, cui quod habet sufficit. Hic a barbaris ex libertate in servitute venumierat, quem cum emere vellet Xenias Corinthius et quid artificii nosset percunctaretur : « Novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. » Miratus Xenias responsum ejus, emptum emisit manu, filiosque suos ei tradens : « Accipe, inquit, liberos meos quibus imperes ».

Idem Alexander, cum ad Brachmanas pertransiens, eandem gentem longe ante didicisset adeo cohiberi naturali lege ut publice philosophantes studio virtutum vitia nescirent et maxime impudicitiam et cupiditatem, praesentavit se satis reverenter Dydimus, principi ejusdem provinciae, quem Dydimus

regaliter excipiens, admonuit ut futura die interesset auditorio cujusdam inter duos vicinos justitiae. Locato in crastinum judicio, sedit cum Dydimio Alexander, cum frequentia populari affuerunt et duo vicini quorum causa erat ejusmodi. Alter alteri agrum vendiderat, quem dum emptor excoleret in eo thesaurum invenerat, mox ad venditorem agri recurrens hortabatur ut thesaurum suum reciperet, cum nihil sibi praeter agrum vendidisset; venditor e contra causabatur illum jam non suum esse thesaurum, quia vendito agro eliminaverat a se etiam agri proventum. Alexander miratus liberam totius cupiditatis contentionem: « Hujusmodi, inquit, nulla esset in regno meo agenda disceptatio, quia omne inventum publici juris vindicaret violenter exactio. » Ad haec Dydimus interrogavit eum utrum rerum natura communes ibidem proferret copias. Respondente Alexandro etiam copiosissimas, subintulit Dydimus: « Haec quidem dona creatoris, licet alendis ibi provenirent creaturis, scirent profecto homines tantae injustitiae et cupiditatis, illa non suis modo debita meritis, sed in eadem terra subsistentibus vel volatilibus vel bestiis. »

75. His et hujusmodi salibus abbas jam pronior ad gratiam factus, requisivit secretius quae fuerit causa eorum ad se adventus; at illi aperuerunt quod habebant in mandatis, consilium episcopi et ducis, expostulationem quoque ecclesiae beati Huberti pro mutuanda sibi ecclesia Caviniacensi. Requirente vero abbate quam vicissitudinem hujus mutationis (a) conferrent? responderunt illi ecclesiam videlicet Melsinensem (b), cum uno manso terrae in confinio Vilantiae (c), quae pro situ positionis erat commodior ecclesiae Prumiensi, sicut et Caviniacensis foret utilior ecclesiae beati Huberti. Quaestionis hujus negotium cum retulisset abbas ad audientiam et consilium fratrum, communi sententia eorum (d) decrevit quod quaerebatur concedendum. Ut ergo rei diffinitione legatio rata constaret, condicta est dies qua utriusque ecclesiae abbates cum advocatis suis ad eam determinandam et confirmandam convenirent. Statuta die, dux Godefridus cum Theoderico abbate Prumiam venit, et evocatus ab abbate Wlfranno (e), comes Bertholdus adfuit, sicque in publica praesentia et communi consensu fratrum, multorum quoque regni optimatum cum praedictis principibus collectorum,

Page 79.

Commutatio inter abbatem S. Huberti et abbatem Prumiensem (M. et D.).

Decimam eccl. Caviniacensis acquirit Theodericus 2us abbas a Prumiensibus monachis (B.).

(a) *Mutationis*, M. et D. : *mutationis*.

(b) *Melsinensem*, M. et D. : *Melfinensem*.

(c) *Vilantiae*, M. et D. : *Vilantiae*.

(d) *Sententia eorum*, M. et D. : *eorum sententia*.

(e) *Wlfranno*, M. et D. : *Wulfranno*, plus haut : *Wolfranno*.

traducta et manu missa, sed et adstipulata est legaliter per manus abbatum et advocatorum conditio inter utramque ecclesiam praedictae commutationis, anno millesimo octogesimo tertio (a).

Anno 1083.

<sup>1</sup> Hannibal Carthaginensis, apud regem Antiochum profugus facetissime cavillatus est : ejusmodi cavillatio sic est. Ostentabat Antiochus in campo ingentes copias, quas bellum populo romano facturum comparaverat. Converterebat exercitum insignibus argenteis et aureis florentem, inducebat currus cum falcibus, et elephantos cum turribus, equos cum miris frenis et ephippiis, cum monilibus et phaleris. Rex tanto exercitu tamque ornato elatus, Hannibal compellans : « Putas-ne, inquit, satis esse Romanis haec omnia ? » Tunc Poenus eludens ignaviam imbellium militum, pretiumque armorum : « Plane, ille inquit, satis esse haec credo Romanis, etsi sint avarissimi. » Et hoc satis non solum lepide, sed et acerbe dictum. Rex de numero exercitus et de aequiparatione quaesierat, ille respondit de praeda.

Page 80.

In Caesarem quoque mordacitas Ciceronis hoc modo dentem strinxit, nam post victoriam Caesaris interrogatus cur in electione partis errasset ? respondit : « Praecinctura ejus me decepit. » Jocatus in Caesarem qui ita toga praecingebatur, ut trahendo laciniam, incedendo velut mollis videretur. De quo Sylla providus dixit : « Pompeio cavendum a puero illo. » Idem Cicero, cum apud Damasippum coenaret et ille mediocri vino appposito diceret : « Bibite Phalernum (hoc est enim annorum quadraginta). » — « Bene, inquit ille, aetatem refert. » Idem, cum generum suum, exiguae staturae hominem, longo gladio accinctum vidisset : « Quis, inquit, generum meum alligavit ad gladium ? » Sed neque fratri suo in mordacitate pepercit ; erat et ipsae parvae staturae, cujus imaginem cum vidisset clypeatam, ingentibus lineamentis usque ad pectus : « Frater, inquit, meus dimidius major est quam totus. » In consulatu quoque Caninium (b) quem paucis diebus gessit, hoc modo risit : « Magnum, inquit, ostentatum accidit in anno Caninii, in quo nec bruma, nec ver, nec aestas, nec autumnus fuit. »

Audivit Caesar Augustus, inter pueros quos Herodes a bimatu et infra jus-

(a) Ce millés. manque dans le texte des Bénédictins.

(b) *Caninium*, le MS. : *Vaticum* et *Vaticinium*.

<sup>1</sup> C'est ici la continuation des récits de Lambert Lejeune, qui ont été interrompus par la men-

tion de l'échange fait entre l'abbé de S<sup>t</sup>-Hubert et celui de Pruhm. Rien n'avertit cependant que Lambert poursuit sa narration. Les Bénédictins ont encore supprimé tout ce passage jusqu'au § 76.

serat occidere, suum quoque filium interiisse, et dixit : « Mallem Herodis esse porcus quam filius. » Idem Caesar sublimis Actiaca victoria revertebatur, occurrit ei inter gratulantes quidam corvum tenens, quem instituerat dicere : « Ave, Caesar, victor imperator. » Miratus Caesar officiosam avem, viginti millibus nummis emit. Socius opificis ad quem nihil ex illa liberalitate provenerat, affirmavit Caesari illum et alium habere, quem ut afferre cogeretur rogavit; allatus corvus verba quae didicerat expressit : « Ave, victor imperator, Antoni. » Nihil Caesar exasperatus satis duxit jubere illum dividere donativum cum contubernali. Salutatus similiter a psittaco, emi eum jussit. Idem miratus in pica, hanc quoque redemit. Exemplum hoc pauperem sutorem sollicitavit, ut corvum institueret ad parem salutationem; qui impensa exhaustus, saepe ad avem non respondentem dicere solebat : « Opera et impensa periit. » Aliquando tamen corvus coepit dicere dictatam salutationem. Hac audita transit Augustus respondens : « Salutatorum talium satis domi habeo. » Superfuit corvo memoria, ut et illa quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret : « Opera et impensa periit. » Ad quod Caesar risit, emique avem jussit quanti nullam adhuc emerat. Solebat descendenti a palatio Caesari aliquod honorificum epigramma porrigere Graeculus : id cum frustra saepe fecisset, rursus cum idem facturum vidisset Augustus, breve sua manu in charta exaravit Graecum epigramma, pergentique deinde ad se in obviam misit Graeculo. Ille legendo laudare et imitari tam voce quam vultu; cumque Caesar accessisset ad sellam, Graeculus demissa manu in pauperem fundam, paucos denarios protulit quos principi daret, dicens : « Non secundum factum tuum, Auguste, quia si plus haberem, plus darem. » Secuto omnium risu, dispensatorem Caesar vocavit et sestertia centum millia Graeculo numerari jussit. Veteranus quidam cum die indicto sibi respondendi juris periclitaretur, accessit in publico ad Caesarem, rogavitque ut sibi adesset. Ille advocatum quem ex comitatu suo eligendum putaverat, sine mora dedit, commendavitque ei litigatorem. Exclamavit voce veteranus : « At non ego, Caesar, te periclitante in Actiatico bello vicarium quaesivi, sed pro te pugnavi. » Detexitque impressas cicatrices, et erubuit Caesar, venitque in advocationem ut qui verebatur non tantum superbus, sed etiam ingratus videri; in maxima enim potentia nimia debet esse licentia, quia quod apud minores reputatur pro negligentia, apud potentes habetur pro superbia. Laberium quemdam asperae libertatis Romanum militem Caesar quingentis millibus invitavit ut pro-

*Quintil., IV, 4 et 24.*

*Page 81.*

*Page 82.*

deret in scenam et ageret mimos (a) quos contra alios scriptitando devotabat : sed potestas, non solum si invitet, sed etiam si supplicet, cogit; unde et Laberius a Caesare se coactum sic respondit : « Necessitas cujus cursus transversum impetum voluerunt multi effugere, pauci potuerunt. Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio movere potuit, in juvena, de statu viri excellentis, mente demente concitabis; trigenis annis actis sine nota, hodie fortuna, immoderata in bono aequae atque malo, floris cacumen nostrae famae frangere et satisfacere populo nunc (b) me dejicit. Ita me vetustas armorum ut hedera serpens vires arboreas necat. » In ipsa autem actione subinde quo poterat habitu, velut flagris caesus, praeripientique similis exclamabat, super inducto sibi quodam juvene Syro, nomine Publio : « Porro, Quirites, inquit, libertatem perdimus, » et paulo post, protenso digito ante Caesarem; discurrens adjiciebat : « Necesse est multos timeat quem multi timent. » Quo dicto, universi oculos et ora ad solum Caesarem convertunt, notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam. Caesar tamen furorem in publicum vertit favorem, palmam Publio et anulum aureum donans Laberio. Tunc Publius ad Laberium recedentem ait : « Qui condisti scriptor, hunc spectator subleva. » Sed Laberius novo mimo hos versus <sup>1</sup> subjecit : « Non possunt primi esse omnes omni tempore. Summum ad gradum cum claritatis veneris, consistes aegre et citius quam descendas decides. Cecidi ego, cadet qui sequitur. Laus est publica, beneficium dando accipit qui digno dedit feras. Non culpes non mutari quod non potest. Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet. Comes facundus in via pro vehiculo est frugalitas. Miseria est rumoris boni. Heroclis (c) fletus sub persona risus est. Furor sit laesa saepius patientia. Improbe Neptunum accusat qui verum naufragium facit. Nimium altercando veritas amittitur. Pars beneficii est quod petitur, si cito neget. Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum hunc putet. Veterem ferendo injuriam, invites novam. Nunquam periculum sine periculo vincitur. Nihil magis duci convenire quam de omnibus cogitare. »

Page 83.

Rogerus Maceriensis sepultus apud S. Hubertum (M. et D.)

Lis mota inter ecclesiam et Mosomensem pro Chevugio, et terminata in favorem nrae (B.).

76. Rogerus Maceriensis, vivente adhuc domino Theoderico, abbate majore, consensu filii sui Godefridi donaverat beato Huberto quidquid habebat in Chevugio (d), pro habenda apud eum sepultura; animaeque suae conse-

(a) *Mimos*, le MS. : *nummos*.

(b) *Nunc*, le MS. : *non*.

(c) *Heroclis*, le MS. : *Hieroclis*.

(d) *Chevugio*, M. et D. : *Chenugio*.

<sup>1</sup> Dans le MS., ces vers sont confondus comme de la prose.

quando remedio. Post quadriennium hujus donationis, Rogero jam defuncto, et ut petierat ibidem sepulto, Rodolphus<sup>1</sup>, abbas Mosomensis, suggestit Raginoldo, Rhemorum pontifici, eundem Rogerum praedictam eleemosynam promississe olim ecclesiae Mosomensi, ejusque convenire justitiae et honori, ut promissam attraheret abbatiae sui juris. Credidit pontifex abbati et quidquid in territorio Rhemensi suum erat ecclesiae beati Huberti, ei violenter interdixit, nisi sibi recognosceret quod reclamabat ecclesia Mosomensis (a). Tali compulsus necessitate abbas, ad archiepiscopum venit, assumptoque Lamberto priore ab ecclesia (b) S. Remigii, ab eo requisivit cur sua beato Huberto sic interdixit. Raginoldus, ut erat tenax coeptae semel sententiae, et maxime in quibus videbatur sibi superposse, tum etiam quia parum contra avaritiam consuluerat in quibuscumque aliquod commodum sperabat, hujus disceptationis iudicium decrevit referendum ad concilium episcoporum, quod in proximo praefixerat Suessionis<sup>2</sup> civitate agendum. Abbas ad concilium venit, deducens secum Godefridum, filium praedicti Rogeri, paratum sibi disrationare legaliter eleemosynam patris sui. Et cum inter caetera res quoque abbatis ventilaretur in concilio, haec inde sententia publice determinata est episcoporum iudicio: de altaribus Rhemensis ecclesiae quae adquisierat ecclesia beati Huberti, Remorum pontificem, posse licenter implacitare abbatem; de fundis vero abbatiae, non<sup>ei</sup> quicquam respondendum nisi in audientia Leodiensis ecclesiae, ad quam eadem abbatia pertineret, cum ex decreto canonum constet nemini licere in alienam messem manum mittere. Sic res abbatis absoluta est iudicio episcoporum. Bene autem conscius infensum sibi Raginoldum (c), eo quod inde (d) sperabat nullum sibi provenire (e) commodum, adeo eum placavit (f) convenientibus xeniis (g), ut altare de Bedols, firmato privilegio et exclusa in perpetuum persona, obtineret, donatum ecclesiae Pirensi.

(a) *Ecclesia Mosomensis*, manque dans le texte de l'*Amplissima collectio*.

(b) *Ab ecclesia*, de même.

(c) *Raginoldum*, M. et D. : *Reginoldum*.

(d) *Inde*, M. et D. : *unde*.

(e) *Provenire*, M. et D. : *proveniret*.

(f) *Placavit*, M. et D. : *complacavit*.

(g) *Xeniis*, M. et D. : *exeniis*.

<sup>1</sup> Hujus Rodulphi nulla mentio habetur in vulgatis indicibus abbatum Mosomensium. In qui-

bus duos Rodulfos quidem reperio, unum qui praefuit ab anno 1051 ad 1049, de quo superius, et alterum qui dexivit anno 1107. Quos inter numerantur Bernerus, 1069, Guido, 1083, Heribertus et Reginaldus. Nisi forte error sit in illis indicibus et accelerandum sit tempus praefecturae Rodulphi (M. et D.).

<sup>2</sup> Forte concilium Suessionense quod anno 1092 celebratum est adversus Roscelini errores (M. et D.).

Cellae Porcensis donatio  
(M. et D.).  
Cella S. Theobaldi Por-  
censis a Rogero co-  
mite huic mrio dona-  
tur (B.).

Page 85.

Cella Chimensis (M. et  
D.).  
Cellam Cunensem tradit  
(tradunt) eccl. nrae  
Walterus et Dodo fra-  
tres (B.).

Boso abbas S. Agerici,  
(M. et D.).  
Boso, abbas S. Agerici  
Virdunensis, sepultu-  
ram in eccl. nra obti-  
net (B.).

77. Rogerus quoque, Porcensium comes, ante ipsum Porcense castrum, trans fluvium Axonam, ecclesiam in honore beati Tietboldi (a) aedificare coeperat, ibique deputatis quibusdam rerum suarum possessionibus quae in privilegio ejusdem ecclesiae renumerantur, coenobium alicujus magni nominis (ut erat magnanimus) exstruere meditabatur. Sed a suis proditus et in captione dehonestatus, cum se non posse proseguere quod nimis distulerat, videret, taedio quoque nimio affectus dehonestationis suae, filiam suam Sybillam Godefrido, filio Alberti, comitis Namucensis (b), uxorem dedit<sup>1</sup>, ipsumque Porcensem comitatum, cum omnibus quae erant sui juris, patri et filio, maxima pretii ab eis accepta summa, vendidit. Quorum consensu unanimi et dono legali cellam praedictam beati Tietboldi, Theodericus abbas ecclesiae beati Huberti et beati Petri perpetuo habendam obtinuit, suosque monachos ibi constituit, firmato inde publice privilegio in archivio (c) pontificali ecclesiae Rhemensis, recognoscente illud et signante archiepiscopo Raginoldo cum clericis beatae Mariae semper Virginis.

78. Cellam etiam Cunensem (d) quae est in honore beati Michaelis archangeli, cum omnibus appendiciis suis, scilicet denominatis in privilegio ejusdem ecclesiae, subjectis illi ecclesiis, decimis, familia, terris cultis et incultis, pratis, silvis, vineis, aquis, molendinis, piscaturis, furnis, legali Galteri et fratris ejus Dodonis dono, et uxoris ejus Hawidis (e), filiae Arnulphi comitis, ecclesiae beati Petri et beati Huberti perpetuo habendam acquisivit. Ubi, consensu Engelberti<sup>2</sup>, archiepiscopi Trevirensis (f), locatis monachis, Robertum monachum optimae habitudinis (olim autem clericum majoris ecclesiae Virdunensis), praepositum constituit, cujus industria eundem locum possessionibus et aedificiis ampliavit.

79. Boso<sup>3</sup>, abbas sancti Agerici, vir admodum optimae religionis, morabatur Jupiliae (g) cum episcopo suo Theoderico Virdunensi. Ibi infirmatus,

(a) Tietboldi, M. et D. : Thietboldi.

(b) Namucensis, M. et D. : Namurcensis.

(c) Archivo, M. et D. : archivio.

(d) Cunensem, M. et D. : Chimensem.

(e) Hawidis, M. et D. : Hanvidis.

(f) Archiepiscopi Trevirensis, M. et D. : Trevirensis archiepiscopi.

(g) Jupiliae, M. et D. : Jubiliae.

<sup>1</sup> Sybilla nubuit Godefrido, comiti Namusc.,

anno 1088. Miraeus in *Chron.*, p. 245 (B.).

<sup>2</sup> Engelbertus, ex praeposito majoris ecclesiae factus praesul Trevirensis, praefuit ab anno 1072 ad 1101 (M. et D.).

<sup>3</sup> Bosonem ad annum 1106 vitam produxisse asserit Mabillonius in *Annal. Bened.*, Retellium secutus; verum hoc stare non potest, cum Henricus, Leodiensis episcopus, qui ejus obsequiis interfuit, vivere desierit anno 1091 (M. et D.).

cum se praesentiret moriturum, omnimodis precibus exegit a suis, ad sanctum Hubertum se referendum, ibique sepeliendum. Prosequentibus autem quibusdam nobilioribus castri Hoyensis (fuerat enim inde bene natus, nepos videlicet Bosonis archidiaconi, longe supra memorati) sepultus est in ecclesia honorifice ad dextram altaris beati protomartyris Stephani, deserviente ejus exequiis, qui tunc morabatur, ibidem domino Henrico, pontifice Leodiensi. Ex ejus parentum jure hereditario provenerunt huic ecclesiae duae mansiones viginti librarum in Hoyensi foro.

80. Henricus episcopus, ut erat vir tuendae virtutis, Obertum quemdam, praepositum ecclesiae sanctae Crucis, criminibus convictum, de civitate decreverat omnino (a) exturbandum. Ille vero proripiens se ad Berengerum (b), abbatem S<sup>ci</sup> Laurentii, venit, et apud eum tamdiu latuit, donec eo suffragante, in gratiam episcopi rediit. Sed non multo post, collectis rebus suis, Henricum regem adiit, qui a Gregorio papa per decennium excommunicatus, quibus poterat expeditionibus Romanam ecclesiam persequabatur. Obsessa enim et capta urbe, Gregorium papam fugaverat, eoque superstite Guibertum Ravennatem loco ejus substituerat, qui et ipse jamdiu excommunicatus, sedem apostolicam temerarius invadere praesumpserat. Decedente autem Gregorio apud Beneventum, cardinales Romanae ecclesiae Odonem<sup>1</sup>, Ostiensem (c) episcopum, civibus religiosioribus consentientibus, pro eo in sede apostolica substituerunt, quem olim Rhemensem clericum et postea Cluniacensem monachum, Urbanum papam censeri judicaverunt. Sic sacerdotio et regno dissidente, licet generaliter in mundo sancta ecclesia periclitaretur, specialius tamen Henrico insistente vexabatur, dum pontifices, postposita justitia, sibi faventes, vel Urbano subtraherent (d), vel Guiberto attraherent (e). Sub tali dissentione, ecclesiastica languente justitia, praeter caetera virtutum dispendia simoniaca haeresis passim invaluerat, dummodo quos excommunicabat Urbanus, Guibertus absolveret, et Guiberti desertores Urbanus colligeret. Interea, adhuc superstite Henrico pontifice, Obertus mo-

Page 86.

Obertus, S. Crucis praepositus, ad Henricum imperatorem confugit (M. et D.).

Obertus, praepositus eccl. collegiatae S. Crucis, Leodio fugiens ad Henricum imp. schismaticum se confert (B.).

(a) *Omnino*, M. et D. : *omnimodo*.

(b) *Berengerum*, M. et D. : *Berengerium*.

(c) *Ostiensem*, M. et D. : *Hostiensem*.

(d) *Subtraherent*, M. et D. : *subtraheret*.

(e) *Attraherent*, M. et D. : *attraheret*.

<sup>1</sup> Non quidem immediate, nam Gregorium in-

ter et Urbanum sedit Victor III, per annum I, menses 3, dies 24 (M. et D.).

Gregorio VII defuncto, ejus loco substituitur Odo, eps Ostien., quondam monachus Cluniac., dictus Urbanus II (B.).



rabatur cum principe et honoratum secum delatis muneribus, prout poterat, ambiebat obsequiis et favoribus alicujus honoris ab eo abstrahendi obtentis.

Henrici Leodiensis obitus. Episcopatum invadit Obertus (M. et D.).

An. 1091 moritur Henricus, eps. Leod. Episcopatum impetrat simoniace Obertus ab Henrico, imp. schismatico (B.).

Wolbodonem, S. Laurentii, et Leuponem, S. Trudonis abbates, depositos restituit (M. et D.).

81. Anno autem Verbi incarnati millesimo nonagesimo primo, suae vero ordinationis decimo sexto, dominus Henricus hominem exiit in damnum gloriae Leodiensis, et maximo dispendio nostrae, quam specialius colebat, solitudinis. Cujus vix audita Obertus morte, sine electione ecclesiastica de manu regis episcopatum extorsit cum maximis pactis praemiis, tamen etiam fidelitatem illi faciens interpositione jurisjurandi.

82. Contulerant se ad eundem principem duo quondam pseudo-abbates, Guolbodo, sancti Laurentii, et Leupo, sancti Trudonis, quos convictos et excommunicatos, criminibus probatis, dominus Henricus ab episcopo Leodiensi expulerat. Hi, audita ejus morte, adducti in spem recuperandi honoris, et ipsi pacti sunt pecuniam principi; Obertus quoque restitutionem eorum, ad gratiam ejus, juravit; illos quoque secum Leodium duxit (a). Dissimulavit tamen interim quod (b) intenderat (c) agere, donec consecratus Coloniae, fidentior esset malignitatis exercendae (d). In eadem autem die reversionis suae, mandavit Berengero (e) abbati, ut sine dilatione ab ecclesia sancti Laurentii discederet, et Guolbodoni abbatiam libere habendam relinqueret. Berengerus, ne irrationabiliter culparetur abjecisse ecclesiam, quam legaliter susceperat regendam, in crastinum Oberto se praesentavit, causatus publice coram melioribus civitatis, nimis injuste se praegravari, sine judicio justitiam violenter opprimi; divinam quidem vel dispositionem vel permissionem placere sibi, velle tamen ab eis censi, si sic mereretur tractari. Succlamantibus quibusque et hoc nimis injuriosum esse, nec tale quid illum pati debere; respondit Obertus, id ipsum se bene recognoscere, sed praeceptum domini sui non esse praetereundum sibi; quod, sive justum sive injustum, illi juraverat exequendum. Ad haec Berengerus constantior: « Sine magno dolore, inquit, relinquitur quod non cum magno amore possidetur. » Sic digrediens tulit secum baculum quem tenebat pastorem, attestantibus quibusque, ipso quoque Oberto, hunc illi juste convenire, et assumptis secum fratribus quos placuit sibi, secessit ad ecclesiam beati Huberti, quam plane

Berengerus, abbatiali dignitate ab Oberto violenter et injuste privatus, Leodio Andagium redit (B.).

Berengerus ad S. Huberti monasterium se recipit (M. et D.).

(a) *Duxit*, M. et D. : *deduxit*.

(b) *Quod*, M. et D. : *quae*.

(c) *Intenderat*, M. et D. : *intenderet*.

(d) *Malignitatis exercendae*, M. et D. in *malignitate exercenda*.

(e) *Berengero*, M. et D. : *Beringero*.

recognoscebat matrem professionis et conversionis suae (a). Ibi gratanter exceptus, cum illatam non solum sibi injuriam referret, sed etiam publicas exordinationes, quas Obertus temere exercebat, cum Theoderico abbate et fratribus conferret, scilicet quod de manu excommunicati sine legitima electione et pacta pecunia episcopatum arripuisset, quod, se sic ejecto et Guobodone reposito, justitiam prodidisset: quod abbatiam Florinensem Gisleberto, Hasteriensi praeposito, et Broniensem cuidam Guiremando, sancti Jacobi monacho, taxato publice pretio vendidisset; quod hactenus liberam et gloriosam sanctae Mariae sanctique Lamberti ecclesiam sic infecisset; tantam adversus Obertum suscitavit eorum indignationem, ut, communi consensu, quasi excommunicato probabiliter non amodo communicandum censerent. Ad haec Berengerus, timens eidem ecclesiae pro periculo temporis, ipsius etiam abbatis retractans simplicitatem insufficientem huic tantae defensionis, subjunxit neminem inquinari, nisi ex consensu mentis; se quidem violenter expulsum, et ideo alias sibi secedendum; ipsi cum pace loco suo persisterent, neque inimicitias temere aliquas in se suscitarent, cum ad hoc eos nemo adhuc impelleret, caverent omnino ne inconsultius tale quid inciperent, quod quandoque eis incoepisse poeniteret. Respondit abbas se quoque sui et suorum esse sollicitum, malle se Obertum offendere quam Deum; si quis esset Domini, perseveraret ei (b), vel in loco persistens vel de loco secum exiens. Firmata ergo communiter hujusmodi sententia, Theodericus, assumpto secum Berengero, secessit in Franciam: et cum Reginaldum, Rhemorum pontificem, de eventu rerum consulendum expeterent, ille privatim Ambianensem pontificem Jhervinum (c) praemittens, mandavit venientibus, ne se ei praesentarent, quia nullo modo vel in verbo vel osculo (d) eis communicaret, nisi culpam suam fatentes, praemissus ad eos episcopus a Wibertina haeresi et Oberti communione absolveret. Illi per talem invectionem, cum jam certiores fierent sententiae suae, absoluti per Jhervinum, excepti sunt venerabiliter a Raginaldo pontifice; a quo consolati et confirmati, ut persisterent tuendae veritati, diverterunt ad cellam Ebernei-Cortis. Hanc Theodericus Berengero accommodavit, ut ibidem remaneret cum suis, donec

Page 88.

Una cum Theoderico accedit ad Reginaldum, Remensem episcopum (M. et D.).

Berengero cella Ebernei-curtens. commodatur. Theodericus 2us ad Cunensem divertit (B.).

(a) *Professionis et conversionis suae*, M. et D. : *conversionis et professionis suae*.

(b) *Ei*, manque dans le texte des Bénédictins.

(c) *Jhervinum*, M. et D. : *Gervinum*; de même plus bas.

(d) *Osculo*, M. et D. : *in osculo*.

Page 89.

Obertus Theodericum  
abbatem vexat (M. et  
D.).

Theodericus 2<sup>us</sup> cum  
suis ab Oberto vexan-  
tur (B.).

Page 90.

per accessum temporis expectaret finem rei, sicque Cunensem (a) cellam moraturus ibi expetiit. Interea Berengerus criminationibus infamare, vitae et moribus ejus derogare, tam male se ab eo tractatum continuis querimoniis deplorare, non eum ex pontificatu honoratum, sed pontificatum ex eo dehonestatum declamare. Nec latuit Obertum haec illorum (b) sententia, et suae publicae criminationis infamia, quam licet dissimulatam, sua sibi etiam attestabatur conscientia. Decrevit igitur se vindicare, sed, ne id videretur inconsulte fecisse, evocavit consulendos, quos sibi vel praemiis vel promissionibus effecerat fideliores amicos. Convenerunt etiam quos ordinaverat vel (c) restituerat abbates, scilicet Guolbodo, sancti Laurentii, Leupo, sancti Trudonis, Gislebertus Florinensis, Guarmundus Broniensis, Theodericum abbatem condemnare (d) parati, cum ipsi damnabiles, ex decreto canonum nullam haberent auctoritatem judicandi. Ne tamen soli viderentur praecipitasse sententiam alicujus temeritatis, habito consilio cum archidiacono, decreverunt legitimis evocationibus abbatem prosequendum, et nisi infra terminos eorum se repraesentaret ad episcopale iudicium, illum juste excommunicandum aut omnino deponendum. Interim Obertus furere et in abbatem indignari et unde illi tanta constantia contra Leodiensem episcopum deminari, eijciendos ex loco monachos et militibus suis abbatiam dispertiendam minari. Missi sunt ab eo ad monasterium Godiscalcus, abbas Hasteriensis, et Guarmondus Broniensis, ut fratribus hoc periculum enunciarent et sic a sententia revellerent, et errori suo (hujus timoris impulsu) inclinarent, fratribus constanter persistentibus et illis communicare vel in respondendo nolentibus, populares. Quique, audita hujusmodi comminatione, abbatem et monachos querebantur insanire; in confusionem (e) abbatiae, novis et inauditis deliramentis ab episcopo Leodiensi dissentire, eos poenas hujus dissensionis luituros, nec se amplius vel (f) ecclesiae vel illis deservituros; nisi hujus novitatis utrimque sopiretur contentio. Abbas tot infestationibus et questibus permotus, cum ab omnibus quasi fugitivus argueretur, decrevit se objiciendum periculo, et, praeter spem omnium, venit Leodium, Dei confisus auxilio. Miratus advenisse, repraesentavit se auditorio adversariorum condita die. Igitur personata quaestione in vice Oberti, culpatus est abbas Theodericus criminibus

(a) *Cunensem*, M. et D. : *Cimensem*.

(b) *Illorum*, M. et D. : *eorum*.

(c) *Vel*, M. et D. : *et*.

(d) *Condemnare*, M. et D. : *damnare*.

(e) *Confusionem*, M. et D. : *confusione*.

(f) *Vel* manque.

denominatis, videlicet papam Urbanum et Raginaldum (a), Rhemorum pontificem, in conciliis suis (b), imperatorem, suum dominum (c), et se, ejus episcopum, suo instinctu excommunicasse, et per hoc excommunicatum eum probare, quod se suosque ab ejus subtraheret communione, itemque fratres suos ab ordinibus ejus prohibuisse (d), insuper Berengerum, publicum praecōnem suae infamiae, ad ejus injuriam retinuisse (e). Abbas, accepto loco consulendi sibi, cum advocasset quos noverat sanioris consilii, de criminibus objectis bona conscientia pro se satisfacturum (f) respondit, videlicet nec imperatorem nec episcopum excommunicandos quaesisse (g) ullo modo, nec excommunicatos se velle probare; fratres suos ab ordinibus ejus se prohibuisse, quia ordinati sufficerent officii ecclesiae; Berengerum abbatem, post tantum praejudicium et violentiam, ad matrem suam ecclesiam confugientem non (h) se debuisse abjicere, praesertim cum praecipiat apostolus necessitatibus sanctorum communicare; iudicio eorum se paratum committere, si quid in his omnibus videretur alicui peccasse. Relatis per Henricum archidiaconum excusationibus singulis, cum objiceretur abbati quomodo fidem faceret dictis, habito iterum consilio, ad hoc (i) usque ventilata est sententia hujusmodi iudicii, ut quia monachus ordo erat vocationis apostolicae, ex evangelica auctoritate sufficeret excusando abbati *est et non* dixisse, interdicens Domino omnino non jurare et si quid abundantius esset his, a malo esse. Indignatus Obertus post tot sui ipsius contumelias, post tot suae animositatis minas, provenisse abbati tam facilem evadendi viam, mandavit ei gratiam episcopi Leodiensis semper esse necessariam abbati S<sup>u</sup> Huberti, elaboraret sibi eam ad praesens maximis exeniis acquirere, cum necdum quicquam servitii videretur fecisse. Ad haec abbas, sibi bene conscius et longe alterius gloriae cupidus respondit: « Leodiensi episcopo non defuturum servitium abbatiae; sub hac dissentione extenuatas res ecclesiae, nec sibi nec fratribus vel ad usum vivendi eas sufficere. » Inde, cum tandem post multas fatigationes dimissus, ad monasterium redisset (k), gravissimum a fratribus pertulit

Theodericus ad sibi objecta respondet (M. et D.).

Page 91.

(a) *Raginaldum*, M. et D. : *Reginaldum*.

(b) Le texte des Bénédictins ajoute, entre parenthèses: *adhibuisse*, pour compléter le sens.

(c) *Suum dominum*, M. et D. : *dominum suum*.

(d) Le MS : *Prohibuisset*.

(e) Le MS : *Retinuisset*.

(f) *Satisfacturum*, M. et D. : *satisfactorus*.

(g) *Quaesisse*, M. et D. : *quaesisse*.

(h) *Non*, M. et D. : *nec*.

(i) *Hoc*, M. et D. : *haec*.

(k) *Redisset*, M. et D. : *rediisset*.

Ad cellam Cimensem cum pretiosis ornamentis se recipit (M. et D.).

Theodoricus Oberti persecutionem devitans, delatis secum ornamentis ecclesiae, ad Cunensem cellam se contulit (B.).

Page 92.

scandalum, existimatus illis communicasse quibus ipsi, salva fide, destinaverant non communicandum; sed cum certius probarent id eum non fecisse, decreverunt ut, assumptis ex (a) fratribus quos vellet, loco et tempori cederet, et meliora ornamenta ecclesiae secum eveheret, perque remotiores cellas transponderet, ne ea superveniens Otbertus (b) violenter diriperet. Respondente abbate nolle se communi periculo deesse, graviora esse mala quae singulariter timentur, quam quae pariter perferuntur; fratribus quoque subjungentibus se magis illi timere quam sibi, qui, ut privati, episcopo nihil deberent, cessit tandem eorum consilio acquiescere, Lambertumque majorem et Wireldum pro defensione fidei se ultro ingerentes (c), secum eduxit, evictis quoque secum melioribus ecclesiae ornamentis, ad cellam suam quae tutior erat; in Cunensi (d) castro moraturus ibi secessit. Et, accepta fide cum obsidibus a Dodone, praedicti castri domino, de ornamentis reddendis ecclesiae, quicquid de se eveniret, non multo post assumptis his qui secum venerant et Roberto, ipsius cellae priore, Berengerum abbatem visitare voluit, et veniens urbem Rhemensem, illum apud sanctum Remigium invenit. Berengerus eum, qui se gratia charitatis visitabat, exhorruit, quia (e) jam apostatam factum; ne ab eo contaminaretur vitavit. Sic inter utrumque orta dissensione, indignabatur abbas, sic sine causa sibi permutatum, quem sperabat unanimem amicum. Discredebat se illi Berengerus credere, quem credebat excommunicatis communicasse, paratus etiam cum suis recedere si cellam sibi praestitam ille vellet accedere. Sed intercurrente ratione, cum probaret abbatem extimationis suae esse minime (f), regratiati Ebernei-Cortem discesserunt, ibique fratres graviter scandalizatos de praefatae communionis calumnia invenerunt. Quibus cum satisfaceret non se rem sic habere (g), vix duo eorum (h) satisfactioni huic potuerunt attrahi, Lambertus scilicet et Heribrannus<sup>1</sup>, monachi sancti Laurentii, quibus adeo tunc erat exosum nomen Oberti ut, eo audito, vel in colloquio communi, nullo modo se continerent a sputo indignationis. Unus tamen eorum, videlicet Lambertus, non multo post victus cupiditate ambitionis, ordinatus ab eodem Oberto, abbas Florinensis, sed post

(a) *Ex*, M. et D. : *de*.

(b) *Obertus*, M. et D. : *Obertus*.

(c) *Ingerentes*, M. et D. : *jungentis*.

(d) *Cunensi*, M. et D. : *Cimensi*.

(e) *Quia*, M. et D. : *quasi*.

(f) *Esse minime*, M. et D. : *minime esse*.

(g) *Se rem sic habere*, M. et D. : *sic rem se habere*.

(h) *Eorum* manque.

<sup>1</sup> Heribrannus (*sic*) Berengero in munus abbatiale successit (B.).

annum recordatus, a loco eodem privatus recessit. Convenerant ad eandem cellam, tam ex nostris quam ex fratribus sancti Laurentii, ad viginti quinque monachos, qui tanta honestate se agebant, tamque ordinata religione ut Raginaldus (a), Rhemorum pontifex, et Helinandus, praesul Laudunensium, afflati bonae opinionis eorum odore, certatim eis necessaria subministrarent. Abbas quoque Berengerus elaborabat eorum inter quos deveniebat, adeo se conformare moribus, ut in brevi fieret omnium charissimus, et comes Ebalus, communis aliorum tyrannus, haberetur illi mitis et humanus. Qui eodem tempore, suggerente uxore sua Sybilla, tertiam partem decimae Ebernei-Cortis ecclesiae dedit, et pratum quod dicitur Regis, legali autoritate eidem loco habendum perpetuo confirmavit. Manasses etiam, praepositus ecclesiae Rhemensis, tanta eum collegerat affectione, ut saepius evocatum per biduum aut triduum secum manere compelleret, et ad abbatiam sancti Remigii habendam post abbatem Henricum promovendum destinaret, quod et post archiepiscopus factus fecisset, nisi ille, ad abbatiam suam revocatus, Leodium redisset (b).

Tertia pars decimae Ebernei-Cortis, cellae loci traditur ab Ebalo comite (B.).

Page 93.

83. Interea Metensis ecclesia viduata Herimanno venerabili pontifice, elegit sibi episcopum ordinandum Burchardum<sup>1</sup>, praepositum Trevirensis ecclesiae, qui sine consensu Henrici regis in civitate susceptus, cum a Trevirensi pontifice benedici vitaret, eo quod ille Wiberto, ipse vero Urbano consentiret, evocavit ad se consecrandum Hugonem, archiepiscopum Lugdunensium et legatum ecclesiae Romanae. Hugo, ut erat devotus catholicae fidei, Mediomatricum intrepidus accessit, quinque comitatus episcopis, Constantiensi, Madasconsi (c), Lingonensi, Tullensi, Viridunensi, Jeronta quoque abbate Divionensi, qui olim, audita desolatione ecclesiae nostrae, scripserat ei epistolam hanc consolationis suae.

Burchardi, episc. Metensis, electio (M. et D.).

84. *Theoderico, abbati de sancto Huberto, viro Dei gratia religione venerando, et toti congregationi sub eodem patre, Deo militanti, Jeronta (d)*<sup>2</sup>,

Jerontae, abbatis Divionensis, epistola (M. et D.).

Epistola Jerontae, abbatis S. Benigni Divionen., ad Theodericum 2<sup>um</sup>, abbatem Andaginen. (B.).

(a) *Raginaldus*, M. et D. : *Reginaldus*.

(b) *Redisset*, M. et D. : *redisset*.

(c) *Madasconsi*, M. et D. : *Madesconensi*.

(d) *Jeronta*, M. et D. : *Jerunta*. Ille aviaint écrit *Jeronta* plus haut.

<sup>1</sup> Hic episcopus ignotus fuit Meurissio, episcopo Madaurensi, in historia episcoporum Meten-

sium, sed et antiquo auctori historiae eorumdem episc. *Spicil*, t. VI; ipsius tamen meminit Albericus in chronico, cujus auctoritate Sammarthani illum Catalogo episcoporum Metensium inseruerunt (M. et D.).

<sup>2</sup> De hoc Jarenta seu Jarentore plura vid., si lubet, in chron. S. Benigni, *Spicileg*, t. I (M. et D.).

*Divionensis abbas, et sancti Benigni tota congregatio, spiritum Moysi in Pharaonem et in omnes servos ejus. Moyses verus altissimi servus maluit veritatem profiteri, et affici cum populo Dei tribulatione, quam mendacio consentiens, filius filiae Pharaonis appellari (a). Johannes Baptista, cujus dextra (b) sanctissimum caput Salvatoris tangere meruit, sic propugnator et amicus veritatis extitit, ut potius eligeret carceris squallorem et capitis obtruncationem, quam in faciem iniqui regis sileret, et nefandis ejus nuptiis, legis et justitiae fretus armatura, non obviaret (c). Johannes evangelista, de fonte Salvatoris ebrius et, apud diligentem omnes, dilectione praecipuus, senilibus membris fomentum balnei noluit adhibere, quoniam inter balneantes haeticum Cherintum conspexit residere, credens illi nihil esse publicum, qui perfidia sua se subtraxerit (d) a consortio Christianorum, docensque nullam habendam communionem cum illis qui per haeresim sese praecidunt a corpore Christi, quique per avaritiam fiunt sagittae diaboli, dentes in faucibus Antichristi, subdola viperarum progenies, organa serpentis antiqui. Cherintus in quo deterior Otberto (e)? Cherintus sola fraude catholicae fidei nocuit, calliditate perfidiae suae quoscumque potuit ad consensum sui erroris attraxit. Otbertus pecuniam dedit ut haeticus fieret (f), ut, fornax cupiditatis et avaritiae, templum totius religionis et veritatis obrueret et, omni spurciciae infectus iniquatione, sancta sanctorum suis maledictionibus (si fas est dici) contaminaret. Ecce verus Antichristi satelles, currus sathanas et fidelis auriga, Simonis magi quaedam similitudo vera, molitur destruere regnum Christi, dum sanctae matris ecclesiae statum persequi non desistit et in corpus suum trajicere laborat, quos Christus cruore suo redimit, et pascit et potat. Tanti capitis mortem exinanire cupit, ovesque tanto sudore Salvatoris inventas, leoni qui semper animarum nostrarum sanguinem sinit, prodere non formidat, immo omnes in oblivionem veritatis et odium religionis secum praecipitare festinat. Ergo quia nunc tempora periculosa quae praedixit apostolus instant, omnes quod professi sunt esse contendant. Si tuba sathanas graviter intonat et temporalium honorum minatur dispendia, carnis etiam*

Page 94.

(a) *Quam... appellari*, ce membre de phrase est omis par M. et D.

(b) *Dextra*, M. et D. : *dextera*.

(c) *Obviaret*, M. et D. : *obviare*.

(d) *Subtraxerit*, M. et D. : *subtraxit*.

(e) Et plus bas *Otberto*, M. et D. : *Oberto*.

(f) *Haeticus fieret*, M. et D. : *fieret haeticus*.

quandoque moriturae admonet poenas. Totum libenter Christi excipiat charitas, ut neque mors, neque vita, neque aliqua creatura terreat nos a defensione veritatis et zelo justitiae, ut a gremio matris ecclesiae nequeamus avelli et a semita Romanae exorbitare sedis. Quapropter vos, o amici Dei, et usque modo veritatis et sanctitatis amatores, locum vestrum, id est, fidem catholicam nolite deserere, in castra Domini lupos cum furore irruentes, in quantum potestis, exturbate, armati fide et spe coelestis gloriae corroborati, omne pro nomine Jesu improperium maximam dignitatem reputate, rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscipite, contumelias et corporum vestrorum cruciatu, certissimum peccatorum vestrorum medicamen existimate. Gloria et divitiae Christus sit in corde vestro, bonum conscientiae vestrae testimonium, in vobis indeficiens consolatio, et, si aliquantulum pro veritate sustinetis, fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed veniens veniet, et non tardabit, facietque proventum ut sustinere possitis. Si vero molas leonum quas Dominus in ira sua confringet, timetis ne vos devorent, et simplicitatis vestrae cursum aliquo modo perturbent, sancti Benigni domus fugam filiorum ecclesiae in Christi gratia benigne suscipiet, et paupertatulam nostram voluntati vestrae non dicam dare, sed quasi vestram (a) vobis reddere vel ministrare sumus parati. Quapropter, fratres charissimi, virilem animum in causa Dei tenete et a veritate, quae Christus est, ne excidatis, omnino satagite. Valete (b). In exitu Israel de Aegypto, sanctificata est per Dominum vera confessio.

85. Huic conventui, praedictae benedictionis die (c), abbas Theodericus studuit interessè, abbate Berengero, Lamberto, Wiredo, Roberto comitatus, pro se suisque legatum ecclesiae Romanae interpellaturus. Cujus causam cum suggerentibus praedicto Jheronta (d), abbate Divionensi, et Radulpho, abbate Viridunensi, dominus Hugo, Romanae ecclesiae legatus, approbasset, et in conventu episcoporum relatam laudaret eam, autoritate sua ex firmis firmiores reddidit, beatificans ecclesiam cujus erant tales filii, qui, deficientibus aliis, persisterent catholicae et apostolicae fidei. Et promittens eis auxilium Romanae ecclesiae et suae legationis, ne Oberto subessent vel communicarent, omnino interdixit.

(a) Vestram, M. et D. : Vestra.

(b) Valete, M. et D. : Videlicet.

(c) Die, M. et D. : die statuta.

(d) Jheronta, M. et D. : Jerunta.

Legatus papae Theodericum et suos sub sua protectione suscipit (M. et D.).



Obertus ad S. Hubertum  
contendit (M. et D.).

Page 96.

Obertus fratres ad suas  
partes adtrahere con-  
tendit (B.).

Mira ejus impudentia  
(M. et D.).

Oberti mira impudentia  
(B.).

Excommunicat abbatem  
Theodericum absen-  
tem (B.).

86. Obertus, amaricatus relatione gestorum, ut solebat, exarsit in ira et saepius complois manibus, seipsum arguebat, vel quia semel ad (a) se compulso abbati (b) non extorsisset licentiam nocendi partibus suis; exacta fide sibi in nullo dissentendi, vel quod se adhuc continuisset, non confudisse (c) penitus ecclesiam sic sibi rebellem sancti Huberti, fratribus inde violenter expulsis. Nec diu conceptum furorem dissimulare potuit; collectaque manu militari, ad monasterium venire disposuit et, hospitatus Nasaniae, nuncios adventus sui praemisit ad fratres, ut in crastinum et (d) honeste procederent et, ut decebat, Leodiensem episcopum venientem susciperent; comminatus vindicandum in eos, nisi solito accuratius et solemnus id agerent. Praemissis apparitoribus, et hanc extorquentibus minaciter gloriam, nemo respondit ad gratiam, sed ne conticuisse omnino nimia videretur indignatio, quassa tantum voce Gislebertus prior dixit se fratres (e) super his in commune consulturos et pro re et tempore quod (f) facere deberent se facturos. In crastinum de negotio tractantibus, licet quibusdam nutaret in occulto fidei tenerrimae status, in hanc tamen sententiam discessit omnium meliorum consensus, legitimum abbatem eis praeesse, quamvis contingeret eum tunc abesse, eorum communi assensu illum ab episcopo dissentire, sine conscientia ejus non debere eos cuiquam, maxime cum periculo fidei, consentire; convenire Deo potius quam homini obedire. Erat autem solemnitas Johannis apostoli, qua recolitur ante portam latinam missus a Domitiano Caesare in dolio ferventis olei. Posthabito igitur timore, cum fratres ordinem suum exequerentur, et suo tempore jam major missa celebraretur, ecce superveniens Obertus (g) cum tumultu et ira patentem intravit ecclesiam, et nulla reverentia praemissa orationis, cum furore in superiores cancellos se proripuit, manibusque injectis diacono Evangelium legenti, librum clausit et coeptum officium, ira dictante, intermittendum minaciter edixit. Deinde totius morae impatiens, arrepta sacerdotali stola umbonem (h) ascendit, et sine ulla retractatione abbatem absentem et eos qui secum exierant nominatim excommunicavit, causatus publice eum, meliora ecclesiae ornamenta, quasi sacrilegum subduxisse, vel, quod magis eum gravabat, sibi quasi excommu-

(a) *Ad*, M. et D. : *a*.

(b) *Abbati*, M. et D. : *abbate*.

(c) *Confudisse*, M. et D. : *confundisse*.

(d) *Et*, M. et D. : *ei*.

(e) *Se fratres*, M. et D. : *Se et fratres*.

(f) *Quod*, M. et D. : *quid*.

(g) *Obertus*, M. et D. : *Obertus*.

(h) *Umbonem*, M. et D. : *Ambonem*.

nicato nollet (a) communicare. Obstupefactis circumstantibus in admiratione sic effrenatae immoderationis, cum ad ea quae videbant scandalizarentur singuli, tum vel maximo pudore afficiebantur qui cum eo venerant nobiles layci, et ut quique (b) erant diligentiores illi servandae fidelitatis. A quo vix obtinentes ut, quasi in consilio, loqueretur eis, suggestionibus elaborabant eum revocare sibimetipsi, dicentes illum quidem justissime irasci, sed esse injuriosum ab ira sapientem supervinci; mirabile omnibus videri eum clausisse et sic excussisse Evangelium Dei; se nec velle nec posse pati officium quod interdixerat amplius interrumpi; in tali negotio non temeritate (c), sed consilio (d) opus esse, praesertim cum ei subesset potestas cujuscumque vellet, convenientioris tamen vindictae. Ad haec Obertus erubuit (e) praesumpsisse quod jam sanior nollet fecisse, et publice confessus est se tunc etiam maximam formidinem pertulisse, cum subito respexisset fratres consistentes in choro ordinate et, posthabito omni ejus timore, Deo soli reverenter deservire, miratus cum indignatione tot et tales ibidem se offendisse, cum sibi nunciatum esset perpauca in loco remansisse. Quibus statim satisfaciens, quod eos inquietasset inconsultus, ut coeptum officium exequerentur humiliter expetiit, et ecclesiam exiit. Ea die copiis secum delatis, prandentes plenissime refecit, non ut regratiaretur exasperatis, sed ut leniret exeniis, quos non concusserat terroribus intentatis. Praeterea per quosdam oportunos partis suae, omnes blanditiis ambire, singulorum animos attentare, firmiores circumvenire, infirmiores invenire (f), humilitatem et humanitatem suam (g) erga eos attentius commendare, eorumque utilitatibus (si sinerent) se communem fore. Ita per suos attentatis fratribus, in crastinum semetipsum eis (h) praesentavit Obertus (i), et quamvis illi (k) assurgere dedignantibus, indignationem tamen suam dissimulare doctus, quasi dolens pro eis, ut sese haberent coepit percunctari, necessitates eorum ac si suam (l) conqueri, paratum se in omnibus consulere illis; tantum sopita omni contentione, consentirent sibi, mallent

Page 97.

Fratrum constantiam  
emollire tentat (M.  
et D.).Obertus blanditiis fra-  
trum constantiam  
emollire tentat (B.).

Page 98.

(a) Nollet, omis.

(b) Et ut quique, M. et D. : ut et qui.

(c) Temeritate, M. et D. : temerarie.

(d) Consilio, M. et D. : consulto.

(e) Obertus erubuit, M. et D. : erubuit Ober-  
tus.

(f) Invenire, M. et D. : convenire... — Cir-

cumvenire?

(g) Suam, omis.

(h) Semetipsum eis, M. et D. : se.

(i) Obertus, M. et D. : Obertus.

(k) Illi, M. et D. : illis.

(l) Suam, M. et D. : suas.

ejus experiri amicitiam quam immicitiam, pensantes cujus esset periculi talem pessumdare ecclesiam et ecclesiasticam dissipare familiam. Succlamantibus his qui cum eo venerant, optime perorasse pontificem, omne os eorum adversum se rationabiliter conclusisse, non (a) expedire eis talem virum sua culpa (b) perdere, qui, remisso autoritatis pondere, non erubescerat humiliter exposcere, quod, si vellet, poterat violenter cogere, non jam multum aberat, (quin ut dicitur) gladio melle lito, deficeret jam pene prostrata in eis veritatis defensio, nisi subvenisset, vel solo pudore paululum cunctata consilii ratio. Secedentes namque in partem fratres consulendi gratia, cum aliquandiu dubitarent an desisterent an persisterent in sententia, tandem placuit omnibus nihil agendum sine abbatis conscientia, quem nullo (c) legitimi examinis iudicio videbant adhuc depositum (d), quemque sciebant nullius criminis objectione juste deponendum; inducias potius ab episcopo (e) expeterent donec, missa legatione, abbatem super his convenirent, et, si possent, impetrata immunitate libere veniendi et recedendi, secum illum deducerent. Quod cum difficulter obtinuissent, et tres ad abbatem fratres destinassent, inter agendum quidam Bullonienses, gregariis satellitibus collectis, apud Gruis-pontem, latentibus in sylva insidiis, vias obsederunt et duodecim vehicula rapientes quibus deducebatur episcopale servitium, donec eo dividerentur, in castro quod juxta erat *Mervolt*, concluserunt. Vulgante fama (quae, ut suum est, de minimis exaltat maxima) nunciatur Oberto se cum suis ab inimicis circumventum, hac et illac latere in sylvis cuneos hostium, talia neminem ausurum nisi magnis viribus confisum. Coepit unusquisque pericula metu suo metiri, alius alium ad fugam hortari, sicque proxima nocte, conductis locorum peritis, infecto negotio, propter quod venerat (f), per occultos anfractus Otbertus recessit. Qui vero missi fuerant ad vocandum abbatem, cum, praesente Dodone, ei rerum ordinem, retulissent, consilio ejusdem Dodonis visum est abbati, non se ingerendum temere iratae potestati, cedendum interdum fortunae et tempori, idque a nullo sapiente imputandum crimini, cum ipse Dominus pro persecutione de civitate in civitatem fugiendum praeceperit. Sic interim abbate cessante, cum audiretur Otbertus a loco recessisse, jam securior ipse abbas ad monasterium venire maturavit et, aliquandiu moratus cum

Page 99.

(a) *Non*, M. et D. : *nec*.

(b) *Sua culpa*, M. et D. : *in sua culpa*.

(c) *Nullo*, M. et D. : *nullo adhuc*.

(d) *Adhuc depositum*, M. et D. : *depositum*.

(e) *Ab episcopo*, omis par M. et D.

(f) *Venerat*, M. et D. : *venerant*.

fratribus, in sententiam quam tuebatur eos reposuit eorumque rebus pro tempore ordinatis, Deo illos committens recessit.

87. Per idem tempus, ad augmentum episcopii, quaerebat Obertus emere castrum Coviniacum, quod erat comitis Balduini hereditarium. Hujus negotii executores elegit Arnulphum et Wigerum, fratres, Tuditani castri nobiliores, qui tanto sibi ad hoc videbantur oportuniore, quanto praedicto comiti ex vicinitate privatiores. Qua functione exacta, cum viderentur Oberto satis deservisse ad gratiam, suggererunt illi, mercedem hujus suae executionis non solum illi paratos remittere, sed et quantum placeret ei de suo addere; tantum daret abbatiam sancti Huberti cuidam fratri eorum Ingobrando, sancti Petri coenobii Lobiensis monacho. Quae res cum difficilis videretur Oberto (a), superstiti adhuc abbate legitimo, licet sibi inobedienti et contrario, subintulit praesens ibi comes Arnulphus, nepos eorum, si quod pro hoc ipso impedimentum curaret, id sibi curandum relinqueret, felicem fore tali procuratore abbatiam illam, nepoti suo se annitente (b) non multo post in pristino statu reformandam. Obertus ergo, cum aliquandiu fatigaretur tot promissionibus et suffragiis, tum vero impelleretur ira et odio Theoderici hoc modo ejiciendi, licet reluctantem conscientiam ex iudicio rationis, consensit tamen operam dare tantae exordinationi; mandavit denique Arnulpho, Lobien- si abbati, ut ad se quantocius veniret et monachum suum Ingobrandum secum deduceret. Deductum sibi liberum reddi jussit, eoque praesente, ordinavit abbatem ecclesiae sancti Huberti, nulla praemissa fratrum regulari electione, nullo cognito in eo merito maturatis et vitae. Dein missa legatione, mandavit fratribus se eorum et (c) utilitatibus et honestati consuluisse, nobilem illum (d) et satis humanum abbatem ordinasse, orare ut gratia sui amoris illum voluntarie susciperent, sibi que cum eo venturo favore debito procederent. Turbati omnes tam subita rerum permutatione, cum post communem admirationem ad se singuli redirent, tum (e) denique, postposita periculi necessitate, coepit apparere evidenter quid apud quemque hactenus viguerat virtutis amore, quicquid latuerat simulationis timore. Gravabat viros virtutis inimicum humani generis adversus eos sic suum malignasse consilium, suscitabat censores extincti pudoris, affectatae novitatis sic eis provenisse emolumentum. Illis pro

Covinium castrum Oberto venditum (M. et D.).

Covinium castrum anno 1096, mense Maio, venditum est Oberto (B.).

Page 100.

Ingobrandus, Leodiensem monachum, intendit ad S. Hubertum (M. et D.).

Ingobrandus, Lobien- sis monachum, ab Oberto ordinatur abbas Hubertensis (B.).

(a) *Oberto*, M. et D. : *Oberto*.

(b) *Annitente*, M. et D. : *committente*.

(c) *Et*, omis.

(d) *Illum*, M. et D. : *illis*.

(e) *Tum*, M. et D. : *cum*.

pondere et extimatione (a) rerum vix erat vel cedendi locus, vel consulendi tempus. Alii, ne celerius excessisse notarentur a communi sententia, sola reprimebantur verecundia, licet sit difficillima ad se celandum gaudiorum patientia. Tamen collecti in unum, cum quaerent in commune quomodo se praesenti necessitati compararent, licet quorundam cor a labiis distaret, in hoc tamen omnes visi sunt consensisse, ut vel ad tempus in sententia persistentes, consulerent aestimationi suae et famae, ut et qui deliberarent deficere, quasi coacti viderentur hoc fecisse.

Quem deducit ad monasterium (M. et D.).

88. Interea Obertus (b) illum suum ordinatum deducens advenit, habens secum Arnulphum, Lobiensem abbatem; itemque Arnulphum comitem, pluresque episcopii nobiliores. Cumque se vix contineret a furore, indignatus neminem sibi, ut mandaverat, processisse, optimatum suorum suggestu, hoc ipsum compulsus est dissimulare, ne videretur exasperare; quibus ignoti hominis personam veniebat ingerere. Evocatis igitur fratribus, indixit eis in unum convenire, se colloquendi gratia velle convenientibus intervenire.

Page 101.

89. Relicto interim Ingobrando et assumptis secum quos affectandae rei noverat idoneos, ad fratres processit, eosque hilari vultu salutans consedit. Ex praemissa questione: « Quomodo se haberent? quem exitum tot malis suis sperarent? » subjunxit, paterna sollicitudine (quod suum erat) illis providisse, eorum desolationi patrem idoneum procurasse, eumque illis adduxisse. Illis ad haec (c) reticentibus et, quasi ex habitu laesae erga se pietatis, vultum in terra declinantibus, ex his qui convenerant pro sua quisque potentia coepit tacentibus succensere, hujusmodi gestum summae feritatis et immoderatae indignationis esse; extremae videri (d) dementiae sic illos velle episcopo Leodiensi obsistere, nimia apud eos patientia illum viluisse, qui tamdiu insolentiam eorum sic impune pertulisset. Fratribus e contra publice causantibus praeter legem se praegravari, satis superque injustum et injuriosum videri abbatem habentibus abbatem superinduci; et hoc ipsum nullius ipsorum esse cognitionis, nulliusque legitima electionis: indignatus est Obertus se suosque concludi tam evidenti ratione, jamque ordinationem suam irritam (e) esse, nisi contradicentes violentia opprimeret; postposita omni canonica auctoritate. Et, ne quid inexpertum relinqueret erga sibi obsistentes, semel et iterum, licet

(a) *Extimatione*, M. et D. : *aestimatione*.

(b) *Obertus*, M. et D. : *Otbertus*.

(c) *Haec*, M. et D. : *hoc*.

(d) *Videri*, M. et D. : *indicium*.

(e) *Irritam*, M. et D. : *tritam*.

retineretur ab eis, se pedibus eorum tentavit prosternere, ut vel tanta pontificalis dignitatis inclinatione vinceret, quos eotenus (a) potestate probaverat omnino invincibiles. Igitur post multas contentiones, post varias verborum objectiones et rejectiones, exurgens de medio fratrum, cameram secessit, et per abbatem Lobiensem itemque comitem Arnulphum mandavit eis, ut, aut volentes, placito suo gratanter accederent, aut, sua sibi relinquentes, loco decederent. Tam crudeli sententia determinata, fratres petierunt inducias praepositos cellarum evocandi, et cum eis in commune consulendi (b); sed eas nullo modo, nisi usque in crastinum potuerunt assequi. Interea Arnulphus comes singulos, ut quemcumque noverat, pro nepote suo aggredi, ejus causa consilium et auxilium suum ecclesiae polliceri, cum interim filius ejus Otto ipsa eadem die Caviniacum fiscum pervadens, omnem ejus praedam abducebat et quosdam etiam interficiens, fidem paternae pollicitationis inficiebat. Nec jam supererat constantia diutius reniti firmioribus tot concussionibus fatigatis, infirmioribus tot promissionibus inductis. Isti destinabant apud se huic exordinationi vel non communicandum, vel cum possent, loco cedendum; illi, oblata spe novandarum rerum, affectabant alicujus functionis assequi commodum, vel, permissa libertate, prosequi voluntatis propriae vel otium vel negotium. Sic fratribus inter se dissidentibus, magis autem a se deficientibus, Ingobrandum Otbertus loco introduxit ibidemque introductum relinquens, tardius sibi hactenus dissidentibus se praevaluisse laetatus discessit.

90. Ingobrandus post tot anxietates insimulatae sibi contradictionis, tandem factus compos desiderii sui, ut erat rudis et nimiae simplicitatis, otio et licentia juvenili coepit resolvi, securus, immo inscius procurandae praelationis. Piget meminisse quomodo, sub his casibus, pulcherrimus ille flos maximi honoris et decoris hujus loci decoloratus conciderit, quam velociter (c) defluerit tamdiu elaboratus ille status decentissimae religionis, et quae Cis-Rhenum eo tempore laudabatur singularis: quae quantae fuerit excellentiae, vix aut nullo modo posteritati futurae videbitur credibile, cum sit suum humani ingenii, vel potius erroris, credere tardius quidquid virtutis inertiae ejus putatur. Ingobrandus, infracto rigore tenendae virtutis, nimiumque mo-

Sub Ingobrando invasore solvitur disciplina (M. et D.).

Sub Ingobrando invasore monasterii nostri solvitur disciplina regularis (B.).

(a) *Eotenus*, M. et D. : *eatenus*.

(b) *Et cum eis in commune consulendi*, omis

par les Bénédictins.

(c) *Quam velociter*, M. et D. : *qua velocitate*.

Page 103.

Ingobrandus ornamenta  
ecclesiae distrahit, nec  
ejus possessionibus  
parcit (B.).

Ida comitissa consilio  
Berengeri sepulta in  
Stabulensi monasterio  
(M. et D.).

Berengerus et Theodericus  
in Andaginenses,  
Ingobrando parentes,  
inimicitias exercent  
(B. et M. et D.).

derandae discretionis expertus (a), contra morem majorum quadam liberali (b) specie ferociores religiosorum animos emollire; juvenum vero et maxime adolescentium familiaritates affectare, postremo nec modestiae nec sumptui parcere, dum quosque quasi ad gratiam obnoxios fidosque sibi faceret. Licet vero sit difficilis (c), hoc modo attenuatis, immo pene elapsis ecclesiasticis redditibus, supervenit rei familiaris inopia, quae cum jam non sufficeret imprudentium tolerare negligentiam, impulit eos etiam negligere datum suum et infamiam. Nam distractis viginti quinque ex ornamentis ecclesiae quae remanserant ibidem, abbate Theoderico meliora quaeque, salvandi gratia, effe-  
rente, cum necdum praevalerent sic effugere indigentiam, addiderunt etiam obpignorare (d) aut vendere possessionum suarum molendinos et ecclesias. Praeterea cum rerum indigentia (quod erat gravius) passim premebantur viciniorum (e) infamia; et quibus, vigente religione, fuerant gloriae et honori, ea languente, erant jam ignominiae et oneri.

91. Sub eisdem quoque diebus, Berengerus (f) erga ecclesiam (quasi Oberto subjectam) tantas exercuit inimicitias, ut conversionis et professionis propriae oblitus, suae etiam et suorum retentionis in persecutone ingratus, fieret loco irrecuperabiliter (g) damnosus. Nam cum illo suo more, quasi ad fratres suos sustentandos quaestionarias circuitiones ageret, ad Idam, uxorem Cononis comitis, venit, eamque apud Montem-Acutum infirmatam invenit. Quae praesentiens sibi mortem proximam, dum se apud beatum Hubertum (quo pater ejus Lambertus jacet) deliberaret sepeliendam, Berengerus omnino obstitit ne id fieret utque, ob subjectionem Oberti (h), excommunicatos vitaret, Stabulensem<sup>1</sup> sepulturam potius expeteret, ibidemque eleemosynam suam constitueret. Causantibus filiis ejus Lamberto et Henrico, quomodo Stabulensis ecclesia videretur absolutior, cum ex dono subjaceret regi Henrico, et ex cura pastorali Oberto (i), Berengeri sententia praevaluit, et redditum trium librarum quotannis ecclesiae beati Huberti in perpetuum abstulit.

(a) *Discretionis expertus*, M. et D. : *nimumque expertus*.

(b) *Liberali*, M. et D. : *liberalitatis*.

(c) *Difficilis*, M. et D. : *difficile*.

(d) *Obpignorare*, M. et D. : *oppignerare*.

(e) *Viciniorum*, M. et D. : *vicinorum*.

(f) *Berengerus*, M. et D. : *Berengerus*.

(g) *Irrecuperabiliter*, M. et D. : *irrecuperabiliter*.

(h) *Oberti*, M. et D. : *Oberti*.

(i) *Oberto*, M. et D. : *Oberto*.

<sup>1</sup> Stabulense celeberrimum ordinis S. Benedicti monasterium a S. Remaco in dioecesi Leodiensi fundatum, cujus abbas est sacri Romani imperii princeps (M. et D.).

92. Theodericus quoque et sectatores ejus per quoscumque poterant ecclesiasticas possessiones infestabant, dumque ad incendia et rapinas earum tyrannos hortarentur, obsequium se praestare Deo arbitrabantur. Unde et *Page 104.* quidam, accepta occasione circa locum tyrannidis exequendae, Ingobrandum impostorem et pessimum clamare, fautores ejus fidei desertores et religionis proditores denotare, et ideo omne malum eis inferendum, nullumque bonum illorum amodo servandum, idque quod erat ecclesiae illis solis attribuendum, qui, per cellas divertentes, malorum vitaverant (a) contagium. Denique quicquid ex eorum rebus rapere poterant, impune rapiebant, adeo ut ex ipso monasterio agerent praedas publicas, quod nemo unquam ejus temporis evenisse audierat vel viderat (b). Quicquid etiam suum ecclesiae erat in episcopio Rhemensi vel Laudunensi, item Metensi et Verdunensi, sine respectu Oberti, et illius sui Ingobrandi, quieto jure deserviebat abbati Theoderico sibi que subjectis fratribus, interdicens ducibus Godefrido et Theoderico suis hominibus, ne alicujus prece vel pretio seducti, injuriam illis inferre molirentur.

93. Guiredus quoque, concessa sibi providentia Sulpeum et Nogarias cum Clavigio procurabat, et hoc tanta instantia, ut si quem monasterialium (c), mercede Ingobrandi, Mosomenses vel Bullonienses illuc deducere laborarent, ille eos vel astu praeveniret, vel collectis viribus removeret.

94. Raginerus (d) quoque, Pirensis (e) praepositus, tanta sedulitate Maccariensem transitum illis obstruxerat, ut nemo earum partium (f) se illoingere auderet, cujuscumque negotii gratia.

95. Robertus etiam, Cunensis (g) praepositus, viribus Dodonis Calviacum, Flabotivillam (h), et Gandrehengias pervaserat, et fratribus qui illo plures convenerant, eorum rebus deserviebat. Hanc abbatiae divisionem cum Ingobrannus (i) Oberto saepissime suggereret, Obertus vero hoc ipsum duci Godefrido, quasi advocato ecclesiae, quod talia pateretur, tristis ingereret, ille e diverso causabatur id sibi injuste eum succensere, ea quae sua erant

(a) *Vitaverant*, M. et D. : *vitaverunt*.

(b) *Vel viderat*, omis dans le texte de l'Ampliss. collectio.

(c) *Monasterialium*, M. et D. : *ministerialium*.

(d) *Raginerus*, M. et D. : *Raguerus*.

(e) *Pirensis*, M. et D. : *Pyrensis*.

(f) *Earum partium*, M. et D. : *erumpentium*.

(g) *Cunensis*, M. et D. : *Cuensis*, ailleurs *Cimensis*.

(h) *Flabotivillam*, M. et D. : *Flabouwillam*.

(i) *Ingobrannus*, M. et D. : *Ingobrandus*.



Page 105.

ecclesiae, filiis ejus non debere nec posse quemquam prohibere, ipsi hoc potius imputandum esse, qui tantam in loco hactenus honesto suscitaverit confusionem, quique legitimo abbati superinduxerit illum suum talem consultorem et provisorem. Sub tali hujus ecclesiae confusione, Lambertus minor apud (a) ecclesiam beati Rhemigii morabatur et, pro temporis et rerum occasione (b), subjectam epistolam scripsit fratribus<sup>1</sup>.

Dissidium inter Obertum et comitem Lovaniensem (M. et D.).

Theoderici abbatis causam adversus Obertum tuentur principes (M. et D.).

Causam Theoderici abbatis contra Obertum episcopum tuentur Godefridus, dux Bulloniensis, Albertus, comes Namurcensis, Henricus, comes Durbutensis, Cono, comes Montis-Acuti, Arnulphus, comes Chisniacensis (B.).

Page 106.

96. Grassabatur tunc inter Obertum et Lovacensem comitem inexorable dissidium et ex eo inter utrosque medium gravissime opprimebatur episcopium, comite ipsam civitatem frequentibus assultibus impetente, Oberto quoque, collecta expeditione, debellare comitem destinante. Hac occasione, conducta die, convenerant in civitate principes provinciae convocati, ut, in tali dissidio, consulerent rebus ecclesiae: cumque inter consulendum inferret Obertus, praedictum comitem jam se excommunicasse, sed illum nullo modo id curare; subintulit dux Godefridus arridens, dictum sibi ab eodem comite, excommunicationem illius nullam apud se constare, nisi abbas Theodericus de Sancto Huberto eam sibi autorizaret, ut aut ab eo se absolvi reposceret, aut illi quasi ab eo excommunicato, universalis ecclesia non communicaret. Ad haec Obertus cum pene fureret et nimis illoto sermone furori satisfaceret, juravit cum indignatione, malle se mori quam respectu talis tamque vilis personae se infamare vel despici, si quid usquam valeret ipse vel sui. Cumque ipsis quoque principibus iratus opponeret, in hoc eos fidelitati Sanctae Mariae sanctique Lamberti deesse, quod sic impune paterentur deprimi auctoritatem Leodiensis episcopi, nullo modo id illos decere pati, si qua illis subesset cura sui honoris, commotus ad haec dux ipse inprimis, Albertus quoque, comes Namucensis, et Henricus Durboiensis (c), Cono etiam, comes Montis-Acuti, sed et praefatus Arnulphus Chisniacensis, ut erat diversus a se, cum genero suo Dodone Cunensi, responderunt se quidem fideles Sanctae Mariae sanctique Lamberti esse, sed in hoc nimis patienter hanc ipsam fidelitatem hactenus dissimulasse, quia dissensionis hujus causas neglexissent inquisisse. Consensu ergo unanimi coeperunt insistere, ut diem constitueret inter se et

(a) *Apud*, M. et D.: *qui apud*.

(b) *Et pro... occasione*, M. et D.: *propter... occasionem*.

(c) *Durboiensis*, M. et D.: *dux Hoiensis*. Un *duc de Huy!* Ce personnage est tout à fait in-

connu dans l'histoire.

<sup>1</sup> Hanc epistolam sive amanuensis negligentia, sive quovis alio casu, in manuscripto desiderari dolemus (M. et D.).

abbatem quaestionis agenda, ita dumtaxat ut quocumque posset suae sententiae defensores impune abbas deduceret et reduceret, et in publica audientia Leodiensis ecclesiae, per liberam licentiam dicendi et audiendi, ipsis praesentibus, elimata veritas triumpharet. Obstupuit Obertus, quasi cornuto (ut dicitur) syllogismo interceptus, et cum nusquam posset declinare, tot virorum compressus autoritate, quamvis aegre, diem illis concessit quaestionis agenda, sed non poterat evinci ut abbati permetteret veniendi et redeundi securitatem. Cumque causarentur omnes et hoc injustum esse, sibi quoque (a) inhonestum, cum satis intelligeretur hac occasione audientiam se velle declinare, tandem promisit cum duce de his consulendum, et per illum quicquid videretur eis inde agendum, in proximo se determinaturum. Haec omnia cum Dodo rediens abbati referret, ille exhilaratus gratias egit dispositioni divinae, sperans ex hoc pendulae dissensionis finem proventurum et veritatis iudicium (b) sub tot testibus ad victoriam perducendum (c). Nec mora, abbati Berengero haec omnia per ordinem significavit, et ut, in partibus suis veritatis defensores conduceret secum, mandavit (d). Ipse vero, assumpto secum Lamberto majore, et Roberto, Cunensium priore, Mediomatricum, Tullum, Viridunum aggressus est peragrarum, et (e) propositam necessitatem tuendae fidei notis sibi fidelibus enunciatis, quia non sua, sed Christi res erat agenda, ne (f) ejus testimonio deessent instanter admonebat. Videres (g) per singulas urbes religiosas et potentes personas tantam pro justitia persecutionem, non secus quam qui patiebatur (h), indolere, periculi sui securitate religiosae quondam et honestae Andaginensis ecclesiae causam tuendam excipere, neminem eorum alium quasi cunctando consulere, sed singulos opem suam certatim abbati promittere. Denique Paulinus, Metensium archidiaconus, ut erat doctus suffragari ejusmodi (i) defensionibus (consueverat enim longis et multis persecutionibus quae illatae fuerant Herimanno pontifici, constanter decertare tuendae fidei) : « Et nos, inquit, jamdiu fatigavit hic rerum eventus, nec ad hos quasi novos casus excipiendos cujusquam

Page 107.

- (a) *Sibi quoque*, M. et D. : *sibique*.  
 (b) *Judicium*, M. et D. : *indicium*.  
 (c) *Perducendum*, M. et D. : *producendum*.  
 (d) *Et ut... mandavit*, toute cette phrase manque dans le texte des Bénédictins.  
 (e) *Et* manque.  
 (f) Il y a *nec* dans le MS. B., mais c'est une faute, et la correction des Bénédictins doit être suivie.  
 (g) *Videres*, M. et D. : *Videns*.  
 (h) *Patiebatur*, M. et D. : *sequebantur*.  
 (i) *Ejusmodi*, M. et D. : *hujusmodi*.

incitatione indigemus. Et nos et nostra Christo debemus, dignitas hujus certaminis communis est in eum credentibus. Erit certe quoque injuriosum, si quod debet esse voluntarium, aliqua mora interveniente, videatur extortum, et quod verbis ostentamus, auxilio differamus. Huic negotio non conveniunt verba summo ore stillantia, sed ex intimo cordis fundo (a) diligenter exculpenda. Nulla hic merces corrumpet linguas nostras, liberis officiis celebrabitur haec amicitia; ex (b) ipsa re et non ex commodo aestimabitur haec talis gratia. » Cui cum Lanzo, abbas sancti Vincentii, diceret se quidem iturum prompto animo, sed quosdam famis periculo (quae tunc maxima erat) retardandos: « Nostris, inquit Paulinus, stipendiis ibimus singuli, quia non est perfectae charitatis, si quod est exequendum gratis, ingravato adversus amicum auxilio prosequaris. » Eadem ad auxilium abbatis Tullenses et Verdunenses excitavit sententia, eadem ad procedendum animavit constantia. Cumque per tot defensores causam suam agendam abbas aequae jam securus locasset, Cunis reversus, quomodo res sua processisset, abbati Berengero apud Ebernei-Cortem commoranti, et quos ipse procurasset, sibi rescribi mandavit. Rescripsit ille, se procurante, paratos ad conductam audientiam convenire, de Rhemensi quidem metropoli dominum Manassem<sup>1</sup> praepositum, postea factum archiepiscopum, Rogerum, defensorem ecclesiae et archidiaconum, Rodolphum<sup>2</sup>, cancellarium, et post Manassem praepositum, Odalricum, scholasticum ecclesiae Romanae, satis notum et charum; de ecclesia beati Remigii, Lambertum priorem et quos secum deducere vellet; de ecclesia Suessionensi Emobrannum (c) archidiaconum, non multo post Lauduni episcopum ordinatum; de ecclesia Laudunensi, Ebalum archidiaconum et Adalberonem abbatem, et quos ipse quoque secum venire competeret. Praeterea significavit ei per easdem litteras Henrico et Lanzoni archidiaconis et quibus sibi visum (d) fuerat rationabilioribus Leodiensis ecclesiae, pro re et tempore se plurima scripsisse et transmisisse, in quibus arguebat eos mercede Balaam seductos, coram filiis Israel scandalum posuisse, ha-

Page 108.

(a) *Fundo*, B. : *fumo*.

(b) *Ex*, M. et D. : *et*.

(c) *Emobrannum*, M. et D. : *Emolrannum*, et en marge : *L. Engelrannum*.

(d) *Visum*, manque dans B., mais donné par M. et D.

<sup>1</sup> Ex hoc loco patet haec omnia acta esse ante annum 1096, quo Manasses ex praeposito factus est archiepiscopus (M. et D.).

<sup>2</sup> Et hic etiam Rodulfus, dictus *Kiridis*, S. Buenonis olim familiaris, ex praeposito factus est archiepiscopus anno 1108 (M. et D.).

bentes modo Otbertum (a) pro pontifice, quem secum olim detestabantur iudicio contradictionis justissimae. Et ut ipsa (b) quaedam ejus verba interponantur : « Si hoc, inquit, recte fecistis, hodie laetamini in Abimelech, et ipse in vobis : Dominus autem laetabitur in operibus suis. » Omnes has procuraciones defensionis suae retulit abbas Dodoni Cunensi, et ut secum ducem Godefridum, commorantem Buloni (c), conveniret, precibus obtinuit, per se certius ab eo quaesiturus, quid cum Oberto (d) tractasset de securitate agendi conventus. Respondit dux iterum atque iterum se Obertum pro hoc interpellasse, illum vero variatis verbis certius inde responsum hactenus insimulasse, sed in crastinum se habiturum cum eo colloquium Vilantiae (e); secum eo usque Dodo veniret, illicque experiretur; quid credendum de mandatis abbati referret. Praesenserat autem Otbertus studiosissime abbatem rem suam procurasse, totque auditores adversum se et clericos suos suscitasse; ipsos quoque Leodienses maximam indignationem concepisse, quod personae aliarum urbium, quasi perspicaciores, superinducerentur eis ad disputandum; et diffidens parti suae, si congregarentur ei ad iudicium, necessitatem imminentis audientiae destinavit se quocumque modo vitare; unde et duci ad se venienti hoc ipsum secretius intimavit. Dux vero, ut hoc audivit, callide quod timebat Obertus, adversus eum ingravit, dicensque (f) eandem audientiam non solum per se avertendam, verum sua auctoritate et conductu reborandam, compulit sibi duplicari pecuniae promissionem primam, sicque malignante impietate cum avaritia, oppressa est eliminandae (g) veritatis experientia. Nam cum defensione ducis et conductu, tantus tamque vulgatus conventus speraretur agendus Leodii, imminente natalitio apostolorum Petri et Pauli, ipsa eadem die cum comite Arnulpho se Rhemi (h) futurum publice condixit, ut ejus causam cum Rainaldo archiepiscopo ageret, eumque (i) de Mosomensi castro, quod incenderat et vastaverat, concordaret. Dodo, intelligens Otbertum et ducem cognitioni discernendae veritatis defecisse, eundem defectum abbati retulit, et (k) meliora speranti maximi doloris vulnus adauxit. Neque enim

Page 109.

(a) *Otbertum*, M. et D. : *Obertum*.(b) *Ipsa*, omis par M. et D.(c) *Buloni*, M. et D. : *Bullonii*.(d) *Oberto*, M. et D. : *Oberto*. De même plus bas.(e) *Vilantiae*, M. et D. : *Villantiae*.(f) *Dicensque*, M. et D. : *dicens*.(g) *Elimandae*, M. et D. : *eliminandae*.(h) *Rhemi*, M. et D. : *Remis*.(i) *Eumque*, M. et D. : *cumque*. Dans le texte des Bénédictins, ce membre de phrase est rapporté à ce qui suit, ce qui altère et obscurcit le sens.(k) *Et*, M. et D. : *etiam*.

tantum pro se dolebat, subducto sibi loco defensionis, quantum pro his quos emoverat tantae expectationi. Subinde quoque Berengerus abbas (a), assumpto priore sancti Remigii, Piros (b) usque processerat, quaesiturus de certificanda securitate eorum quos ipse venturos sollicitaverat. Ibidem paulisper cessanti, missus ab abbate Lambertus major occurrit, et quo astu Otberti et ducis, spes eorum frustrata esset, nil tale verenti nuntiavit. Berengerus, indignatus ex tam subita rerum eversione, statim dictante eadem sua indignatione, scripsit majoribus Leodiensis ecclesiae, non recte eos famae suae et honori consuluisse, iudicio et justitiae nimis impudenter in capite suo defecisse, infamiam hujus defectus sui longe lateque, tot auditoribus repulsis, declarasse et tamen a condicta audientia sic frustratos, causas agenda defensionis et elimandae veritatis nihilominus effecisse (c). Sciens quoque Abbatem Theodericum affici gravissimo moerore, secundum animi sui teneritudinem, hanc inter plurima illi scripsit consolationem : « Rerum quidem exitus prudentia metitur, sed alieno decepti errore, rotam fortunae nos quoque aliquandiu revolvimus, et maximos labores frustra fatigati expendimus. Erit certe hoc aeterni iudicis vindicare, pro cuius fide maxime proposuimus (d) inimicis ejus displicere. Summopere vero curandum est vobis hoc citius eis quos vocastis, ut in locis suis cessent, significare. Ego quoque rediens, id ipsum curabo maturare. Valete. » Nec mora, ordinatis ab utroque legatis, ut, cessante audientia, cessarent et evocati, Berengerus rediens Rhemi quantocius duci occurrit. Et quia pro tempore sibi videbatur potens persona potius caute lenienda, quam mordaciter exasperanda, cum publice quaereretur de ea quam patiebatur sancta ecclesia ab Otberto injuriam, dicendi modum, quasi defensori ejus duci parcens, obliquabat. Cum enim Otbertum accusaret quod condictam veritatis defensionem, male sibi conscius, subterfugisset, ducem vero e diverso commendaret, quod eam cum caeteris principibus episcopii condicendam extorsisset, dux, rubore perfusus, teste conscientia arguebatur, qua, se iudice, nemo nocens absolvitur. Excepit verbum prudentissimus vir Rainoldus archiepiscopus (e) a Berengero, privatim praemonitus et causatus cur vel ipse, vel caeteri ecclesiarum defensores sic paterentur abbatias Leodiensis episcopii deperire, cum possent suum

Page 110.

(a) Abbas, omis par M. et D.

(b) Piros, M. et D. : Pyros.

(c) Et tamen.... effecesse, toute cette phrase

est encore omise dans le texte des Bénédictins.

(d) Proposuimus, M. et D. : praeposuimus.

(e) Archiepiscopus, omis par M. et D.

illum Otbertum, ad quod vellent, etiam nolentem, violenter attrahere, vel volentem liberaliter inclinare; eo usque ducem rationabiliter inductum affectavit, ut promitteret se revera jam allaboraturum ecclesiasticae defensionis, et legitimorum abbatum restitutioni; quod et hoc modo, divina disponente clementia, processit.

97. Erat castrum inter Hoyum (a) et Leodium, quod Mons-Clarus dicebatur, quodque infestissimum sibi navigantes per Mosam, saepissime (b) Oberto conquerebantur. Tot illorum querelas et injurias cum ille diu indignaretur pati, collectis viribus, obsidere castrum destinavit. Huic obsidioni disponendae ducem episcopi et principes evocaverat, jamque, ordinata expeditione, ante castrum constiterat; cum subito dux, arrepto tempore, Obertum inelamavit, eique publice consilium suum et auxilium excusavit, nisi abbatiam (c) sancti Huberti sanctique Laurentii suo statu reponeret, et eas quas vendiderat, ejectis emptoribus, per condignas personas gratis ibidem ordinatas disponeret. « Quod, inquit, o commilitones, a Deo auxilium sperabimus, qui ejus ecclesiis depereuntibus non solum defensionem non impendimus, sed et liberam vocem contradictionis subtrahimus? Scilicet hoc de nobis promeruit benignissima dispositio creatoris, qui nos ministros suae publicae rei constituit, ut, pro sua quisque persona, nostrum illi negemus servitium; quos pro tuendo jure suo, hoc nostro tempore, elegit ejus generale dominium! » Plura dicere parantis abruptit verbum assensus principum, et inveci pariter in Obertum, praefixam a duce conditionem de restaurandis ecclesiis et reponendis abbatibus legitimis, violenter exigere coeperunt. Convenerant autem ad eandem expeditionem disponendam quidam ex archidiaconis et praepositis episcopi, qui, rapta occasione, per hanc invectionem publicam, quasi pro zelo tuendae justitiae, privatas animositates adversus Obertum ingravabant, ut ex hoc (d) sibi apud eum locarent in posterum timorem, cujus nisi ex aliquo commodo inutilem vilipendebant amorem. Et cum illi constanter objiceretur quod omnino interdicat canonica autoritas, scilicet taxato pretio abbatias vendidisse, et ecclesiastica ministeria, quae pro animabus curandis gratis largiri debuisset; Obertus (e) tali tamque inspe-

Otbertus Montem-Clarum obsidere meditatur (M. et D.).

Auxilium ipsi negant principes nisi depositos abbates restituant (M. et D.).

Page 111.

(a) Hoyum, M. et D. : Hoiium.

(b) Saepissime, omis par M. et D.

(c) Abbatiam, M. et D. : abbatias.

(d) Hoc, M. et D. : his.

(e) Obertus, M. et D. : Otbertus.

rata compressus exactione, licet intelligeret haec (a) non recte (b) fecisse, conabatur tamen sibi praetendere non solum suae malignitatis velamen, sed et multorum praelatorum probatae haeresis defensionem, contestatus non se in benedictionibus suis gratiam Dei vendidisse, sed potius eas gratis contulisse: non autem sibi videri injustum, si de possessionibus ecclesiasticis suum exigeret commodum, quas non habentibus distribuebat ad habendum. Haec pestis de Francia transfusa in Lotharingiam, quam sit detestabilis, nostro tempore Petrus Damianus Alexandro papae hujusmodi invectione deplanxit. Sed ut ad rei ordinem redeamus, Otbertus, praedicta principum exactione compressus, licet quasi obtorto collo cogeretur velle quod nolebat, de abbatum restitutione benigne tamen pro tempore respondit, et ex eorum sententia quicquid inde censerent, se facturum promisit. Decretum est statim ut, remota omni dilatione, Wolbodonem et Ingobrandum ejiceret, et legitimos abbates locis suis reponeret. Ad haec Otbertus, veritus ne sibi quandoque oneri foret, si talis permutatio abbatum subito et inconsulte fieret, retractato cum prudentioribus consilio, de his iudicium agendum constituit, ut rationabiliter illis pro culpa sua convictis et ejectis, jam tunc excluderet sibi occasionem quandoque removendae contentionis. Igitur, praefixa die ad rem maturandam, collectis abbatibus et archidiaconis, iudicium sedit, et ex comprobatione injustae in eos factae exordinationis et incompositae eorum conversationis, uterque convictus loco quem invaserat decessit.

Page 112.

Ingobrandus et Wolbodo, pseudo-abbates, a monasteriis Andaginensi et S. Laurentii, quibus, donante Oberto, intrusi fuerant, ejusdem sententia removentur (B.).

Berengerus ecclesiae suae restitutus (M. et D.).

98. Scripsit extemplo Obertus (c) Berengero (d), se illi regratiatum, et, rejecto Wolbodone, ejus deliberasse monasterium; placere sibi et primatibus suis ut fidenter redeat, et fratres qui ad eum confugerant, secum reducat. Abbati vero Theoderico (licet idem suffragium idemque iudicium in causa fuerit) hoc scribere dissimulavit, tenacissimus erga eum conceptae indignationis, optime etiam conscius illum non communicaturum sibi; praeterea cum illis suis fidelioribus abbatibus et archidiaconis secretius tractans, ut quia ad ejus placitum, licet injuste, illum excommunicandum olim judicaverant, nullo modo suam pateretur (e) infirmari sententiam, nisi, publica satisfactione, ejus requireret absolutionem et gratiam. Berengerus autem,

(a) Haec, M. et D. : hoc.

(b) Non recte, M. et D. : se non recte.

(c) Obertus, M. et D. : Otbertus.

(d) Berengero, M. et D. : Berengero.

(e) Pateretur, M. et D. : paterentur.

accepta legatione Otberti, primo quidem dubius haesit an coeptae defensionis persisteret, an ecclesiae olim sibi commissae, jamque omnino deficienti revertens consuleret. Verebatur enim, accusante conscientia, publicae vituperationis infamiam, ne reconciliatus Oberto, videretur a verae fidei perseverantibus apostata; qui ejus hactenus tot probatis invectionibus praedicaverat apostasiam. Sed saepius retractans non sine divino nutu provenisse hunc in rebus tam mutatum tamque insperatum eventum, assumens secum quosdam suorum, properavit Leodium. Ibi occurrentibus sibi extra civitatem archidiaconis officiosissime, cum se, eisdem comitatus, Oberto praesentaret, Obertus, ut sibi eum affectuosius attraheret, coram duce Godefrido, itemque primoribus civitatis, obtulit ei justitiam de ea quam fecerat discedenti injuria; quam licet aegre Berengerus visus est suscepisse, ea tamen ab eo illi imposita conditione, ut quicquid per Wolbodonem dispersum deperierat ecclesiae, suo statui reformaretur, illo annuente. Sic deosculatus eum, sedi re collocavit, multis non solum mirantibus, sed et (a) scandalizatis, quasi ex tam subita permutatione tanti viri, quem utique credebant nullo modo a priori sententia posse divelli, cum ille (ut sibi videbatur) coram Deo securus conscientiae suae et intentionis, non hoc ageret gratia alicujus ambitionis, sed ut subveniret ecclesiae periclitanti et fratribus ab ea dispersis.

Page 113.

Berengerus abbas redit in gratiam cum Oberto et ad monasterium suum (B.).

99. His auditis, abbas Theodericus, qui tunc morabatur Cunis, fratres suos ad consilium evocavit, et quid in tali negotio opus esset sibi agendum, inquisivit. Lambertus major, ut erat vir consilii, itemque Wireodus, Robertus et Rainerus (b) responderunt consulenti, gratias agendas divinae dispositioni, quod praeter spem omnium eorum, locum eis patefecerit ad ecclesiam suam revertendi, rediret quantocius, sicuti et (c) fecerat Berengerus, ne, eo cunctante, eveniret aliquis sinister eventus, sua etiam ecclesiae referret ornamenta, quae inde sustulerat salvandi gratia. Firmato igitur consilio, decernitur tempus ad rem exequendam, et, ex consensu Dodonis, assumptis secum ornamentis, media nocte castellum exiit, sicque in sequenti (d) vespera Fredegorium venit. Postera die, dispositis per loca oportuna custodiis, primo adhuc mane, in querceto quod imminet monasterio descendit, praemissoque ad fratres Lamberto majore, mandavit se eos revisere paterno affectu, sub-

Theodericus ad suum monasterium redit (M. et D.).

Theodericus abbas Cunis ad monasterium redit, relatis secum ecclesiae ornamentis (B.).

(a) *Et*, M. et D. : *etiam*.(c) *Et*, omis.(b) *Rainerus*, M. et D. : *Rainerius*.(d) *In sequenti*, M. et D. : *insequenti*.



Page 114.

jungens ut nullo modo se vererentur, si quid excessissent per tam varios rerum eventus. Ad haec, quibusdam conscio pudore silentibus, quibusdam vero timore Otherti, ne facerent quod nolebant (a) opponentibus, tandem meliorum obtinuit consensus, ut, quod eos decebat, justitiae et veritati consulerent et (b) honestati, utque (c) abbati pro Christo exilium passo grater procederent, eumque pro suo recognoscentes honorarent. His abbati relatis, procedentibus sibi fratribus humiliter se praesentavit (d) et prosequentibus eum his qui secum exierant, quampluribus quoque qui, audito ejus reditu, convenerant, cum Dei laudibus ingressus est ecclesiam. Deinde, renumeratis vel ostensis publice ornamentis quae retulerat, in conventu fratrum venit, et tam de communione Oberti quam de subjectione Ingobrandi culpam suam fatentibus, poenitentiam indixit, sicque absolutos deosculatus, priori sententiae reformavit. De praedicto autem ecclesiae thesauro commiserat (interposita fidei suae sponsione) Rodulpho Vilantiensi (e), scilicet duas cappas et textum evangelicum auro et gemmis insignitum, qui fuerat Caroli Magni imperatoris, et tria cornua eburnea ex eleemosyna Godefridi ducis, cognomento Barbatii. Haec omnia, ut erat impudens neglector fidei et veritatis, irato sibi domno Wlfranno, Prumiensi abbati, ut ei regratiaretur, in dono obtulit. Miratus abbas requisivit unde haec illi provenissent, cum evidenter (f) textum recognosceret, ex facta olim sibi processione; tandem convictus est confiteri, immo mentiri, ea sibi vendita ex distracto thesauro beati Huberti. Ad haec abbas caput cassans (g) et de dispersione tantae ecclesiae condolenter suspirans, duo quidem ex cornibus fratri suo Ultrajectensi episcopo transmisit, caetera vero per Rodulphum beato Huberto charitatis gratia remisit. Quam tamen gratiam abbatis praedictus Rodulphus, quasi a se esset, duobus equis pro ea exactis, ecclesiae impudenter vendidit, ex qua etiam iniquitate coram praedicto abbate convictus, gratiam ejus perdidit.

Codex evangelii pretiosissimus.

Page 115.

100. Jam triduum transierat, et ecce Berengerus abbas cum Henrico archidiacono veniebat, ut, ex praecepto Otherti, quasi vacantem disponent (h) abbatiam. Audientes autem abbatem esse regressum et a fratribus receptum, in villam ecclesiae quae dicitur *Burs*, diverterunt; cumque, ad

(a) *Nolebant*, M. et D. : *nolebat*.(b) *Consulerent et*, M. et D. : *et consulerent*.(c) *Utque*, B. : *ut quod*.(d) *Praesentavit*, M. et D. : *prostravit*.(e) *Vilantiensi*, M. et D. : *Villantiensi*.(f) *Evidenter*, M. et D. : *evidentem*.(g) *Cassans*, M. et D. : *quassans*.(h) *Disponerent*, M. et D. : *disponeret*.

Obertum reversi, renunciarent regressum abbatis, ille iratus interdixit, nihil pro eo faciendum ecclesiae ministris : idem tamen interdictum eadem facilitate extenuatum est, qua et prolatum, nec ministri ecclesiae vel abbati, vel fratribus pro hoc ministrare destiterunt. Obertus quoque, ira parumper refrigerante, dissimulabat meminisse quod recognoscebat se irrationabiliter (a) praecepisse : indignatio tamen ejus erga abbatem pertinacius obfirmata, nec tempore, nec ratione sedari poterat. Unde, adeunte se Lamberto majore pro quibusdam negotiis ecclesiae, cum praedictum abbatem infirmatum audisset, ei quasi excommunicato (si moreretur) interdixit fratrum sepulturam communem, nisi sibi, ut episcopo suo, satisfaceret vel communicaret. Abbas tamen ex infirmitate convaluit, et malitiae Oberti adversum se consummatae tanto securior quanto et certior, hanc epistolarem apologiam scripsit ecclesiae Leodiensi, in qua se nec excommunicatum probavit, nec quemquam, nisi culpa exigente, posse excommunicari.

101. *Cum nullum crimen anathemate dignum (b) commiserim, injuste me excommunicatum liberrime defendo, quia nec fur nec sacrilegus sum vel fui ejus ecclesiae quam Dei gratia rego, neque ecclesiam aliquibus suis rebus spoliavi, nec quicquam de fundis ejus aut vendidi, aut distraxi, aut cuiquam, quoad (c) in me fuit, usurpare permisi : sed cum viderem res aliarum ecclesiarum a suis emptoribus, hoc est a Wolbodone, Leupodone, Gisleberto, Warimundo, male diripi, et in pretium simoniacae suae venalitatibus pessime distrahi, timens ne similiter ab aliquo pervasore res ecclesiae nostrae dilapidarentur, consilio Godefridi ducis, aliorumque sapientum (d) virorum, qui quod postea accidit verebantur, partem thesauri cui maxime timebam, egredientibus mecum de monasterio fratribus, viris fidelibus commisi, et non alias quam infra possessionem et fundum ecclesiae sancti Huberti, cum ipsis fideliter usque ad unum quadrantem conservavi, meamque restitutionem, operante Dei gratia, non ut sacrilegus, sed ut fidelis conservator, quod suum erat ecclesiae, mecum restitui. Unde si qua (e) jaculata est sententia excommunicationis, irritam eam censent praesentia testimonia sanctarum scripturarum, quae me propugnant et defendunt. Hieronymus in commentariis*

Theodericus contra Obertum causam suam scripta ad eum epistola tuetur (B.).

Theoderici abbatis epistola ad ecclesiam Leodiensem (M. et D.).

Page 116.

(a) Irrationabiliter, M. et D. : humiliter.

(b) Dignum, omis dans le MS. B.

(c) Quoad, M. et D. : quod.

(d) Sapientum, M. et D. : sapientium.

(e) Qua, M. et D. : quae.

*super Mathaeum versum illum exponens* : « Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in coelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis, » *Ita dicit* : « Istum locum presbyteri et episcopi non intelligentes, aliquid sibi de Pharisaeorum assumunt supercilio, ut vel damnent innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non (a) sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. Legimus in Levitico de leprosis, ubi jubetur ut ostendant se sacerdotibus, « et si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, » non quod sacerdotes immundos faciant leprosos, sed quod habeant notitiam leprosi et non leprosi, et possint discernere qui mundus vel (b) qui immundus sit. Quo modo ergo leprosum ibi sacerdos mundum vel immundum discooperiendo facit, sic et hic aut ligat aut solvit episcopus vel presbyter, non eos qui insontes sunt et noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus, vel qui solvendus sit. » *Gregorius papa Januarii, Carallitano (c) episcopo* : « Inter querelas multiplices, Isidorus, vir clarissimus, a fraternitate tua se excommunicatum conquestus est : quod cur factum fuerit, dum a clero tuo qui praesens erat, voluissemus addiscere, pro nulla alia causa, nisi pro eo quod te injuriaverat, factum innotuit. Quae res nos vehementer afflixit, quia si ita est, nil (d) te cogitare de coelestibus ostendis, sed terrenam te habere conversationem significas, dum pro vindicta propriae injuriae (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis invexisti : unde de caetero esto circumspectus atque sollicitus, et talia cuiquam pro defensione injuriae tuae inferre denuo non praesumas ; nam si tale quid feceris, in te scias vindicandum. » *Item Gregorius in Evangeliorum tractatibus* : « Saepe pastores ecclesiae in ligandis et solvendis, suae voluntatis motus non autem causarum merita sequuntur ; unde fit ut hac ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus, non pro subjectorum moribus exercet ; saepe fit ut erga proximum odio vel gratia moveatur pastor : judicare autem de subjectis digne nequeunt, qui in subditorum causis, sua vel odia vel gratiam sequuntur, causae ergo pensandae sunt, et tunc ligandi et solvendi potestas exercenda. »

Page 117.

Cructatorum bella.

102. Ea tempestate, hortante papa Urbano, una eademque intentio totius

(a) Non, M. et D. : nec.

(b) Vel, M. et D. : et.

(c) Carallitano, M. et D. : Caralitano.

(d) Nil, M. et D. : nihil.

Occidentis christianos exciverat populos, videlicet armatos Jerosolymam adire, et Medos et Persas qui eam invaserant, debellare, terramque repromissionis sibi tenendam subjugare. Huic expeditioni non solum diversae aetatis populares, sed etiam ipsi provinciarum consenserant principes, et, sponte posthabitis uxoribus et filiis, honoribus quoque et patrimoniis aut omnino relictis, aut pretio distractis, festinabant captare incerta pro certis. Cum his Godefridus dux ire disposuerat, et causa parandi comiteatus, Buloniense (a) castrum Oberto venale exposuerat. Causa hujus negotii exequendi, Ida, mater ducis ejusdem, Bulonium venit, quae, videns deperisse elemosynam patris sui majoris Godefridi, et monachos decessisse (b) ab ecclesia beati Petri, consensu filii sui Godefridi, qui remissis fratribus ad matrem ecclesiam beati Huberti, hortatu domini Henrici pontificis iterata donatione legali, quicquid erat elemosynae praedicti avi sui in rebus mobilibus vel immobilibus beato Petro et beato Huberto tradiderat coram testibus idoneis, graviter tulit et abbatem Theodericum ad se venire mandavit. A quo dum quaereret cum moerore, cur vel quo modo memoria patris sui in loco illo defecisset? respondit abbas, id fratri suo et filio suo imputandum, qui, subtractis redditibus, ad nihil assent locum, omnesque destructores ejus nosset excommunicatos secundum Alexandri papae privilegium. At foemina virtutis sollicita pro patre salvando, itemque pro fratre et filio absolvendo, abbatem cum lacrymis adorsa est orare, ut curam ecclesiae beati Petri resumeret, et, repositis ibi fratribus, periculum eorum qui in Deum et patrem suum peccaverant, absolveret. Ad haec abbas cum negaret se posse quod cogebatur velle, mater filiam (c) impulit porrigere illi humiliter vadium satisfactionis, utque veniam excommunicationis obtineret, ecclesiam matrem de Saltiaco-Rivo cum capellis illi subjectis itemque capellam (d) sancti Johannis et praebendis ibi deservientium clericorum, omnibusque ejusdem capellae mobilibus et immobilibus, ita tamen ut (e), decedentibus clericis qui erant tunc temporis, omnia subiaceant monachis, procurante abbate capellano<sup>1</sup> qui deserviet castro et populari parochiae, sicut avus suus Godefridus major beato Petro donaverat legaliter, ipse quoque fratribus ibi reponendis publice recognosceret. Quod cum Godefridus in audientia nobi-

Monachi restituti in ecclesia S. Petri Bulloniensis (M. et D.).

Dux Bulloniensis Leodiensi praesuli castrum suum venale exponit.

Page 118.

Ida, mater Godefridi Bulloniensis, seu ipse dux prioratui Bulloniensi tradit ecclesiam de Sansareux, cum capella S. Joannis sita in castro Bulloniensi (B.).

(a) *Buloniensi*, M. et D. : *Bulloniense*.

(b) *Decessisse*, M. et D. : *discessisse*.

(c) *Filium*, M. et D. : *filium suum*.

(d) *Capellam*, M. et D. : *capella*.

(e) *Ita tamen ut*, M. et D. : *ita ut*.

<sup>1</sup> *Capellano pour capellandum*.

Ida tradit quoque monasterio nostro ecclesiam de Baseio, juxta Nivellam in Brabantia. Anno 1094 (B.).

Othertus ad emptionem castri Bulloniensis ecclesias episcopi spoliavit, ac specialiter nostram. Anno 1096 (B.).

Othertus spoliavit ecclesiam S. Huberti (M. et D.).

Page 119.

Lambert., monachus alodium de Felc (Felic?) ecclesiae nostrae comitatus a Conone, comite Montis-Acuti (B.).

Anno 1096, die 15 Augusti, Godefrido ad expeditionem Hierosolymitanam discedente, Theodericus abbas, ejus praesidio destitutus, e monasterio rursus discedere ob persecutionem Otherti cogitur (B.).

Theodericus abbas apud S. Remigium se recipit (M. et D.).

lium suorum sine ulla retractatione vel contradictione solemniter fecisset, ipsa Ida comitissa, matrem ecclesiam in Baseio-Villa, quae propria ab antiquo sui patrimonii in Brabante erat sita juxta Nivellam, ecclesiae beati Petri et beati Huberti tradidit habendam pro anima patris sui Godefridi Barbati, itemque fratris sui Godefridi, filiique sui ibidem praesentis, eandemque donationem legali privilegio et legitimis testibus confirmari, fratres etiam in sui praesentia ab abbate reponi obtinuit apud ecclesiam beati Petri.

103. Othertus, gloriae suae studens, praedictum castrum oblatum sibi concupivit, et mille quingentas argenti libras pro eo duci condixit. Ad has exsolvendas, cum praescripsisset (a) expoliandas (b) congregationes episcopii, tum demum hac occasione adversus ecclesiam beati Huberti maximas iniurias exercuit, nam, ipsis exactoribus suis missis, tabulam altaris auro tectam disparavit, tres cruces aureas dispersis lapidibus effregit, quarum unam magnae quantitatis dominus abbas Theodericus prior noviter fecerat studio Lamberti majoris, quamque Henricus episcopus a nemine distraendam sub anathemate interdixit. Ex hujus rapinae reliquiis praedictus Lambertus unam marcam et dimidiam auri collegit et alodium de Felc, quod est prope Nasaniam, a Conone comite, qui cum duce Jerosolymam ibat, praesente Bovone de Wahart et Waltero (c) de Ambluz, donatum ecclesiae comparavit. Nec multo post dux Jerosolymam vadens, ludum unum chrySTALLINARUM alearum nobis transmittens, multos secum nobiles et religiosos abduxit (d), quorum defensionis intuitu, insectatio Otherti utcumque videbatur tolerabilis Theoderico abbati. Quibus abeuntibus, longo et gravi taedio affectus, cum se pensaret imparem perferendis tot casibus rerum (e), nemini quod conceperat edicens, quasi more solito ad tempus exiret, valedicens fratribus ad sanctum Remigium Rhemi (f) se contulit, ibidem moraturus. Quod cum apud se destinasset, quia idem locus amplissimae dignitatis et maximae videretur honestatis, tunc magis hoc ideo affectavit, quia didicerat ibidem abbatem quemdam ordinatum Robertum, majoris ecclesiae monachum, quem ex dicto Urbani papae expetierat Manasses archiepiscopus, causa ibi arctius (g) augendae religionis. Quod quia (h) longe aliter evenit, testatur Hugo, Lugdunensis

(a) Praescripsisset, M. et D. : proscriptisset.

(b) Expoliandas, M. et D. : expoliendas.

(c) Waltero, M. et D. : Walterio.

(d) Abduxit, M. et D. : adduxit.

(e) Casibus rerum, M. et D. : rerum casibus.

(f) Rhemi, M. et D. : Remis.

(g) Arctius, M. et D. : artius.

(h) Quia, M. et D. : quam.

episcopus, legatus ecclesiae Romanae, super his ita scribens Urbano papae.

104. *Reverendissimo patri ac domino suo Urbano papae, Hugo, Lugdunensis ecclesiae servus, se ipsum per omnia... Litteras vel legationem cujusdam monachi majoris monasterii nomine Roberti, ad vos jam venisse putamus, quem frater Manasses, Rhemensis archiepiscopus, quod per se non valuit, ordinandum in (a) abbatem sancti Remigii, litterarum vestrarum autoritate ab abbate suo impetravit. Adjuncti sunt etiam (b) ei quidam religiosi fratres quorum fretus consilio et auxilio, subditorum suorum Rhemensium monachorum animos informaret, et ad sacrae religionis imitationem institueret. Ipse autem (prout bonorum virorum relatione cognovimus) spreto eorum consilio qui ei dati fuerant ad auxilium augendae religionis, coepit adhaerere complicitibus levitatis et remissius relaxare restrictionem vitae regularis. Quo comperto, Rhemensis archiepiscopus saepius eum per se, perque alios religiosos viros, ut erga ordinem suum et sibi subditos corrigendos studiosior esset, admonuit, nihilque profecit. Tandem frustratum se cognoscens de eo quem religiosum putaverat et in abbatem consecraverat, hoc ipsum abbati majoris monasterii significavit, et ut eum corripere et emendare obsecravit. Abbas vero directis a latere suo religiosis personis, multociens eum increpavit, et ne tam negligenter vivens ecclesiam unde venerat dehonestaret, attentius admonuit, et nisi se emendaret, ut inobedientem et professionis suae transgressorem se excommunicaturum intentavit. Quid multa? die constituta se ad eum iturum, et velut patri suo obediturum promisit, sed consiliariis suis pravis locutus, ire contempsit. Abbas autem sicut minatus fuerat, eum, consentiente episcopo, excommunicavit. Ipso vero reclamante, et anathematis ejus vinculo se minime teneri dicente, quasi ab ejus obedientia et professione absolutus, et Rhemensis ecclesiae, ut sibi videbatur, liber redditus, constituta est dies ab archiepiscopo, qua (c) judicio episcoporum et abbatum lis illa terminaretur; praefixa autem die convenientibus episcopis et abbatibus, multisque aliis religiosis personis, ipsoque que abbate majoris monasterii et priore Cluniacensi, discussis utrimque rationibus et objectionibus, cum probari non posset quod praedictus monachus Robertus a primae professionis suae vinculo, per abbatem suum praesentialiter vel per litteras ejus (d) signatus esset absolutus, ac sic liber archiepiscopo*

Litterae Hugonis, archiep. Lugdun., con-  
querentis de Roberti,  
abbatis S. Remigii Re-  
mensis, inordinata con-  
versatione (B.).

Epistola Hugon., archiep.  
Lugd., adversus Ro-  
bertum, abbatem S.  
Remigii (M. et D.).

Page 120.

(a) In omis.

(b) Etiam omis.

(c) Qua, M. et D. : quo.

TOME VII.

(d) Dans le texte des Bénédictins, on a ajouté  
(manu).

Page 121.

*Rhemensi concessus, judicatum est ipsum ab abbate suo excommunicatum esse, nec ab episcopo Rhemensi retineri posse. Judicio finito (a), saepe dictus monachus minime acquievit et, ut pluribus videtur, quaerens occasionem vagandi, praegravari se dixit et audientiam vestram reclamavit; quem cum archiepiscopus retinere vellet, et abbati suo reddere, propter reclamationem vestram liberum permisit ire. Qui illico ad nos veniens, rei gestae seriem nobis nunciavit, et ex ejus relatione didicimus juste eum posse revocari ab abbate majoris monasterii. Nunciavit etiam nobis pro hujusmodi negotio quosdam fratres majoris monasterii ad nos venturos; et nobis offerentibus ut pro sua commendatione vel restitutione, si fieri posset, eos expectaret, sustinere noluit, et a nobis abscessit. Die autem tertio post ejus abscessum dominus Hilgoldus (b), quondam Suessionensis episcopus, et frater Pontius, vester (c) quondam notus (d); Rudolphus quoque, Rhemensis ecclesiae praepositus, ad nos venientes, rem gestam nobis per ordinem narraverunt, et ex parte Rhemensis archiepiscopi, litteras obtulerunt, obsecrantes ut nostro consilio alterum abbatem in ecclesia beati Remigii sibi ordinare liceret, ne detrimentum pateretur, si diu rectore careret. Quod quidem propter solam appellationem vestram nos (e) facere nolimus, quamvis quod in tanto conventu et a tam discretis personis factum fuerat, justum censeremus. Itaque cum non sit nostrum sanctitatis vestrae prudentiam docere, provideat vestra paternitas qualiter praedicto monacho (si praesentiam vestram adierit, vel litteras vobis direxerit) respondeatis; si enim ecclesia beati Remigii venerit in potestate alicujus irreligiosi, et in temporalibus et in spiritualibus minuetur, et cum periculo animarum cultus divinae religionis ibi adnihilabitur.*

Item, contra eundem Robertum, abbatem Remensem, litterae Hugonis Cluniacensis ad Urbanum papam (B.).

Epistola S. Hugonis, abbatis Cluniacensis, adversus eundem (M. et D.).

105. Hugo quoque Cluniacensis abbas, de eodem negotio scripsit eidem papae Urbano: *Amantissimo et reverendississimo patri, sanctae atque apostolicae sedis summo pontifici, domino papae Urbano, frater Hugo Cluniacensis cum tota congregatione nostra, continuas et fidelissimas devotionis orationes et perpetuam pacem. Multi, o domine pater, justis ac necessariis causis existentibus, cupiunt dignam vestram adire praesentiam, sed impediuntur variis difficultatibus obsistentibus. Unde et aliqui eorum saltem ad nos veniunt quasi*

(a) *Finito*, M. et D. : *sic facto*.

(b) *Hilgoldus*, M. et D. : *Hilgodus*.

(c) *Vester*, M. et D. : *noster*.

(d) *Notus*, peut-être abréviation de *notarius*?

(e) *Nos*, omis.

*ad domesticos vestros, si quomodo eis consulatur, vel subveniatur illorum necessitatibus. Inter quos dominus Manasses, Rhemorum pontifex, vester humilis filius, noster quoque devotus amicus, quem et in alia epistola vobis commendavimus, conquestus est nobis de majori monasterio in ecclesia beati Remigii se quemdam monachum abbatem (a) ordinasse et longe aliter quam sperabat de ejus irreligione maximum loco damnum provenisse; petiit autem ut interpellaremus inde vos. Sed quia dominus Hugo, Lugdunensis archiepiscopus, omnem ordinem rerum vobis significavit, sicut audivimus, reverentiae vestrae suggerimus ut, si ad vos venerit idem monachus, prudentiam vestram nullis circumveniat calliditatibus, sed faciatis ei secundum sapientiam quam a Deo habetis. Reverendissimam ac dilectissimam nobis paternitatem vestram Dominus Christus sanam et incolumem nobis conservet et universae ecclesiae.*

Page 122.

106. Abbas autem Theodericus in festo sancti Aegidii (qui olim fuerat dies ordinationis ejus) de monasterio egressus, cum Rhemi (b) moraretur, in solemnitate sancti Remigii sequenti, venerunt ad eum Rainerus Pirensis, Robertus Cunensis (c), Wiredus quoque, praepositus Ebernei-Cortis, de intentione ejus certius quaesituri. A quo cum didicissent privatam vitam se sponte elegisse, tot insectationes Otberti pati non posse, ecclesiam ob sui invidiam destrui vitare, nolle amplius praeesse quibus in tot periculis non sufficeret prodesse. Responderunt fratres, hoc non sic temere agendum, sed consulendos abbates qui ad praedictum convenerant festum. Decernitur igitur (d) tempus ad rem. Et cum ad abbatem sancti Remigii, caeterosque ibi collectos ecclesiae Rhemensis consilium referrent, et illi causam abbatis Theoderici, veteri jam auditu notissimam, ad respondendum ventilassent, ad hunc devenerunt finem, ut quia privatus vivere vellet ne Otberto subesset, caveret ne unde se expediret, alium impediret, neve praedicto Otberto ingereret, quem noviter pro se consecrandum eligeret. Respondit abbas in hoc ipso sibi et fratribus suis consuluisse, et dominum Berengerum, abbatem sancti Laurentii, sibi successorum jamdiu (e) apud se destinasse, quia et monachus olim fuerit ecclesiae et a domino Henrico episcopo consecratus legitime, nulla indigeret Otberti consecratione. Laudatus abbas id optime providisse, consensu prae-

Anno 1096 (B.). Theodericus abbas renunciat dignitati in gratiam Beringari (M. et D.).

Page 123.

(a) *Abbatem* omis par M. et D.(b) *Rhemi*, M. et D. : *Remis*.(c) *Cunensis*, M. et D. : *Cimensis*.(d) *Igitur*, M. et D. : *ergo*.(e) *Sibi successorem jamdiu*, M. et D. : *jamdiu sibi successorem*.



Theodericus abbas Berengero, abbati S. Laurentii, Andaginensem abbatiam resignat (B.).

dictorum vel praesentium fratrum ibi, scripsit Berengero sub obtestatione professionis suae quam fecerat ecclesiae, ut illi in praesenti periculo succurreret, quodque volenti animo abbatiam sibi commissam relinqueret: hac tamen omnino interposita conditione quod, quibuslibet aliis postpositis, ideo eum successorem elegisset, ne consecratione Otberti indigeret. Scripsit etiam fratribus in commune, ut quem elegerat, ipsi quoque eligerent, sicque per manus Raineri Pirensis et Roberti Cunensis (a), baculum pastoralem remisit ecclesiae, quem illi apud Piros ex consultu interim reliquerunt, ut quasi de incertis adhuc rebus proveniret (b) inter dissidentes certius consilium et tanto citius Berengeri eligerent auxilium, quanto ex Theoderico abbate gravaret eos desolationis suae fastidium, maxime propter insectationem Otberti, quae tanto immineret eis infestior, quanto et in desolatos effrenatior.

Quem (Berengerum) fratres nolunt admittere (M. et D.).

Dissidium inter conventuales ratione dictae resignationis (B.).

107. Redditis vero litteris Theoderici in communi audientia, cum in eis (c) notaretur vel ejus spontanea privatio vel Berengeri eligenda praelatio, ut fit in novandis rebus, pro suo quisque niti coepit ingenio, orta inter eos dissentione, Theodericum quidem commissos sibi inordinate deseruisse, ad abbatiam vero regendam plures apud eos superesse, Berengero suam illi sufficere posse, nullo modo se pati eum sibi praeesse. Indiffinito vero consilio in tam vario dissensu, non multo post redditae sunt litterae Berengero, missae illi a Theoderico; in quibus cum se legisset electum et sciret jam a fratribus repulsum, paululum subridens; « Cato, inquit, Uticensis die qua (d) passus repulsum risit et nocte qua mortuus est legit (e). « Quae (f) quidem repulsa, licet altius quam quisquam ratus esset, in cor ejus descenderit, pro tempore tamen quasi benigne respondit, satis consulte repulsores suos censuisse sua sibi sufficere, uniuersique in ecclesia sua militanti debitum honorem competere, scire se moribus eorum non convenire, quaerent cui flos gloriae jam apud eos decidentis reffloret, et religio deficiens resurgeret.

Page 124.

Qui et ipse (Berengerus) resignationi renunciat (M. et D.).

Berengerus resignationem Theoderici recusat acceptare (B.).

108. Audivit interea Otbertus rerum seriem et evocatis ad se de monasterio quos noverat meliores, mirari se dixit cur Berengerum repulissent, quem in ecclesiasticis utilitatibus virum tam valentem jam rapuisse debuissent. Eadem sententia de Berengero apud clericos et laicos crebrescebat et neminem rei et tempori utiliore censebant. Jam etiam fratres, tot assertio-

(a) Cunensis, M. et D. : Cimensis.

(b) Proveniret, M. et D. : praesentirent.

(c) In eis, M. et D. : iners.

(d) Qua, M. et D. : quadem.

(e) Legit, B : legitur.

(f) Quae, M. et D. : et.

nibus convicti, consenserant ejus electioni, cum ille, semel concepta indignatione primae repulsionis, nullis precibus Otberti, nullis acclamationibus fratrum vel cleri evaluit procurationi oblatae attrahi. Tot igitur tempestatibus, tot dilationibus jam pene deficientis ecclesiae pertaesus Obertus, indixit fratribus ut quem vellent de suis eligerent, eique consecrandum in abbatem praesentarent.

109. Inter has disceptationes Lambertus major infirmatus ad mortem, Berengerum a (a) Leodio ad se reconciliandum mandavit, unctusque oleo quod sibi reposuerat ex consecratione Henrici pontificis, anno incarnati Verbi *millesimo nonagesimo nono*<sup>1</sup>, octavo kal. Maii obiit. Qui strenuus cooperatores abbatis Theoderici majoris, in acquirendis praediis et ornamentis, in renovandis et ampliandis aedificiis, in vitreis et fabrefacturis, in ordinando fratrum victu et vestitu, et in quibuscumque poterat ecclesiae profectibus et utilitatibus, cum sub Theoderico juniore assueta dignitate privatus, adolescentes sibi praeponi justissime indignaretur, adeo coactus desipere, ut post discessum ejusdem Theoderici, scrinulum beati Huberti quod argento paraverat, ablato etiam capite aureo mirifici operis, dispararet: cum exactoribus episcopi tres cruces aureas et tabulam altaris auream in coemptione Buloniensi deliberaret<sup>2</sup>; Godefrido de *Ham* duo dorsalia cum dalmatica una et cappa commodaret; in ipsa quoque infirmitate sua extrema Berengero partem auri et copiam lapidum pretiosorum a loco asportanda relinqueret. Et ne cui videatur de Lamberto haec talis mentio, vel apud Deum poenalis criminatio, vel apud homines judicialis detractio, noverit eum acerbo et longo dolore, ut hoc faceret, provocatum, dum nimis inhoneste tractatus et despectus in ipsa senectute, tot labores juventutis suae apud ingratos doleret evanuisse, quia et est miserrimum genus infelicitatis felicem fuisse et de regno in servitium, immo contumelias decidere.

110. In eodem vero anno, kalendis Junii, Otbertus castrum *Mirvolt*, non longe situm a monasterio, ad desolationem circumjacentis provinciae refirmavit; quod, obtentu domini Theoderici majoris, Henricus episcopus dejecerat sub interminatione perpetui anathematis, ipsum quoque montem, qui ab

Anno 1097, Lambertus major moritur (B.).

Page 125.

Anno 1097 Otbertus castrum de *Mirwart*, de novo restituit in gravissimum damnum ecclesiae nostrae (B.).

Otbertus castrum *Mirvolt* reaedificat. (M. et D.).

(a) *A, M. et D. : de.*

<sup>1</sup> Ex sequentibus manifestum est authorem errore lapsam ac pro 1099 debuisse ponere

1097. Vid. notam marginalem, pag. 129 (B.).

<sup>2</sup> *Deliberaret*, délivrait, livrait.

antiquo fuerat beati Huberti, ecclesiae firmato privilegio legaliter reddidit, condita ibidem et dedicata ecclesia in honore beati Michaëlis, fratres secretius (utpote in deserto) Deo militaturos constituit. Provinciales autem, ex timore desolationis quam verebantur non solum sibi, sed et posteris suis, condicta die convenerunt ad ecclesiam beati Huberti, expostulantes corpus ejus cum lacrymis Oberto praesentari, si forte vel sic resipisceret ab intentione hujus suae incoeptionis. Coacti fratres non solum necessitate communi, sed et propria, quae magis praeponderabat, licet nimis inconsulte, utque fit in rerum tumultuaria perturbatione, nullis praemissis jejuniis, nullis vigiliis, nullo apparatu hujus executionis, assumpto beati viri corpore, processerunt nudis pedibus et aperto capite. Videres (a) passim concurrentium turbas augeri, luctuque populari, canentium litanias et psalmos deprimi. Audivit Obertus tanti pontificis autoritate se insequi, et, ad horam furore dissimulato, ascensoque equo cum suis, et ipse venientibus obviam processit. Praetenta (b) vero paulisper reverentia orationis, post aspersionem aquae benedictae, interthurificandum, fustem ad hoc ipsum paratum arripuit, et, de caesis fratrum capitibus sanguine fuso, per silvam palantes huc illucque dispersit. Super tantam tamque injuriosam temeritatem demirantibus turbis justitiam altissimi, qui cum sit patiens redditor, secundum multitudinem irae suae non quaerit. Perlatum est corpus sancti ad ecclesiam beati Michaëlis archangeli, ibidemque advigilatum a fratribus recollectis. In crastinum disponebat illud violenter auferendum Obertus, sed cum in tali praesumptione nemo sibi assentiret suorum, jam sanioris animi resumens consilium, cum reverentia et honore ad suum retulit locum. Cujus evectio cum maximi fuisset ponderis, revectione vero levissimi, probavit eandem evectionem sibi displicuisse et revectionem placuisse: positum autem super altare beati Petri, et per octo dies nullo modo potuit loco suo reponi, quasi quamdam satisfactionem exigeret hujus suae remotionis. Nec (c) multo post, ea ipsa die anniversaria qua beato Huberto praedictam fecit injuriam, Obertus captus est a comite Henrico et Durboium usque deductus, incitato equo et satis feroci, durissime et inhoneste collisus vix mortem evasit, sed et quamdiu ex tunc super fuit, nunquam adversitatibus et dedecorosis oppressionibus caruit.

S. Huberti corpus ad eum placandum ei obijcitur (M. et D.).

Corpus S. Huberti ad impediendam castri reaedificationem, rogatu vicinorum incolarum in *Mirwart* defertur (B.).

Page 126.

Obertus in monachos saevit (B.).

Corpus sacrum ad monasterium refertur et miraculo exportationem sibi displicuisse manifestat S. Hubertus (B.).

Obertus dat poenas de illata S. Huberto injuria (B.).

(a) *Videres*, M. et D. : *videns*.

(b) *Praetenta*, M. et D. : *praemissa*.

(c) *Nec*, M. et D. : *non*.

111. Et dum Obertus fratres iterum atque iterum de eligendo abbate compelleret, tunc demum illis praefixit diem quo tales determinarentur dilationes. Electus tandem communi omnium consensu quidam Gerardus (a) Leodium ducebatur, cum (b) inter eundem coepit agi sermo a deducantibus, donum ejus nullo modo legitimum fore, tam pro Henrici regis excommunicati subjectione, quam pro praefati castelli reconfirmatione, quod restruebat, Henrici pontificis neglecto anathemate, tum etiam pro effuso propria manu ejus monachorum, immo sacerdotum sanguine. Hujusmodi disputatio dum attentius retractaretur inter Gislebertum, decanum, et Wiredum, Ebernensem praepositum, persuaserunt Gerardo interim cessandum, donec ipsi euntes Leodium, super his abbatem consulerent Berengerum. Gerardus, ut erat vir probus et nullius injustae promotionis cupidus, simpliciter cessit illis suis consultoribus, conditum rei negotium ultro (c) exequentibus. Qui cum id penitus non curanti Berengero de reddendo super his consilio suggererent, eidem etiam Otberto quod de dono suo non legali verebantur, ingererent, ille id sibi quasi ad injuriam reputans ingestum, primoribus suis crastinum indixit publicum auditorium, et utrum injuriosam sibi tam diu abbatiam sancti Huberti funditus annullaret an ordinaret, edixit eis in commune consulendum. Succlamantibus cunctis potius ordinandam, iterum (d) ejus obtulit Berengero providentiam. Ille cum semel recusatam nullo modo admitteret curam, communem omnium accepit sententiam, ut destinaret pro aestimatione sua quam ad hoc exequendum utiliore nosset personam qui paululum cunctatus in tali opposita sibi deliberatione, respondit pro tempore neminem utiliore se nosse, quam ibi praesentem Wiredum, monachum ejusdem ecclesiae. Hortatus accedere Wiredus, licet, ut fit, aliquandiu reluctari videretur, tamen, donante Otberto, abbatiam suscepit sicque comitatus Berengero et Frederico (e) praeposito, Andaginum venit. Fratribus autem electionem sic frustratam indignantibus et venienti (ut est mos) procedere detrectantibus, intervenerunt mediatores Berengerus et Fredericus, suffragantes, prout poterant, ingenio et ratione, ne sic inconvenienter hactenus fratri, amodo vero patri dissentirent, etsi eum hoc pati, illos tamen facere

Gerardus abbas eligitur (M. et D.).

Gerardus in abbatem Hubertensem a fratribus, impellente Otberto, eligitur (B.).

Page 127.

Gerardus electioni suae renunciat (B.).

Wiredus ab Otberto abbatiam S. Huberti accipit (M. et D.).

Wiredus, Otberto donante, regimen Hubertensis ecclesiae suscipit (B.).

(a) Gerardus, B. : Girardus.

(b) Cum, M. et D. : cui.

(c) Ultro, omis dans le texte de l'Ampl. coll.

(d) Iterum, M. et D. : iterum atque (iterum).

(e) Frederico, M. et D. : Friderico.

non deceret (a); consulerent vel famae suae, ne nimis inconsulte viderentur tale aliquid egisse, experirentur prius utrum esset utilis et retinendus, an inutilis et rejiciendus. Tandem rationi ad horam cedentes, suppressa ad tempus contradictione, passi sunt illum adesse, sibi que aequanimiter (b) interesse, donec eadem contradictio quandoque fieret justior, si consecratus ab Oberto, Romanae sententiae probaretur desertor, cujus antea fuerat acerrimus assertor. Gravabat autem adhuc ab introitu Ingobrandi praesentem ecclesiam maxima rerum inopia, quia dispensatores earum tractabant eas nimis prodige, nullo respectu fidelitatis, et pene ad numerum viginti librarum imminuti erant redditus ecclesiastici, ab introitu domini Theoderici majoris, de praebenda fratrum, sine consensu eorum, datis immo et venditis noviter et injuste beneficiis, et hoc, ut supra dictum est, consilio et actu Lamberti majoris et Theoderici junioris. Et cum frequens querimonia fratrum coram Wiredo, hujusmodi injustitiam et damnum deplangeret, ille caput quassans, complois manibus cum indignatione, talibus consultoribus et authoribus poenalem vindictam ultionis imprecabatur divinae: sed quam inexcusabilis est omnis qui judicat, cum et ipse idem faciat! quia enim voluntates regum, ut dicitur (c), ut sunt vehementes, ita et mutabiles, non multo post Wiredus, praedictis noviter casatis (d), diem ad se conveniendi posuit et, contra publicam fratrum contradictionem, ad privatam eorum gratiam singulos recasavit (e), cum et ante legitimam consecrationem sui nullum legale donum posset ab eo fieri. Unde et magis ex hoc crebrescebat communis fratrum sententia, illum omnino vel pro nullo habendum vel rejiciendum, cum Romanae auctoritatis privilegium, quod a Gregorio papa huic ecclesiae specialiter est decretum, hujusmodi praesumptorem potestatis honorisque sui dignitate censeat privandum, aut si, quod (f) verebatur, manibus Oberti se submitteret consecrandum. Quod ille praesentiens, Oberto consecrationem suam offerenti, aliquandiu se subduxit, utque tutius vitaret pondus necessitatis de proximo imminentis, Franciam divertit, et apud Ebernensem cellam morari coepit. Obertus, hujus subductionis satis conscius, attentavit eum indu-

(a) *Deceret*, M. et D. : *debere*.(b) *Aequanimiter*, M. et D. : *aequaminter*, ce qui est une faute d'impression.(c) *Regum, ut dicitur*, M. et D. : *ut dicitur, voluntates*.(d) *Casatis*, M. et D. : *cassatis*.(e) *Recasavit*, M. et D. : *recusavit*, ce qui n'a aucun sens.(f) *Quod*, M. et D. : *quid*.

cere tanto facilius quanto et suavius, ex suo conjectans ingenio ut sese res habebat, nolle illum facile jam carere semel degustati honoris experientia, cujus donum in accipiendo recusaverat de manu ejus quae sibi non videbatur prius legitima. Scripsit autem illi in hunc modum a Leodio :

112. *Otbertus, Dei gratia Leodiensium episcopus, fratri Wiredo, abbati de sancto Huberto, gratiam suam et veram dilectionem in Christo. De promotione tua qualiter canonice et secundum regulam sancti Benedicti fuerit facta, quomodo, inquam, humana gratia et terrena commoditas et caetera quibus indigni homines indigne ad honores solent provehi, procul fuerunt a nobis, utpotè qui tam carnalem quam spiritualem rei vestrae publicae reparationem per vos desiderabamus fieri, nulli notius est quam vobis, et eundem rectae intentionis oculum semper purum, semper apertum erga vos habere volens, quod in vobis bene coeptum fuit melius proficere (a) volui, et ad benedictionis gratiam in proximo vos perducere, Deo opitulante, disposui. Vos autem illo tempore imparatum, vos in quibusdam negotiis lacrymabiliter dixistis obligatum, et consilio et auxilio honorum, praecipue autem concordia et unanimitate fratrum vestrorum, ad tam sublimem gratiam esse perveniendum (b), diemque hujus (c) rei perficiendae elegistis et petistis, et in ipsa sancti Andreae festivitate, me annuente, statuistis. Sed quia tunc Leodii non fuimus, quippe honori et gratiae domini mei imperatoris deservivimus, vos (d) tunc Leodium non venisse nequaquam negligentiae imputamus. Nunc autem praecipiendo vobis denunciamus, et per veram obedientiam vos admonemus, ut, remotis omnibus impedimentis, decimo kalend. Febr. Leodii sitis, in crastino, hoc est, in sequenti die dominica<sup>1</sup>, ad percipiendam benedictionem paratus, vosque per Deum (e) et per beatum Hubertum omnimodis admonitum esse volumus, ut interim nihil aliud, nisi quod ad meum honorem et ad ecclesiae vestrae spectet utilitatem, quaeratur a vobis vel agatur. Valet.*

Page 129.

Oberti epistola ad Wire-  
redum abbacem (M. et  
D.).

(a) *Proficere*, M. et D. : *perficere*, ce qui semble préférable.

(b) *Perveniendum*, M. et D. : *proveniendum*.

(c) *Hujus*, M. et D. : *hujusce*.

(d) *Vos*, M. et D. : *nos*, ce qui change tout le sens.

(e) *Deum*, M. et D. : *dominum*.

<sup>1</sup> Hinc probantur superius enarrata a pag. 124

huc usque, contigisse anno 1097, nam cum hic dicitur dominicam diem incidere in crastinum decimi kal. Februarii, innuitur anni 1098 initium, quo dies dominica incidebat in litteram C. Anno siquidem 1099, littera B, et anno 1100 litterae A G (quia fuit bissextilis), erant dominicales, ut liquet ex clavo libri de Computu eccles., cap. 4, tabella 6 (B.).

113. Sic Obertus, ut aiunt, gladio melle-lito, si quid constantiae in Wiredo (a) supererat, funditus extinxit, illeque praefixa sibi (b) die Leodium venit. Quem dum Obertus argueret tamdiu oblatae sibi benedictionis gratiam subterfugisse, ille ad horam quasi resumpto zelo veritatis attestandae, vel ut inde (c) apud fratres excusabilior videretur de sua consecratione, hanc praetenderet, in publica audientia, subintulit libero ore, non sibi videri commodam ejus benedictionem, quippe cum in obstinatione tam longa adversus sedem et auctoritatem apostolicam Henrico regi nitenti (d) singulariter faveret, tum quia ex hoc ipso, si benediceretur ab eo, timebat fratrum suorum contradictionem, tum etiam qui in desolationem ecclesiae beati Huberti castrum *Mirvolt* refirmasset, quod, ne a quoquam amplius fieret, Henricus, praedecessor ejus, interdixerat sub perpetuo anathemate. Respondente Oberto non modo esse tempus istius discussionis agenda, dissimulataque calide indignatione invectionis tam subitae, illam suam benedictionem jam quasi nolenti (e) deliberabat subtrahere. Statimque bene conscius ejus animositatis ad rem inter utrumque componendam, Berengerus (f) subintulit, benedictionem non esse Oberti, sed Dei, cum e contra Dominus per Malachiam dicat de sacerdotibus displicentibus sibi : *Maledicam benedictionibus vestris, quia non posuistis super eos, ut gloriam nomini meo detis*. Acceperat tunc temporis quidam monachus beati Laurentii Lambertus de manu Oberti abbatiam Florinensem, qui, ut jam dictum est, non nisi cum sputo nominis ejus poterat meminisse quamdiu cum Berengero morabatur apud cellam Ebernensem. Hujus cum Wiredo consecranda constituta erat consecratio, quam tunc quidem gratia Wiredi Berengerus differendam obtinuit, donec Stephanus, sancti Jacobi abbas, praemissus ad ecclesiam beati Huberti, ex auctoritate pontificali hortaretur fratres consentire agenda benedictioni. Ille adveniens, cum nullum quaestionis suae obtineret effectum, inter agendum requisitus (g) a fratribus, ut secundum suimet intellectum, super ejusdem rei negotium, redderet eis liberum veritatis et justitiae consilium. Miratus abbas sic se conclusum, cum quasi obtorto collo cogeretur dicere quod nolebat veritatis et

(a) *In Wiredo*, omis dans l'*Ampl. coll.*

(b) *Sibi*, de même.

(c) *Inde*, M. et D. : *idem*.

(d) *Nitenti*, M. et D. : *intentus*.

(e) *Nolenti*, M. et D. : par un contre-sens ma-

nifeste : *Volenti*.

(f) *Berengerus*, M. et D. : *benigne*.

(g) *Requisitus*, M. et D. : *requisitus est*, ce qui achève mieux la phrase.

justitiae testimonium, respondit se non venisse ut deferret eis veritatis et justitiae testimonium, sed ut voluntatis eorum eis qui se miserant referret assensum sicque inactus rediit Leodium. Wiretus, licet sollicitus fraternae contradictionis, magis autem curiosus quomodocumque retinendae praelationis, Lamberti praedicti consecrationi agenda ultro se consecrandus ingessit. Lambertus non multo post, redarguente se conscientia, abbatiam Florinensem sponte deseruit. Wiretus, assumpto secum iterum Frederico praeposito, Andaginum venit; diutissimeque sperata, sed negata processione, ecclesiam introiit. Injuriam hujus aversionis non solum sibi injuriosam, sed et Oberto, ecclesiaeque Leodiensi in publico fratrum conventu, praesente, immo indignante Frederico, conquestus, cum eo Leodium rediit, ibidem hoc ipsum conquesturus. Et quia tunc temporis justitiam deprimebat potestas et rationem voluntas, quidam ex fratribus inferendam sibi violentiam timuerunt; et ex eis decem simul in una die abeuntes per cellas diverterunt. His quasi exoneratus, jam securior, immo ferocior Wiretus rediit, nimiumque ambitiosus propriae dominationis (a) et omnino incredulus fraternae procurationis, ecclesiasticas dispensationes sub se solo provisore commisit laycis. Sic ergo ipse laboris impatiens et domi conquiescens, dum non Dei, sed sua quaerentibus magis quam fratribus dispensationes ecclesiasticas crederet, coeperunt, nullo procurante, dispensationes deperire, dominicales mansiones cum horreis ruere, assentientibus infidelibus ministris, et eodem assensu se ipsos tuentibus, omnimodo advocati regnare super pauperis ecclesiae, legitimas consuetudines detortas ad placitum suum demutare, obsonia indebita exigere et leges voluntarias adversus ecclesiam ingravare, constitutiones suas exactis scabinorum violenter judiciis in posterum firmare, deprecatorias violenter quaestiones exaggerare.

114. Interea indignabatur Theodericus suam de Berengero annullatam electionem, coepitque abbatiam suam repetere, quam ea tantum remisit conditione, ut ei talis succederet, qui non Oberti indigeret consecratione. Consilio ergo Raginoldi<sup>1</sup>, Rhemorum archiepiscopi, et abbatum qui testes erant praefatae conditionis, confirmatus, ex hoc ipso justam querelam agendi, scripto mandavit Wiredo, se satis superque mirari non posse (b) illum tam

Wiretus consecrationem ab Oberto suscipit et fratrum indignationem incurrit (B.).

Page 131.

Wiretus ab Oberto consecratus fratrum indignationem incurrit (M. et D.).

Theodericus suam repetit abbatiam (M. et D.).

(a) *Dominationis*, M. et D. : *damnationis*.

(b) *Non posse*, omis.

<sup>1</sup> Raginoldus, Remensis archiepiscopus, obiit

die 19 kal. Februarii 1096, ac proinde Wiredi intrusio debuit haec antevertere tempora (M. et D.)



Page 132.

impudenter potuisse (a) fieri monstrum tam diversae dissimilitudinis, ut a sententiâ, cujus olim secum fuerat acerrimus assertor, tam cito exciderit apostaticus desertor; ideoque nullam sibi debitam in ecclesiasticis dignitatibus praelationem, cum etiam, pro mercede hujus iniquitatis, apostolicae sedis perdiderit (b) auctoritatem, vel si eum ut minus scientem suo seduxit consilio ut, se abbatia pro Christi fide privato, fraudulentur ejus succederet loco, in conducto a se Romanae ecclesiae iudicio, ex his omnibus inter eos ageretur discussio. Scripsit autem ei hoc modo:

Theoderici abbatis epistola ad Wiredu (M. et D.).

Epistola exprobratoria Theoderici abbatis in et ad Wiredu abbatialis dignitatis invasorem (B.).

115. *Frater Theodericus caeterique fratres dispersionis (c) ecclesiae beati Petri et beati Huberti, Wiredu, nimis ambitioso et inconsiderate gloriam propriam quaerenti, et in hoc ipso contra Deum et apostolicam sedem faventibus sibi (d).*

*Filius aeterni patris, semper coaeternus et coequalis ei in unitate Spiritus sancti, non rapina arbitratus se aequalem Deo, semetipsum exinanivit, et, assumpta forma servi sine conditione servili, oblatum sibi regnum fugiendo recusavit, et crucem sibi bajulans ad mortem pro nobis ultro descendit, seque viam humilitatis, non arrogantiae, constituit imitatoribus suis. Idem resurgens a mortuis, in trina confessione dilectionis suae, oves quas sanguine suo redemerat, Petro commisit. Petrus cum data sibi potestate ligandi et solvendi, eandem auctoritatem et curam sedi Romanae reliquit. Constat ergo Christo repugnare, ecclesiasticae auctoritati et apostolicae sedi non obedire, et eos aeternae mortis diluvio involvi, qui extra arcam catholicae unitatis fuerint reperti. Ad hanc fidem tenendam dominus Berengerus cum suis, vestra quoque industria doctior et ferventior caeteris, nos quasi simplices et tardiores informavit, ad ejus (e) defensionem etiam cum periculo vitae nostrae (f) exemplum vestrum armavit. Quomodo ergo verbo Dei inimicus homo superseminavit zizania? Quomodo in agro cordis vestri germinavit spina et tribulus (g) tantae inconstantiae et dissimilitudinis? monstruosa plane constat dissimilitudo et omnino detestabilis coram Deo, apud quem nulla transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, ut quibus assertoribus firmata (h) sententia quam*

(a) Potuisse, omis.

(b) Perdiderit, M. et D. : prodiderit.

(c) Dispersionis, omis par les Bénédictins.

(d) Faventibus sibi, M. et D. : sibi faventibus.

(e) Ejus, M. et D. : cujus.

(f) Nostrae, omis.

(g) Spina et tribulus, M. et D. : spinas et tribulos.

(h) Firmata, M. et D. : Firmata est.

tenemus, eisdem desertoribus, quantum in ipsis est, infirmata pervertatur. Si enim, post tot ventilata fidei christianae testimonia, ut et nos et vos seduceretis, Page 133. contra Deum sensistis, omnino probamini haeretici, et ideo in ecclesia Dei secundum sacros canones, nullius promotionis vel authoritatis habendi estis, solumque vobis locum poenitentiae sciatis in hoc superesse, ut Jesum praeceptorem reclametis a longe. Si autem gloriam Dei relinquentes, et vestram constituere volentes, facti estis apostatici nonne (si quidem de similibus idem est iudicium) effecti estis membra diaboli, ut in vobis jam operetur mysterium iniquitatis? Et ne videatur vobis nimis injuriosa haec nostra sententia, verbo et exemplo vestro jamdiu probata, consulite totius catholicae christianitatis ecclesias, consulite etiam vestras apud vos conscientias, utrum vos in his conatibus vestris coram Deo vel excusent vel absolvant. Et quomodo defecit vestra virtus et constantia, qui nobiscum per exteras regiones, ut videbamini, pro amore Christi passi mendicitates et exilia, quasi (a) cujusdam martyrii palmas in conspectu hominum praeferebatis? Quomodo scandalizantur in vestram apostasiam in suis locis? scandalizantur (b) in vobis sedes Rhemensis, Laudunensis, Metensis, Virdunensis, Tullensis, quae vobis praeconantibus dolebant omnino, sed adhuc dolent decolorationem quondam splendidissimae et religiosissimae ecclesiae Leodiensis, sed et nostrae Andaginnensis. Sed et ille modernus ejus sedis angelus non bene nostri sollicitus, instinctu vestro scripsit Remensi nuper archiepiscopo, ut clauderet nobis aperta viscera suae charitatis et prohiberet nos a finibus suis et constitutis apud se justis possessionibus nostris. Neque certe satis fuit gloriae vestrae ecclesiasticas personas in nos commovisse, quod utcumque fuerit tolerabile; sed et conductu praesentiae vestrae quamplures saecularium tyrannorum, ad nos insectandum, praemiis et promissionibus armastis, et contra sanctorum canonum decreta, ad audientiam eorum nos violenter coegistis; qui in nos satis humaniores charitate vestra, cum intelligerent immo mirarentur vos (c) a priori sententia veritatis dissentire, exhorruerunt inter nos tractare, quod non Page 134. erat eorum iudicare. Nobis autem audientiam vel Remensis vel Laudunensis ecclesiae reclamantibus, tandem Rhemi (d) convenimus, ibique cum Manasse, archiepiscopo, Engelrannum (e), Laudunensem episcopum; pridie Roma re-

(a) Quasi, M. et D. : et quasi.

(b) Scandalizatur, M. et D. : Scandalizantur.

(c) Vos, M. et D. : nos.

(d) Rhemi, M. et D. : Remis.

(e) Engelrannum, M. et D. : Engelbrannum.

gressum invenimus. In audientia eorum dato vobis (a) loco vos defendendi; nobis autem libenter concedentibus placito vestro cedere; vobisque (b) subesse, si salva fide judicaretur nobis id fieri posse. Scitis certe quo iudicio uterque pontifex causam nostram concluderet, videlicet nullo modo competere vobis vel nomen vel officium abbatis, nisi Romana auctoritas id specialiter rationi (c) vestrae adjudicaverit, aut legatione veraci, delatis inde (d) signatis litteris, vobis confirmaverit. Precamur ergo, monemus et obtestamur sub obtestatione et iudicio divini nominis, per auctoritatem concessam beato Petro ejusque apostolicae sedi, ut jam tandem aliquando et vestro et nostro periculo consulatis et ad discernendam causam nostrae (e) dissensionis, nobiscum audientiae Romanae in venturo festo Simonis et Judae vos praesentetis, nosque (ut justum est) ex stipendiis ecclesiae matris nostrae quae vobis abundant, vobiscum deducatis, vel concedere dignemini unde ad eandem audientiam statuta die possimus convenire vobis. Si vero etiam cum caeteris injustitiis quas patimur a vobis, stipendium matris nostrae ecclesiae (quod scitis nostrum sicuti et vestrum esse infra reclamationem audientiae Romanae) nobis subtraxeritis, credatis pro certo, quantum in nobis est, nos non defuturos praefixae audientiae, etiam si ad hoc exequendum, nobis quicquam non suppeteret nisi ex mendicitate.

Wiredu a Theoderico abbate ad sedis apostolicae iudicium citatus, comparere non audebat (B.).

Wiredu sedis apostolicae iudicium detrectat (M. et D.).

116. Hujus modi evocationem Wiredu relectam sprexit et neglexit, noluitque credere quod indignabatur timere. Morabatur adhuc tunc temporis Lambertus Rhemi. Et cum didicisset, referente Theoderico, incumbere ex apostolica reclamatione pondus tanti periculi Wiredu et subjectis suis, pro fratribus graviter indoluit, eundemque Theodericum, ut erat tenerimus in objectis sibi controversiis, tam per se quam per quos poterat prudentiores, ut consilio et rationi acquiesceret, utque ab hac commotione cessaret, allucere studuit. Cui cum, eo procurante, suggererent multi, ipse etiam Manasses archiepiscopus, se inclinaret huic suggestioni, scilicet suae nullius esse utilitatis vel honestatis ecclesiam tanti nominis, tantae quondam religionis, sic inconsulte per eum auctoritate apostolica deprimi, sicque illum non sini (f) designatum successorem (vel, ut sibi videbatur, invasorem suae quondam praedicationis) acrius insequi: convenire ab aliquo locum, ne omnino destrueretur,

(a) *Vobis*, M. et D. : *nobis*.

(b) *Vobisque*, M. et D. : *nobisque*.

(c) *Rationi*, M. et D. : *religioni*.

(d) *Inde*, M. et D. : *tamen*.

(e) *Nostrae*, M. et D. : *vestrae*.

(f) *Sini*, M. et D. : *suum*.

tueri, quando ipse detestaretur subjectionem Oberti (a). Tandem Theodericus acquievit rationi et tempori adeo ut palam promitteret, si Wiredus sibi credere vellet, paratum se cum eo Romam ire, et sua procuracione apud apostolicum illi liberam abbatiam conclamare. Promissionem hanc laudantibus quam plurimis, gratia hujus compositionis Lambertus Wiredum expetiit, et ei praedictam affectationem erga ecclesiam et eum diligentium, Theoderici quoque assensum, si illi credere vellet, nunciavit. Ad haec Wiredus: « Non credam, inquit, inimico meo in aeternum, neque sine assensu episcopi mei ullo modo mihi est Romam eundum, cum praesto sim coram eo cum Theoderico subire iudicium. » Respondente Lamberto secundum priorem et veram suimet ipsius sententiam quam cum Christi fidelibus olim tuebatur, Obertum esse nullum, utpote apostolicae sedis adversarium, adjecit ille, necessario pro suo habendum quem Leodiensis ecclesia, qualemcumque pateretur dici suum (b). His auditis, Theodericus tulit satis indigne Wiredo se talia mandasse, praefatis quoque consultoribus suis impropere satis injuriose, et eos talia consulendo verba perdidisse, et se (ut dicitur) crudum laterem lavisse. Hinc inter utrosque ira et indignatio, hinc cum animarum periculo, tum (c) etiam ecclesiasticarum possessionum damno, inter interiores et exteriores fratres dissensio, adeo ut Castrenses, Pirenses, Sanciensis (d), et Cunenses (e) Wiredo subesse vel communicare (f) detestantes (g), Theodericum pro abbate omnino (h) retinerent. Quorum ille, ut poterat, sollicitus, pendentes ex suo respectu revisebat frequentius, eisque cohabitans hortabatur ut, salva fidelitate matris ecclesiae beati Petri et beati Huberti, locis suis in proficiendo (i) allaborarent singuli. Unde et Emmo, praepositus Pirensis, postea vero abbas coenobii Morinensis, ecclesiam beatae Mariae et beati Sulpitii a domino Raigero coeptam perduxit ad praesentem summam; Castrenses, Cunenses (k) et Sanctiensis, prout quisque potuit, profecit inhabitatione sua. Occasione quoque hujus dissensionis, Dodo Cunensis (l), Calviciacum et

Fratres in prioratibus degentes, Wiredo despecto, Theoderico abbati subsunt (B.).

Emmo, prior Pirensis, nostra Morinensis abbas creatus (B.).

Page 136.

(a) *Oberti*, M. et D. : *Olberti*. L'orthographe de ce nom varie sans cesse dans les deux textes.

(b) *Dici suum*, M. et D. : *decisivum*.

(c) *Tum*, M. et D. : *cum*.

(d) *Sanciensis*, M. et D. : *Sanctiensis*, comme plus bas.

(e) *Cunenses*, M. et D. : *Cimensis*.

(f) *Communicare*, M. et D. : *communicasse*.

(g) *Detestantes*, M. et D. : *detrectantes*.

(h) *Omnino*, M. et D. : *omnimodo*.

(i) *Proficiendo*, M. et D. : *praeficiendo*.

(k) *Cunenses*, M. et D. : *Cimensis*.

(l) *Cunensis*, M. et D. : *Cimensis*.

Flabotvillam violenter interceptit et reditus earum fratribus cellae suae deseruire coegit. Wiredus interea assentientibus sibi quasi ad gratiam fautoribus; immo seductoribus suis, pro deliramento desipiens reputabat evocationem Romanae audientiae, quam Theodericus indixerat ei, quia ut exulem et pauperem nullo modo credebatur posse exequi quae videbatur minari, cum non haberet subsidium perficiendi. Theodericus vero, non immemor sui, ambiebat precibus quos noverat viros virtutis, ut compaterentur sibi et porrigerent manum charitatis ad exequendum negotium hujus suae procurationis; unde in brevi obtinuit, ut eorum largitione acquireret subsidium honeste Romam eundi, assumptoque Heribrando, Urbanum papam apud Beneventum commorantem expetiit, eique hujusmodi compositionis clamorem humiliter praesentavit.

Theoderici libellus supplex ad Urbanum II, contra Wiredum (M. et D.).

Libellus supplex ab abbate Theoderico porrectus Urbano II papae, contra Wiredum et Othertum (B.).

117. *Domino et universali papae Urbano*<sup>1</sup>; *fili ecclesiae beati Huberti pro defensione verae fidei, ejusque legitimi apostolatus passi dispersionem, in oculis Dei quod dicitur esse.*

*Dormiente Domino Jesu, navis apostolica jactabatur in medio mari fluctibus; ipso quoque nunc dissimilante, peccatis exigentibus, sanctae ecclesiae unitas a schismaticis perturbatur et amarissimis persecutionum tempestatibus passim veritas et justitia confunditur. Hujus persecutionis procellam, jam per septem annos*<sup>2</sup> *sine refragatione passi, tandem ad consilium et auxilium (a) Romanae ecclesiae confugimus, quod quidem jamdiu ideo distulimus, ne vobis essemus oneri, cum usui non fuerimus. Post decessum domini Henrici, Leodiensis legitimi episcopi, Obertus quidam, dono Henrici dicti regis, cum quo in expeditione contra Romanam ecclesiam morabatur, episcopatum invasit, et hoc (b) sine canonica electione cleri et populi. Qui cum se fautorem et defensorem Guiberti heresiarchae publice jactaret, et quam plura quae non sunt nostrae accusationis contra sacros canones ad confusionem ecclesiasticam temere exordinaret, causa timoris Dei et apostolatus vestri visum est nobis subjectioni ejus nos subtrahere, cujus violentiae non poteramus resistere. Eductis autem nobiscum (c) quibusdam fratrum nostrorum, per cellas*

Page 137.

(a) *Et auxilium*, omis par M. et D.

(b) *Hoc*, M. et D. : *hic*.

(c) *Autem nobiscum*, M. et D. : *nobiscum autem*.

<sup>1</sup> Nota Urbanum papam obiisse 4<sup>o</sup> kalend. Augusti anno 1099, adeoque non potuisse eo anno Beneventi, in festo omnium Sanctorum,

conveniri a Theoderico abbate; unde videntur ea quae hic enarrantur et supra a pag. 124 usque ad 142, gesta anno 1097 et 1098 (B.).

<sup>2</sup> Hinc patet hunc libellum oblatum fuisse anno 1098, qui erat septimus a morte D. Henrici episcopi, quae accidit 1091; sup. pag. 86 (B.).

*nostras divertimus, quas in Remensi et Laudunensi episcopio habebamus. Ibi interim per dominum Raginoldum, Rhemorum episcopum, perque venerabilem Hugonem, Lugdunensium (a) primatem et hujus Romanae ecclesiae legatum, in sententia quam tenebamus confirmati, adeo provocavimus adversum nos iram Otberti, ut publice quasi inobedientes sibi nos excommunicaret, et, locato iudicio quorundam abbatum et archidiaconorum suorum, officium abbatis omnino nobis interdiceret. Inde juvenem quemdam Lobiensis coenobii, sine regulari electione, loco nostro substituit, eumque contradicentibus fratribus violenter ingessit. Cujus juvenilibus, ideoque incompositis moribus, per (b) biennium fere quo praefuit, dissipatis rebus ecclesiasticis, religio quoque, quae in loco eodem gloriose vigeat, deperit. Unde compulsus Obertus a duce Godefrido aliisque provinciae principibus, quos gravabat ejusdem loci dispersio, illum suum ejecit ex eo. Sic nobis patente loco revertendi, cum rediremus ad fratres nostros, revocantibus eis, indignatus adversum nos Otbertus, cum audisset nos forte infirmari, sepulturam communem nobis, si moreremur, interdixit; ministris abbatae ne nobis obedirent prohibuit, monachos ejicere, et pro eis clericos reponere, et possessiones ecclesiasticas militibus suis dividere, nisi recederemus, juravit. Nos vero dantes locum irae, cum imminens ecclesiae nostrae periculum Lamberto, Atrebatensi (c) episcopo, et domino Rodulpho, Viridunensi abbati, multisque aliis sani consilii viris deploraremus, ad hunc tandem finem devenimus, ut sponte nostra privati baculum pastorem loco nostro fratribusque remitteremus, ne propter nos eis eveniret quod timebamus. Huic tamen nostrae privationi, ex consilio praedictorum virorum, ea conditio est interposita et signatis litteris firmata: me eo pacto Page 138. privari consensi, si communis consensus fratrum loco meo eligeret praeesse sibi quemdam Berengerum, abbatem sancti Laurentii, qui, prius monachus nostri coenobii, eandem sententiam quam tuebamur, videbatur tueri. Hoc idem fieri censuimus, ut idem Berengerus, a domino Henrico, venerabili pontifice consecratus in abbatem, iterandae consecrationis ab Oberto vitaret necessitatem. Quod cum omnino facere nollet et taedio hujus dilationis Obertus eligendum abbatem fratribus indiceret, et illi quemdam suorum communiter eligerent, frater Wiretus, nobiscum olim causa tuendae fidei egressus*

(a) Lugdunensium, M. et D. : Lugdunensem.

(c) Atrebatensi, M. et D. : Attrebatensi.

(b) Per, M. et D. : quibus per.

de monasterio et Oberti tunc acerrimus impugnator, praedictae quoque electionis spontaneus assertor, eidem electo persuasit ut interim domi cessaret, ne gratiam electionis suae dono excommunicati inficeret, ipseque ad Obertum se contulit, et, praeter conscientiam nostram et fratrum electionem, de manu Oberti abbatiam invasit. Cogitationibus autem ejus se invicem accusantibus, cum se aliquandiu a suscipienda consecratione Oberti subtraheret, et Obertus, hoc ipsum intelligens, eum ad consecrandum saepius evocaret, fratres communionem et subjectionem suam contradixerunt ei, si ab Oberto pateretur consecrari. Praeter omnia autem quae supra diximus, gravabat ecclesiam castrum quoddam non longe ab ea situm, quod Henricus episcopus destruxerat, et, ne quis illud restrueret, perpetuo anathemate damnaverat. Hoc anathemate postposito, Obertus ad oppressionem monasterii illud refirmaverat, et fratres corpus beati Huberti, quasi pro obtinenda misericordia (a) illo deferentes, usque ad sanguinis effusionem propria manu mactaverat. Haec omnia cum de Oberto Wireodus nosset, rapto tamen semel honore privati timuit, et, mutata sententia quam nobiscum tenuerat, Dei gloriam contempsit et suam quaesivit, sicque consecratus ab Oberto, invitis fratribus, pro patre se violenter ingressit. Hac indignatione fratres dispersi, cum insequerentur ab eo, quibusdam saecularibus conductis, confugerunt ad auxilium (b) ecclesiae Remensis et Laudunensis. Eo quoque illos ibidem prosequente, cum in praesentia domini Manasse, Rhemorum episcopi, et Engelranni, Laudunensis (c) episcopi, rerum gestarum inter nos ratio fieret, ex decreto utriusque firmata est nobis sententia, adire nos Romanae sedis audientiam, et super his vestrum expectare iudicium et justitiam. Venimus ergo huc multorum religiosorum impulsu consilio, quorum maxima expectatio ex nostro pendet spectaculo, ut vel ex nostra consolatione ad defensionem vestrae fidei et vestrae fidelitatis proficiant, vel, quod absit, ex nostra desolatione et defectione et ipsi deficient. Consulite igitur vestrae justitiae, vestrae famae vestraeque authoritati, nec infidelium et (d) rebellium insolentiam per impunitatem crescere sinatis.

Page 139.

Wireodus a papa excommunicatus (M. et D.).

118. Recitata in praesentia Urbani papae hujus clamoris pagina et a Romanis saepius et diligentius (e) ventilata, abbatem sic destitutum ob fidelitatem

(a) Pro obtinenda misericordia, M. et D. : ad obtinendam misericordiam.

(b) Ad auxilium, M. et D. : auxilium.

(c) Laudunensis, M. et D. : Laudunensium.

(d) Et, M. et D. : aut.

(e) Diligentius, M. et D. : diligenter.

ecclesiae Romanae condoluerunt, et Wireduum, nisi resipisceret et loco cederet, excommunicandum sine dilatione decreverunt. Suffragante autem Rainero, qui Urbano in pontificatum (a) successit, tunc quidem dilata est sententia hujus excommunicationis, cum usque (b) in diem inter utrosque praestitutae discussionis, si forte, adveniente Wiredo, certior fieret agenda discussio. Illo domi remanente, probatus est quasi conscius culpae conditam sibi audientiam subterfugisse. Ideo in solemnitate omnium Sanctorum excommunicatione a papa formata, et data coram se ejusdem excommunicationis epistola.

119. *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, Arduennensis monasterii beati Huberti catholicis fratribus salutem et apostolicam benedictionem.*

*Audivimus et auditum non dolere non possumus, quia Oberti pseudoepiscopi violentia, venerabilis filius noster Theodericus, vester abbas, pro catholicae fidei gratia de vestro sit monasterio expulsus, et Wireduus pseudo-monachus, per ejusdem Oberti violentiam, super capita vestra sit ingestus: quod omnino nobis displicere sciatis. Unde vos litteris praesentibus salutantes, ut vestrae fidei constantiam conservetis hortamur, et licentiam indulgemus (c) ut si in monasterio vestro secundum beati Benedicti regulam et apostolicam veritatem vivere non valetis, ad quodcumque religiosum volueritis monasterium secedatis, donec omnipotens Deus locum vestrum respiciat, et secundum beneplacitum suum in pristino statu reformet. Illum autem Wireduum, monasterii vestri invasorem, cum suis omnibus subditis, quamdiu ab ipsius monasterii invasione non destiterit, a sancta Romana ecclesia excommunicatum esse, scriptis vobis praesentibus innotescimus. Datum (d). Misit etiam Urbanus papa Leodiensi ecclesiae per Theodericum (e) hanc epistolam:*

*Urbanus episcopus, servus servorum Dei, catholicis omnibus in clero Leodiensi et populo, salutem et apostolicam benedictionem.*

*Dolemus pro vobis graviter, filii in Christo dilectissimi, quia jam tanto tempore vestram ecclesiam errorem tenebrae contegunt, et a veritate sedis apostolicae alienant. Unde vos tamquam viscerum meorum filios, paterna dilectione corripimus, admonentes (f) et obsecrantes, ut ad merae veritatis*

Excommunicatio in Wireduum ab Urbano papa fertur (B).

Urbani II epistola ad fratres S. Huberti (M. et D.).

Page 140.

Epistola Urbani papae II ad clerum et populum Leodiensem contra Obertum episcopum et Wireduum pseudo-abbatem (B.).

Urbani II epistola ad Leodienses pro Theoderico (M. et D.).

(a) Pontificatum, M. et D.: pontificatu.

(b) Cum usque, M. et D.: usque.

(c) Indulgemus, les MSS. et M. et D.: indulgeo.

(d) Datum, omis.

(e) Per Theodericum, M. et D.: pro Theoderico.

(f) Admonentes, M. et D.: ammonentes.



*lumen mentium vestrarum oculos elevetis. Auferte malum ex vobis ipsis; lupum illum dico et furem, qui non ad salutem vestram per ostium introivit; sed aliunde ascendit, ut mactet et manducet et perdat. Aut igitur ecclesiae invasorem et occupatorem (Obertum dicimus, Henrici complicem et Guiberti) ex vobis, si quomodo possibile, pellite, aut ei, tamquam a sancta Romana ecclesia alieno et excommunicato, obedientiam vestram consortiumque vestrum subtrahite. Hoc ipsum de Wiredo pseudo-abbate praecipimus, qui, per ejusdem pseudo-episcopi violentiam, Ardennense monasterium beati Huberti occupavit; si quis autem deinceps eis communicare praesumpserit, donec ecclesiarum quibus incubant, oppressione desertâ, Deo et sedi apostolicae satisfaciant, sciat (a) se ejusdem excommunicationis vinculo innodatum (b). Vobis sane et caeteris omnibus notum sit, quia religioso abbati Theoderico licentiam dedimus, ut a schismaticis conversos qui ad ipsum confugerint, a vinculo excommunicationis absolvat (c). Datum.*

Theodericus abbas ab Urbano papa potestatem accipit reconciliandi et absolvendi schismaticos (B.).

Page 141.

121. Quam epistolam cum rediens Theodericus ex edicto papae fratribus ecclesiae beati Huberti publice redderet, Wiredo tunc forte absente, intellecto animarum suarum periculo communi, singuli in absentem scandalizari, pro se quisque subjectionem et communionem vereri, adeo ut a dominica quae dicitur in Palmis, usque ad exactum Pascha, ab omnibus pene videretur destitui. Ille tamen, dissimulata recognitione superpositae sibi obligationis, defensionem hujus suae obstinationis, se ipso iudice, conabatur tueri; contendens se a nemine, nisi ab episcopo suo posse excommunicari, seque paratum in praesentia ejus respondere quibusque calumniatoribus suis. His compertis, Obertus, licet ex decreto apostolicae sedis eadem (d) calumnia sibi esset communis, subridebat tamen secum, occasione hujus necessitatis a Wiredo tandem legitimus episcopus recognosci, a quo aliquandiu, quasi non legitimus visus est vitari; mandavitque fratribus interim parcere coeptae disceptationi, donec ipsemet veniens imponeret finem rei. Wiredu interea elaborabat adversantibus sibi praestabilis fieri, prout quemque noverat, pro moribus suis posse complacari, sicque paulatim apud temere tumultuantes animos et apostolica sententia viluit, et fervor tuendae veritatis refriguit.

(a) Sciat, M. et D. : sciant.

retrancher ut.

(b) Innodatum, M. et D. : innodatos.

(d) Eadem, comme M. et D., le MS. B : eademque.

(c) Absolvat, comme dans le texte des Bénédictins le MS. B : absolvi. Dans ce cas, il faut

Hoc ad tempus impedimento sibi dilato, non tamen omnimodis ablato, Wire-  
 dus factus securior, in maximum ecclesiae damnum liberos et militares casa-  
 tos coepit sibi affectare, quorum receptis manibus<sup>1</sup>, inaniter jactaret suos  
 esse. Causa hujus vanitatis dedit Johanni advocato Caviniacensem advocatio-  
 nem; qua occasione ille contraxit sibi totius Caviniaci utilitatem. Dedit Wal-  
 tero de *Ambliz* (a) allodium de *Senel* (b), quod ab antiquo erat addictum et  
 conscriptum praebendae fratrum cum tribus solidis. Dedit Bovoni de *Wa-  
 hart* (c) molendinum ad lacum et cambam de *Gruispont*. Reddidit (d) Rodul-  
 pho Vilantiensi (e) quasi suo parenti; solidatas terrae quas ipsemet legali  
 judicio reacquisierat ecclesiae. Lamberto de Ruvema (f) hereditatem ejus  
 quae asscripta erat praebendae fratrum; in casamentum vendidit. Vendidit  
 Goderanno de *Birs* minutam decimam ejusdem villae et Duranno quicquid  
 tenebat terrae. His casatis noviter sibi (g) conductis de rebus ecclesiasticis,  
 ecclesiae dolenti in perpetuum subductis subsidiis; quasi fortior et gloriosior  
 vellet videri, longe aliter res ipsa processit, hoc ipsum disponente justitia  
 omnipotentis, qui in contrarium vertit quicquid videt contra se inutiliter (h)  
 moliri; nam quos sperabat in consilio et auxilio sibi fore usui, frequentius  
 quasi ad dominum suum convenientes, coeperunt esse oneri, quosque in  
 affluentibus convivii praesentes audiebat laudatores, ex contemptu nimiae  
 familiaritatis absentes habebat derisores. Contigit etiam ut invidiam Oberti  
 per quosdam eorum incurreret, dum aliquando apud illum (i) conviventes,  
 graviter indignanti objicerent, abundantiore, immo lautiore esse mensam  
 abbatis sancti Huberti mensa Leodiensis episcopi. Et cum Wiredo referretur  
 a quibusdam amicis id sibi cavendum, illeque commotus promitteret  
 tale quid amplius non admittendum, pravus tamen praevaluit usus, nec fuit  
 resistendi virtus quin coepta vanitas continuaretur.

Wiredu multa in mo-  
 nasterium damnum  
 (damna) committit  
 (B.).

Page 142.

122. Anno autem incarnati Verbi millesimo centesimo tertio, Bovo, castel-  
 lanus Mirvoldensis (k), qui videbatur in talibus amicissimus mensae amicis,

Anno 1103 (B.).

(a) *Ambliz*, M. et D. : *Ampliz*.

(b) *Senel*, M. et D. : *Seriel*.

(c) *Wahart*, M. et D. : *Wohart*.

(d) *Reddidit*, M. et D. : *dedit idem*.

(e) *Vilantiensi*, M. et D. : *Villantiensi*.

(f) *Ruvema*, M. et D. : *Runema*.

(g) *Noviter sibi*, M. et D. : *sibi noviter*.

(h) *Contra se inutiliter*, M. et D. : *inutiliter  
 contra se*.

(i) *Illum*, M. et D. : *eum*.

(k) *Mirvoldensis*, M. et D. : *Mirvoldi*.

<sup>1</sup> *Receptis manibus*, allusion à la cérémonie  
 de l'hommage féodal.

Wiredus, potestate excommunicandi apostolica sede huic monasterio concessa usus, castellanum Mirwardensem, injuriam rebus et juribus ecclesiasticis inferentem, excommunicat (B.).

Page 143.

adversus ecclesiam et Wiredum insurrexit. Nam violenter pervasis quibusque redditibus silvae, qui eatenus erant ecclesiae, vastatis etiam sartis rusticorum, eo quod illa sine suo permissu fecissent, piscatores quoque ecclesiasticos ad Lumnam (a) transmissos, missis apparitoribus, cepit, et in castro custodiae mancipavit. Hujus injuriae et incitatores et auctores cum Wiredus, ex consensu fratrum, excommunicare fecisset (habet enim ecclesia haec (b), ex auctoritate apostolicae sedis, legitimam potestatem excommunicandi injustos pervasores sui cujusque juris), Bovo hanc quasi inauditam temeritatem, prout acrius potuit, Oberto retulit, videlicet familiam episcopalem excommunicandam non esse, nisi vel prius ad illum praemisso clamore. Obertus cum maxima indignatione, praefixa die, exactionem hujus suae injuriae Wiredo indixit, et, ne interim de duobus ecclesiae allodiis, scilicet Braz et Cruis-ponte, se ullo modo intromitteret, interdixit. Wiredus, assumpto Lamberto et Widone cum privilegio legali interdictae sibi ecclesiasticae possessionis, ad conditam audientiam venit, omnesque potentiores urbis personas cum Oberto adversum se congregatas invenit. Locato iudicio, sederunt in parte abbates et archidiaconi, in parte Obertus et layci. Appellatus est Wiredus, quod familiam episcopalem, scilicet defensores castrum sui, excommunicare praesumpserit, sine respectu praemissi ad se clamoris. Respondit non se arbitratum esse ejus familiae temerarios desertores justitiae, violentos impugnatores ecclesiae, violatores pacis a se (c) constitutae, et sua excommunicatione firmatae, nec se illos tales, ut sibi imputabat, temere excommunicasse, sed ejus excommunicationem pro pace infracta confirmasse. Silentibus abbatibus et archidiaconis, et annuentibus ejus rationabili responsioni, ad favorem Oberti obstiterunt layci, judicantes Wiredum ex hoc omnino culpabilem, et ideo ex hoc incurrisse offensam episcopalem. At Lambertus, sedens cum archidiaconis: « Quomodo, inquit, hic hodie viluit auctoritas ecclesiasticae et vestrae dignitatis (d), dum hoc iudicium quod rationabiliter erat censendum a vobis, tam irrationabiliter jam praecipitavit temeritas laycalis (e), nec nosse debeant layci, quid faciant clerici? » Continuo indignantibus archidiaconis, adversus laycos, contentio surrexit, veritusque Obertus eventum conten-

(a) Lumnam, M. et D. : *Lumniam*.

(b) *Ecclesia haec*, M. et D. : *haec ecclesia*.

(c) *A se*, omis.

(d) Le texte des Bénédictins ajoute, entre pa-

renthèses, le mot *decus*.

(e) *Temeritas laycalis*, M. et D. : *laicalis temeritas*.

tionis, sessionem mutavit, evocatis solummodo ad consulendum assessoribus ecclesiastici ordinis. Dixit quoque Wiredo ut in majus palatium cum suis secederet, donec consultius causam ejus diffiniret. Inter consulendum cum diceret Obertus Wiredu (utpote sic sibi injuriosum) se velle deponere, allodia vero ecclesiae *Braz* et *Gruispontem* castro *Mirvoldensi* (a) stipendiaria facere, restitit Berengerus constantissime, asserens nec Wiredu dignum depositione, nec convellendam Henrici pontificis legalem donationem, publico et signato privilegio confirmatam ecclesiae. Quibusdam injuste Oberto faventibus, quibusdam Berengero juste attestantibus, subintulit Obertus praedictae donationis nullum privilegium esse, vel, si esset, illud in praesenti velle videre (putabat enim non adesse). Uterque Henricus, ut erant fideles ecclesiae, Wiredu adeuntes, privilegii quaestionem fecerunt, quod si haberetur, committeret eis Oberto deferendum. Ex acta et accepta fide referendi commissum, Wiredu commisit utrisque privilegium. Quod, cum interposita conditione illud reddendi, obtulissent Oberto, illeque acceptum vel joco vel serio conaretur retinere, morose explicatum morosius coepit legere. At Berengerus alludens quasi jam caecutienti et ideo in legendo tardanti, dari sibi legendum rogavit. Indignatus in eum Obertus, quasi illi non bene videns videretur, coepit legere citius, Berengero iterante ne gravaretur. Hac ipsa nitens incitatione ut in subscriptum anathema perlegendo incideret. Perlecto privilegio, cum novitate temporis attestarentur quique praesentes (b) verum illud esse, se legitimae donationi Henrici pontificis interfuisse, seque eam vidisse et audisse, evocato Wiredo privilegium publice probatum illi reddidit (c), dilato judicio exactae excommunicationis ad festum sequens beati Lamberti. Quo dum abbates episcopii convenissent, et, causa Wiredu ventilata, illi pacem adjudicassent, eo quod excommunicationem episcopalem de infracta pace, sua excommunicatione confirmasset, Obertus interim, dissimulata indignatione, tunc quidem siluit, seque plurimum gravari privationibus suis saepissime deplanxit. Unus eorum Bruno, cum se jactaret, quasi loci hujus archidiaconus, ipsam ecclesiam et Wiredu qualicumque occasione gravaturum, hortatus est Obertus id attentius exequendum.

Page 144.

(a) *Mirvoldensi*, M. et D. : *Mirvold.**sentis (erant).*(b) *Quique praesentes*, M. et D. : *qui prae-*(c) *Reddidit*, M. et D. : *reddiderunt.*

Page 145.

An. 1104. Wiredu archidiacono obsonium indebitum exigenti recusat (B.).

Bruno archidiaconus vexat ecclesiam Andaginensem (M. et D.).

Ecclesia parochialis S. Egidii olim S<sup>o</sup> Dionysio sacra (B.).

Page 146.

123. Anno millesimo centesimo quarto incarnati Verbi, Bruno archidiaconus, collectis presbyteris quam pluribus et congregatis militibus, ut in synodo ageret, magis autem ut ecclesiam vexaret; Andaginum venit, et Wiredu ut sibi et suis obsonium faceret mandavit. Wiredu audiens eum synodali causa venturum; omnino indebitum ei recusavit servitium, videlicet, ex edicto beati papae Gregorii, qui nec ab episcopo nec a qualibet persona per episcopales procuraciones (a) omnino interdixit (b) monasteria monachorum inquietari: quod etiam Walcandus (c) prohibet privilegio suae auctoritatis; remandavit tamen si gratia charitatis (d) inviseret locum, hospitalitatem se illi, ut et aliis supervenientibus facturum, sin autem parochias suas sollicitaret, exputationem suam non sibi, sed procuratoribus earum mandaret. Sic ille cum ira et indignatione rejectus (vix enim fuerat in monasterium gratia orationis admissus) in domum Oberti, tunc temporis presbyteri, ad hospitandum divertit, et postera die in basilica beati Egidii, quae prius ab antiquo constiterat in honore beati Dionysii martyris, synodo exacta Bastoniam divertit. Ibi sexto idus Januarii archidiaconatus sui clericos, concilio edicto, evocavit, et hoc maxime ad insidias et oppressionem ecclesiae beati Huberti.

124. In castro autem quod Ambra dictum (e) ab antiquo, Andaginum vero monasterium cognominatum a beato Beregiso; mater ecclesia constiterat in honore beati Petri, apostolorum principis, ab initio ibi exortae christianitatis. In hac, ut longe praedictum est, Gualcandus, episcopus Leodiensis, assensu Leonis, Romani pontificis, consilio quoque Hildeboldi, metropolitani Coloniensis, hortatu etiam Ludovici, piissimi imperatoris; filii magni Caroli, constituerat ordinem monasticae religionis, quae secundum canonicam auctoritatem permanserat ex tunc per annos trecentos viginti quinque positionis monachorum, libera totius inquietudinis. Haec (f), ut est proprium matris ecclesiae, legitimum possidet baptisterium, habens, dotis nomine, subjectionem quatuordecim ecclesiarum, quarum libertas publico autorizada privilegio, nullum episcopali vel archidiaconali exactioni debet

(a) *Persona per episcopales procuraciones*, M. et D. : *persona episcopali per procuraciones*.

(b) *Interdixit*, M. et D. : *interdicit*.

(c) *Walcandus*, M. et D. : *Gualcandus*. Cette dernière orthographe est adoptée aussi plus bas

dans le texte que nous suivons.

(d) *Gratia charitatis*, M. et D. : *caritatis gratia*.

(e) *Dictum*, M. et D. : *dictum est*.

(f) *Haec*, M. et D. : *hoc*.

respectum. Quia vero his nostris temporibus dissidente sacerdotio et regno, ecclesiastica passim languebat autoritas in agenda legali justitia, pro cujusque persona, loco rationis, dominabatur voluntas. Unde et Bruno reputans apud se mutare posse (a) leges et tempora, in praedicto suorum consilio quasi praecordialem sibi intulit querimoniam, videlicet Andaginensem ecclesiam nimis sibi invenisse injuriosam, se passum in ea despicabilem repulsam, indeque velle quacumque occasione conceptam explere vindictam. Quia enim (utpote matri ecclesiae) sciebat se legitimum baptisterium (b) nullo modo posse detrahere, conabatur equidem oleum et chrisma suae dispensationis omnino ei subducere, ecclesias etiam (c) ejus subjectionis et defensionis, banno super imposito, hactenus liberas, violenter infringere, et hujus suae voluntatis conatum eorum judicio, ira dictante, praecipit censendum. Super his Wiredu, a quibusdam fidelibus ecclesiae praemonitus, adierat idem concilium, ut removeret si quod adversus eam moliretur impedimentum. Qui consurgens libera contradictione protestatus est, hujusmodi eorum non esse judicium, nec eis convenire super ecclesiam tantae autoritatis et libertatis aliquid censendum. Hujus quoque conaminis respectu inter patres suos in generali synodo appellabat respectandum. Indignatus Bruno sic se legali protestatione et synodali appellatione praeventum, judicio praesentis ibi concilii, vellet nollet, concessit Wiredo respectum. Nec (d) multo post Obertus legationem suam ad Manassem, Rhemorum archiepiscopum, direxit, et ut pro requirendo a se beneficio Buloniensi (e), ad colloquendum sibi conveniret, precibus obtinuit. Ergo ab utrisque apud Duciacum condicta die hujus colloquii, Obertus affectans videri quid esset, vel quid posset, abbates et archidiaconos suos et quosque potentiores episcopii ex edicto assumpsit, et archiepiscopo nil tale curanti satis pomposus occurrit. In feria autem secunda Rogationum exacto eodem colloquio, post effectum frustratae quaestionis, unusquisque ad diversorium, quod sibi sperabat familiarius, festinabat; cogebat enim eos solito ferventior aestas. Wiredu secum reduxit Leodienses abbates Berengerum et Stephanum, jamque sibi mitiorem Brunonem archidiaconum (aliquando enim moderatur tempore (f), quod ad tempus non potest moderari ratione). Quo dum abundantia liberalitate dominicam Ascen-

Bruno archidiaconus, in concilio rurali Bastoniae habito, attentat oleum sacrum et chrisma ecclesiae nrae subtrahere (B.).

Page 147.

(a) *Mutare posse*, M. et D. : *posse mutare*.

(b) *Baptisterium*, M. et D. : *baptismum*.

(c) *Etiam*, M. et D. : *et*.

(d) *Nec*, M. et D. : *non*.

(e) *Buloniensi*, M. et D. : *Bulloniensi*.

(f) *Tempore*, omis.

sionem celebrassent, coram praedictis abbatibus vexatio quam inferebat ecclesiae, Brunoni objecta est. Abbates illum privatim convenientes et leniter increpantes, defensionem etiam auctoritatis apostolicae locum tuentem specialiter firmato privilegio, ne quis inferat injuriam, nisi honoris sui et potestatis interdicta dignitate, satis renitenti perferentes (a) tandem a sententia deduxerunt. Sic Bruno ratione convictus, quicquid indebitae exactionis, quicquid clamoris, quicquid alicujus insectationis vel infractionis, vel proprio conatu, vel hortatu alterius adversus ecclesiam fecerat, vel facere intendebat, injuste se fecisse publice recognovit et poenituit, et ne quis ea (b) amodo ageret, bannali auctoritate interdixit, itemque interdicendum Alardo decano in conventu sacerdotum suae subjectionis, per obedientiam edixit. Alardus in sequenti natalitio apostolorum Petri et Pauli, bannales cruces deducuntibus presbyteris, cum exoluissent (c) oblationes debitae devotionis, in publico eorum conventu adjudicato sibi consensu omnium, banno archidiaconali edictum (d) de recognita pace et libertate ecclesiae beati Huberti confirmavit, et ne quis idem bannum amplius infringeret, excommunicavit.

Bruno culpam fatetur et ab attentata injuria resilit (B.).

Page 147.

Cruces bannales decanatus Bastoniensis (B.).

Anno 1105. Richardus, episcopus Albanensis (B.).

Wiredus Richardo cardinali excommunicatus (M. et D.).

125. Anno incarnati Verbi millesimo centesimo quinto, Richardus<sup>1</sup>, quidam ecclesiae Romanae cardinalis (e), conciliis indictis, agebat per Gallias apostolicas vices, cui suffragante Roberto Virdunensi, qui illi familiariter adhaerebat, in eisdem conciliis declamavit Theodericus ordinem suae privationis. Cujus causa dum ventilaretur, ex sententia fidelium decrevit idem cardinalis nec debere nec posse illum praelationis suae dignitate privari, quam nimis inconsulte intermisisse videbatur ob defensionem veritatis et fidelitatem apostolicae sedis, sciretque Wiredus Andaginensem abbatiam omnino interdictam sibi, aut pro certo excommunicatum cum omnibus fautoribus et subjectis suis. Hanc apostolicae auctoritatis sententiam Laurentius, abbas sancti Vitoni, et Robertus monachus interceperunt Wiredo enunciandam. Qui cum ad colloquendum diem et locum constituissent (f), illeque non convenisset, per Adelonem praepositum mandaverunt ei cardinalis decretum.

(a) *Perferentes*, M. et D. : *praeferentes*.

(b) *Ea*, omis.

(c) *Exoluissent*, M. et D. : *exsoluissent*.

(d) *Archidiaconali edictum*, M. et D. : *edictum archidiaconali*.

(e) *Quidam ecclesiae Romanae cardinalis*, M.

et D. : *quidam cardinalis ecclesiae Romanae*.

(f) *Constituissent*, M. et D. : *indixissent*.

<sup>1</sup> Hic est magnus ille Richardus ab Alexandro II creatus cardinalis abbas S. Victoris Massiliensis, multis perfunctus legationibus (M. et D.).

Theodericus quoque, litteris ad fratres destinatis, ingravavit eis ejusdem excommunicationis periculum. Sub his insectationibus suis, Wiredus Manassem, Rhemorum pontificem, adiit et altare de Sulpio, quod ecclesiae per annos septem subtraxerat, reddendum sibi reclamavit. Manasses non solum quod subduxerat restituit, sed et (a) altare de Nogarias, remota persona et facta publica et legali donatione, consensu Gervasii archidiaconi et totius cleri sui, firmato et signato privilegio, ecclesiae beati Huberti, pro anniversario suo ex ejus redivitio solemniter agendo, perpetuo habendum tradidit.

126. Obertus interea, nimis immoderatus dominationis exercendae, coepit Leodii civilia jura convellere, leges majorum mutare, consuetudines annullare, utque liberius comprimeret minores, differebat exasperare interim (b) majores, donis etiam et promissis ad consentiendum sibi contrahebat potentiores. Sed non diu potuit se continere quin quod ad tempus distulerat, proderet, et in eadem oppressione fieret omnibus idem. Ecclesiarum denique et clericorum procuratores totius liberis forensis juris, violenter infringere temptavit, adeo ut custodiae manciparet domesticos Frederici, praepositi ecclesiae beati Lamberti. Unde evocatus querimonia totius cleri Leodiensis, venit Aquisgrani palatium dominus (c) Fredericus, metropolitanus Coloniensis, ibidemque audientiam canonicae discussionis publice habendam Oberto indixit. Advenit Obertus, advenit et (d) cum abbatibus et archidiaconis multiplex Leodiensium clerus. Erat millesimus centesimus quartus annus incarnati Verbi, feria quinta primae hebdomadae Quadragesimae. Sub iisdem ferme diebus venerat Wiredus Leodium, de quibusdam injustitiis ecclesiae nostrae illatis curaturus apud Obertum. Audiens autem tam frequens auditorium Aquisgravis convenisse, comitatus Lamberto et Adelone, ibidem maturavit adesse. Quem praeter spem advenisse mirati, processerunt in curia regali Henricus et Bruno archidiaconi, postque orationem, palatio introductum commendaverunt Coloniensi pontifici. A quo hilariter exceptus et deosculatus, interrogatus quoque ad quid venisset, illeque graviter suspirans interim reticeret (jam enim ante praemonitus erat a Berengero, nullo modo sibi fore utile, si inter tot adversitates, suam quae erat gravior causam de *Mirvolt*

Altare de *Noyers*, per Manassem, archiepiscopum Rhemensem, ecclesiae nostrae traditur (B).

Page 149.

Obertus, Leodiensium leges et consuetudines immutare conatus, clericum in se concitat (B.). Conventus Aquisgravenus adversus Obertum (M. et D.)

Page 150.

(a) *Et*, M. et D. : *etiam*.

(b) *Exasperare interim*, M. et D. : *interim exasperare*.

(c) *Dominus*, M. et D. : *donec*.

(d) *Et*, M. et D. : *etiam*.



Querela de castro *Mir-*  
*wart* ab Oberto res-  
aurato movetur in  
audientia Frederici,  
Coloniensium archie-  
piscopi (B.).

adversus Obertum sic oppressum ingravaret), pontifex exurgens Berengerum et Stephanum abbates seorsum evocavit, et ut sibi querimoniam cum dolore reticentis ex ordine exponeret, per obedientiam indixit. Berengerus, optime conscius rei et peritus dicendi, quod jubebatur enarravit, videlicet quomodo praedictum castrum omni adjacenti provinciae infestum, ex edicto Henrici imperatoris (a), viribus totius Lotharingiae vix fuerat dejectum, quomodo ab episcopo Henrico restructum, iterumque ab illo sub interminatione perpetui anathematis destructum, quomodo etiam nunc in exitium ecclesiae beati Huberti constaret refirmatum. Subjungente autem pontifice, cur inde abbas clamorem differret, respondit ille, quia justitiae diffideret. Rapuit pontifex cum indignatione verbum diffidentiae, juravitque de agenda justitia abbatem frustra diffidere, si vita sibi superesset cum prosperitate. Circa horam sextam, collecto adversus Obertum clero Leodiensi, videres (b) tumultuaria dissentione rationem confundi sine vicissitudine dicendi et audiendi injurias quas ab Oberto pertulerant, singulos conqueri, canonicas sententias adversus eum indifferenter conferri, donec pontifex Coloniensis, eo secum introducto, consedit. Tandem sedato tumultu, et data sententia ut unus diceret pro omnibus, ad hoc exequendum electus constitit in medio Henricus archidiaconus, qui dicere exorsus (c) : « Hic, inquit, clamor super dominum » episcopum a nobis hodie agendus, non est ejus privatae vitae (cujus testis » est Deus et judex solus) sed de injustitiis ecclesiasticis et nostris legibus, » et rebus publicis, videlicet quod abbatias taxato pretio vendiderit, quod » ecclesiastica ministeria, quae praesunt animarum curis, et quae (utpote » dona Spiritus sancti) donanda et accipienda sunt gratis, pacta mercede » distribuerit; quod, in commune damnum ecclesiarum omnium provincia- » lium, legitimas (d) monetas totiens mutaverit, vel minuerit, vel (e), quod est » deterius, corrumpi consenserit; quod libertatem (f) publici juris, leges a » majoribus nostris hactenus habitas, violenter infringere contenderit : quod » nobis et quibusque fidelibus sancti Lamberti ne hoc faceret suggerentibus, » audire contempserit; quod tandem, potentioribus episcopii exigentibus » ut se corrigeret, corrigendi se fidem dederit et datam irritam fecerit :

Page 151.

Monetarum mutatio,  
imminutio et cor-  
ruptio.

(a) *Henrici imperatoris*, M. et D. : *imperatoris Henrici*.

(b) *Videres*, M. et D. : *videns*. Cette faute s'est constamment reproduite.

(c) *Exorsus*, M. et D. : *exortus*.

(d) *Legitimas*, omis.

(e) *Vel*, M. et D. : *et*.

(f) *Libertatem*, M. et D. : *contra libertatem*.

» quod thesauros ecclesiarum quas expoliavit, necdum cum possit, restituere  
 » voluerit. Quia ergo sic se habet publica Leodiensis ecclesiae (a), praeter  
 » privatas multorum querimonias quas longum est proclamare, convenit  
 » auctoritati vestrae spiritum consilii et fortitudinis adesse, ut, dictante  
 » iudicio, reformetur justitia et absolutis filiorum suorum querimoniis, in  
 » pace eorum laetetur mater ecclesia. » Ad haec archiepiscopus in consilio  
 locutus Oberto; rediit, breviterque concionatus super querela (b) communi,  
 Obertum, rubore, immo indignatione confusum, de quibus culpabatur,  
 publice increpavit. Nec prius abstitit, quam de quibus criminabatur, cleri  
 sui consilio et arbitrio corrigenda condiceret, ejusdemque conditionis obsi-  
 dem propriam fidem et auctoritatem episcopalem in manu archiepiscopi  
 deponeret. Terminum quoque praedictae conditionis a se agendo concilio  
 Coloniae, secunda dominica post Pascha, archiepiscopus praefixit, sicque,  
 jam vespera imminente, audientiam solvit.

Obertus de malegestis ab  
 archiepiscopo corripitur,  
 promittit satisfactionem,  
 sed minime implet (B.).

127. Sequens Pascha Henricus rex Leodii celebravit. Ibi maximis obso-  
 niis apud eum Obertus effecit ne praefixum concilium Coloniae sineret fieri,  
 quia, dissimulata conditione fidei conductae, correctionis pactae verebatur  
 exactionem: si quid denique emendationis apud quosque potentiores vide-  
 batur inde effecisse, non hoc effecerat vel fidei vel virtutis executione, sed ut  
 ad tempus suae consulere infamiae. Sic ex regali impedimento deficiente con-  
 cilio, nostra quoque frustrata est de promissione archiepiscopi expectatio. Nec  
 multo post suscitavit Deus spiritum pessimum inter Henricum et filium ejus.

Obertus concilium Colo-  
 niae celebrari impedit  
 (M. et D.).

Page 152.

128. Henricus a papa Gregorio septimo excommunicatus pro criminibus  
 evidenter probatis, anno incarnati Verbi millesimo septuagesimo sexto, in  
 synodo Romana, ex tunc per triginta fere annos apostolicam sedem impu-  
 gnabat et, quantum in se erat, omnes sibi consentientes, a respectu et fide-  
 litate ejus, periculo animarum eorum, avertebat (c). Filio autem ejus jam  
 coronato, suggestum est ei a multis et maximis primoribus regni, ut eccle-  
 siae Romanae cujus erat pater suus tam longus impugnator, ipse fieret fidelis  
 defensor, sicque praetenderet sibi melioris causae defensionem patri repu-  
 gnando. Suggestioni consensit juvenis, laetatus sibi licere ut obsisteret patri,

Henricus imperator IV  
 schismaticus a filio  
 Henrico impugnatur  
 (B.).

Henricus imperator a fi-  
 lio dejectus de throno  
 (M. et D.).

(a) *Ecclesiae*, M. et D.: *ecclesiae relatio*; ce-  
 dernier mot est superflu, puisque *querimonia* est  
 sousentendu.

(b) *Querela*, M. et D.: *querimonia*.

(c) *Avertebat*, M. et D.: *averterat*.

aggregatisque quibusdam fautoribus suis, transiit Rhenum et Saxones, vel quosecumque noverat a patre suo multotiens prius injuriatos, secum illi rebellaturos emovit. Pater autem, assumpto Leodii Oberto cum suis, collectis etiam quibus utcumque videbatur adhuc dominari, transito et ipse Rheno, per superiores regni fines, itinere quindecim dierum, prosecutus filium, sollicitabat provinciales ad bellum. Evocatis vero principibus regionum, cum eis praesentialiter indiceret decertationem adversus filium, responderunt illi, ad hoc compelli eos nec debere nec posse, quandoquidem omnes in commune ejusdem filii sacramento fidelitatis obligasset. Sic Henricus, spe bellandi deceptus, immo quod imminebat et (a) deterius, mediis hostibus quos putabat amicos interceptus, continuis et nocturnis itineribus Lotharingiam refugit, filio insequente fugientem cum facibus et armis. Factusque est adeo illi (b) infestus, ut in castrum *Bechenes*,<sup>1</sup> hunc Cis-Rhenum fugientem concluderet, et, exactis ab eo regalibus, ipsum (c) quoque regnum abjurare compelleret. Facta sunt haec millesimo centesimo sexto incarnati Verbi anno. Sic pater a filio tractatus et vix de custodia ejus elapsus, Coloniam venit, sibi solemniter volentibus procedere non consensit, indeque ut privatus, nudis pedibus, in asperrima hyeme, Aquisgrani palatium peraccessit. Obertus dolens haec evenisse illi, magis autem si filius praevaleret timens sibi, quasi gratia fidelitatis, occurrit illi, secumque, ut erat nimis temere vehementis animi nimisque imprudenter, Leodium adduxit. Quod se poenitere cum vellet, non licuit. Nam praeter ejus suorumque impensas, gravabat eum per maxime provincialium principum ibidem convenientium assiduitas, quos et ipse ultro convocabat ut subvenirent regi destituto, agens et donis et promissis ne confoederarentur filio. Filius interea cum factae sibi fidelitati ab Oberto caeterisque principibus confideret, et Leodii tunc Pascha celebrandum destinaret, ipse residens Aquis, trecentos fere optimatum suorum ad urbem praemisit, et hoc feria quinta hebdomadae majoris. Dux Henricus,<sup>2</sup> a filio subductus, cum patre tunc Leodii morabatur. Hic, hortatu Oberti, in tempore conficiendi chrisomatis collectis secum militaribus auxiliis, emotis

(a) *Et*, M. et D. : *ei*.

(b) *Adeo illi*, M. et D. : *illi adeo*.

(c) *Ipsam*, M. et D. : *ipsius*.

<sup>1</sup> Bingen forte, ubi filius cum patre colloquium habuit circa idus Decembris. Vid. Spon-

dan., ad an. 1105 (B.).

<sup>2</sup> Dux Henricus, Limburgensis nimirum ac Lotharingiae inferioris, quae ab Henrico seniore ei data fuerat post mortem Godefridi Jerosolymitani (B.).

etiam viribus ejusdem civitatis, cis pontem Visuensem adventantibus occurrit, illisque pene interfectis et submersis, maximam cladem regno intulit, sibi que et patriae inexorabiles inimicitias conscivit.

129. Eodem anno, Arnulphus, comes Chisniacensis (a), in hoc loco, kalendis Aprilis, monachus factus, decimo sexto calendas Maii obiit. Ipse ante annos quadraginta cellam Pirensensem, ut praedictum est, beato Huberto legaliter in perpetuum habendam contulerat, tuncque moriturus pretium decem librarum dedit ecclesiae in eleemosyna (b). Et quia filius ejus Otto tunc cum Henrico Coloniae morabatur, nullumque donum haereditarii juris facere poterat sine ejus consensu, per obsequentes fideles mandavit absentem, ut per fidem debitam patri, pro anima sua deliberaret decimam de *Fescals* et *Montem-Floheri*. Pridie autem calendas Maii apud castrum *Dolheim* (c), sub Leodio, obiit comes Cono, indeque, se petente, relatus, sepultus est *Dinanti* (d) sibi diu loco electo; qui ante decem annos iturus Hierosolimam cum duce Godefrido, decem uncias nostri auri (ut praedictum est (e)) super *Felc* acceperat; ipsum quoque allodium totum cum partibus etiam quae erant sui juris in *Mons* (f) et *Heis* et Cella, omnemque familiam ad eam pertinentem (g) ubicumque esset, per manus fidejussorum, scilicet<sup>1</sup> Bovonis, W. et Bosonis, post decessum suum beato Huberto perpetuo habendum; facta inde legali charta destinaverat. Post cujus exequias Lambertus, filius ejus, eandem eleemosynam a fidejussoribus sibi redditam legaliter ecclesiae tradidit, praesentibus ibi fratre suo Henrico archidiacono, patruoque suo Henrico, ecclesiae beati Lamberti decano, multorumque optimatum suorum legitimae donationis testimonio.

130. De *Mons* quidam miles Udo casatus erat, qui, mediante Maio, cum sciret fratrem quemdam illo advenisse pro censu accipiendo, assumpto nepote suo Tieboldo (h), furibundus supervenit adhuc in mane quiescenti, et extracto gladio suo foedum (i) satis facinus de monacho perpetrasset, nisi

(a) *Chisniacensis*, M. et D.: *Chisniacum* (B.).

(b) *Ecclesiae in eleemosyna*, M. et D.: *eidem in eleemosynam*.

(c) *Dolheim*, M. et D.: *Dolhem*.

(d) *Dinanti*, M. et D.: *Dinanum*.

(e) *Est*, omis.

(f) *Mons*, M. et D.: *Monz*.

(g) *Omnemque familiam ad eam pertinentem*, M. et D.: *omnique familia ad eam pertinente*.

(h) *Tieboldo*, M. et D.: *Thieboldo*, et trois lignes plus bas *Thieboldus*.

(i) *Foedum*, omis, quoique essentiel.

<sup>1</sup> Pag. 119, exprimuntur Bovo de *Wahart*, et Walterus de *Ambluz* (Ambliz) (B.).

Anno 1106. Arnulphus, comes Chisniacensis, monachus efficitur (B.).

Decima de *Fescals* et *Mons-Floheri* (B.).  
Page 154.

*Felc*, *Mons*, *Heis* et Cella a Conone, comite Montis-Acuti, et ejus filii traduntur eccl. nrae. (B.).

Tieboldus objecto cubito conatus ferientis sustinisset. Sic fugato fratre, census rapuit, sed non hoc illi diu impune cessit, nam reversus inde cum apud Rupem comiti Henrico ad prandium ministraret, quasi amens pedem exurendus (a) iniecit cacabo carniū bullienti adhuc, et ex occasione ejusdem combustionis toto corpore tubefactus et reatum suum publice confessus (b)....

*Ad finem cod. B. haec leguntur :*

Haec copia ex ipsomet originali Cantatorii quod in membrana scriptum est transcripta, eique concordare inventa est. Periit autem nimia vetustate seu potius conservandi incuria finis ipsius codicis unde et ultima illa de Udone milite historia manca hic attextitur. Quod sic se habere ego notarius infra scriptus attestor. JOHANNES DE JUPILLE, *notarius*. Ita est. L. BOUILLON, *notarius*.

Nous frère Dominique Robin, par la permission de Dieu, humble abbé de l'église et monastère Notre-Dame d'Orval, ordre de Cîteaux, diocèse de Trèves et conté de Chiny, et nous tout le couvent de ce mesme lieu, scavoir faisons à tous qu'il appartiendra que environ l'an mil cinq cens cinquante feu noz prédécesseurs abbés et couvent dudit Orval ont presté à feu Monsieur Damp Remacle, en son temps abbé de Saint-Hubert, un très-ancien livre intitulé *Cantatorium*, escrit de la main, lequel livre a esté trouvé en noz archives, estant très-ancien, entier et authentique pour y adjoüster foy en jugement et dehors. Lequel dit livre ledit feu Sr abbé de Saint-Hubert avoit promis rendre et restituer en telle sorte et manière qu'il l'avoit receu de nosdits feuz prédécesseurs. En tesmoignage de quoy nous abbé et couvent susdits avons faict appendre à cestes noz seels abbatial et conventual, le huictiesme de mars xv<sup>e</sup> soixante et neuf, stil de Trève. Plus bas estoit escrit : Collationé à l'originel et trouvé concorder en parchemin à deux scaux en cire verte, ce deuxiême de mars mil cinq cent septante, stil de Trève, par moy. Plus bas estoit signé : N. BUTKENS.

Collationé par moi notaire et greffier de Saint-Hubert sousigné et trouvé

(a) *Exurendus*, M. et D. : *exurendum*.

(b) *Confessus*, M. et D. : *confessus est*.

concorde à ladite copie authentiquée par M. N. Butkens, commissaire député par le grand conseil de Malines. JEAN DE JUPILLE, g<sup>r</sup>.

La copie, signée de la propre main de Monsieur le conseiller et commissaire N. Butkens, se trouvera aux archives en la layette de Grupont.

Laette (*sic*). — 60 — A — n<sup>o</sup> 5.

NOTA. *Quamvis D. Remaclus, abbas Hubertensis, promiserit Cantatorii librum originale restituere Aureae-Vallis monasterio, jure tamen eam restitutionem factam minime fuisse (?) ; nam quoque modo liber iste in Auream-Vallem devenerit, certum est authorem ejus non fuisse istius monasterii monachum, sed Hubertensem, ut patet sup. pag. 73 (298), ubi narrat se praesentem fuisse cum duces Fredericus et Godefridus Barbatu venationis suae primitias beato Huberto deferrent.*

*Adde quod eo tempore quo hujus libri scriptor opus suum condebat, scilicet circa annum 1107, non erant in Aurea-Valle nisi canonici quidam saeculares et discoli, qui ob demerita sua ab Alberone, episcopo Viridunensi, inde amoti fuerunt, inque eorum locum obtinuit a S. Bernardo, tum Remis agente, mitti Constantinum, ejus loci primum abbatem, cum septem monachis, a<sup>o</sup> 1151.*

*Ante istos porro canonicos primi incolae Aureae-Vallis fuerunt duntaxat quatuor monachi Benedictini ex Calabria qui circa annum 1080, cooperante Arnulpho, comite Chisniacensi (de quo saepius in hac historia agitur) et Richilde, comitissa Flandrensi, ecclesiam primam aedificare coeperunt, sed ea necdum consummata, in Calabriam jussu abbatis sui redire coacti, locum dilectum reliquerunt, quem quidam saeculares presbyteri rogatu Othonis, filii dicti Arnulphi, incolendum susceperunt. Sed eo defuncto a<sup>o</sup> 1150, a saecularibus istis divinum officium negligi coepit, ex quo nata est occasio monachos Cistercienses introducendi.*

## NOTES.

PAGE 262. — Note sur les *Cruces bannales*.

Le jésuite Roberti transcrit tout ce passage, en donnant quelques renseignements sur les *Cruces bannales*, pp. 249 et suiv. de son ouvrage intitulé : *Historia S. Huberti, principis aqutani*. Luxemb., 1621, in-4°.

PAGE 296. — Sur la date de la mort de *Thierry I<sup>er</sup>, abbé de Saint-Hubert*.

Hic dubitari potest utrum annus ille Christi 1086, quo mors B. Theoderici superius in hoc historia collocatur ab historico Andaginensi vel ejus amanuensibus, recte sit expressus, eo quod in quibusdam manuscriptis actorum codicibus eidem morti annus 1087 vel 1088 assignatur. Unde Mabillonius in observationibus praeviis ad hanc Vitam, n° 2, de emortuali B. Theoderici anno sic disputat : « Non una est auctorum sententia circa annum, quo Theodericus e vivis excessit. Ejus obitum ad annum MLXXXIV revocant Johannes Molanus in *Natalibus sanctorum Belgii*, Miraeus in *Fastis Belgicis*, aliique passim recentiores; Bartholomaeus Fisen, in *Floribus Leodiensis ecclesiae*, ad sequentem. In uno ex MSS. codicibus, quorum copiam habuimus, legitur Theodericum anno MLXXXVII mortuum fuisse; quod anno sequenti contigisse dicitur

in altero codice. Sed tametsi in tanta opinionum varietate vix aliquid certi statui posse videatur, adeo tamen diligenter seriem annorum beati abbatis notavit vitae ejus auctor, ut si illius verba paulo accuratius expendere voluerimus, facile habebitur, quis fuerit ejus vitae extremus annus. »

Cum in actis infra dandis (datis, scilicet, a Guill. Cupero, Bollandista) B. Theodericus dicatur anno Christi 1007 natus esse et anno aetatis suae octogesimo non ad integrum expleto obiisse, Mabillonius ex his duobus vitae locis inter se collatis ita argumentatur : « Omnes autem codices constanter habent Theodericum anno aetatis suae octogesimo incepto et non expleto obiisse. Unde certum manere debet Molani aliorumque sententiam admitti non posse, qui Theoderici mortem ad annum MLXXXIV revocarunt. Ex iisdem verbis refellitur quod unus ex codicibus manuscriptis supra laudatus habet, Theodericum e vita excessisse anno MLXXXVIII; nam eo pacto ille octogenario saltem aliquot mensibus major obiisset, quod loco ex codicibus omnibus laudato plane adversatur. Superest itaque, ut Theoderici mortem ad annum MLXXXVI cum nonnullis, aut ad sequentem cum uno MS. codice Hubertino revocemus; et quidem, si Notgerus episcopus Leodiensis anno MVII obierit, ut nonnullis placet, prima sententia alteri praeferenda est, cum Notgerus mense Martio, Theodericus vero mense Augusto e vivis excesserint. Etenim a Martio anni MVII usque ad Augustum MLXXXVII plus quam octoginta anni intercipiuntur. Verum cum sententia, quae Notgeri mortem anno MVIII consignat, alteri praeferenda videatur, et dicatur Theodericus in altero codice manuscripto natus anno mortem Notgeri praecedente, Theodericum anno MVII exeunte natum fuisse censemus, ne proinde eundem mense Augusto anni MLXXXVII fere octogenarium e vivis excessisse. » Omnibus attente expensis, hanc Mabillonii chronologiam secuti sumus, et alios annos in quibusdam codicibus notatos, ab amanuensibus corruptos putamus.

In iisdem codicibus etiam circa diem mortis aliquod discrimen occurrit : nam in actis a Mabillonio editis obitus hujus beati abbatis *octavo kal. Septembris*, et in apographo nostro Alnensi aliisque tribus vitae compendiis, quorum paragrapho praecedente mentionem fecimus, nono *calendas Septembris* consignatur. Wionus in *Ligno vitae* B. Theodericum utroque hoc die annuntiat, et Meyerus mortem ejus usque ad diem XXVII Augusti differt, dum in *Annalibus Flandriae*, fol. 46, sive ad annum Christi 1150, de illo sic scribit : « Sexto autem calendas Septembris obiit divus Theodericus Lerna oriundus, patre genitus Gonsone, abbas monasterii divi Huberti. » At imprimis Meyerus hoc loco diem sepulturae pro die obitus perperam accepit. Praeterea videtur hunc B. Theodericum confudisse cum altero ejusdem nominis abbate, et forsitan cum Theoderico beati nostri successore, qui anno 1107 abbatiam S. Huberti abdicavit. Quomodo enim aliter vitam B. Theoderici nostri usque ad annum Christi 1150 protrahere potuisset?

Quidquid sit de hac confusione nostri abbatis cum illo vel altero Theoderico, saltem Rayssius incaute Meyerum secutus est, et alteri Theoderico tribuit, quod hodierno nostro convenit, dum in *Gazophylacio Belgico*, p. 50, post elogium B. Theoderici, haec immediate subjungit : « Obiit hic etiam sexto kal. Septembris alius ejusdem nominis Theodericus, praedecessoris successor, eximiae virtutis et prudentiae vir, ex nobili Lernerum familia, patre natus Gonsone, ut vult Meyerus in ejus obitu, anno videlicet MCL. « Certe hic pater Gonso et haec Lernerum familia B. Theoderico nostro seniori conveniunt. Quod si Meyerus haec Theoderico secundo sive



juniori tribuere voluerit, turpiter hallucinatus est, et Rayssium in errorem induxit, aut obitum B. Theoderici senioris per crassum parachronismum anno Christi 1150 collocavit. Caeterum cum plerisque menologiis et codicibus manuscriptis acta istius beati abbatis hac die XXIV Augusti exhibemus. » *Acta sanctor. Aug.*, t. IV, pp. 847-48.

## INDEX

### RERUM PRAECIPUARUM IN LIBRO CANTATORIO CONTENTARUM.

(Prior numerus codicis B, posterior voluminis hujus paginas indicat.)

#### A.

	Paginae.
ADALBERO ex monacho Andaginensi fit abbas mrii S <sup>ti</sup> Vincentii Laudunensis . . . . .	55-284
ADELARDUS abbas Andaginensis creatus a <sup>o</sup> 1034. . . . .	10-241
— Moritur a <sup>o</sup> 1055. . . . .	12-242
ADVOCATUS eccl. suae, ejusdem abbatis tempore, intererat tribus dumtaxat placitis generalibus per annum haberi solitis, et ad exercendam justitiam utebatur suis militibus . . . . .	11-242
ALDAMUM a Walcando episcopo eccl. nrae attribuitur . . . . .	9-240
ALVENTIUM ab eodem ep <sup>o</sup> eccl. donatur . . . . .	<i>Ib.</i>
ALTUENUS seu ALVEUS ( <i>Alneus</i> ) abbas creatur . . . . .	10-241
AMBERLACENSIS decima B <sup>o</sup> Beregiso a Pipino traditur . . . . .	72-299
AMBRA castrum ab Hunnis evertitur . . . . .	3-255
ANNO, arch. Coloniensis, moriens quinque marcas argenti eccl. nrae in eleemosynam mittit. . . . .	50-279
ANSEROMIA, inter antiquas possessiones mrio collatas, eidem a Walcando ep <sup>o</sup> confirmatur . . . . .	8-240
— Vindicta divinitus afflicta in officarios vice-comitis familiam ecclicam in Anseromia vexantes . . . . .	25-255
— Transactio inter B. Theodericum abbatem et Albertum, comitem Namurcensem, pro absolutione domini Anseromiani ab exactionibus comitum. . . . .	26 - <i>Ib.</i>
ANSLARO (eccl. de) ab Adelade, comitissa Arlunensi, confertur huic mrio . . . . .	29-259
ARNULPHUS, comes Chisniacensis, fit monachus Andaginensis . . . . .	153-371
ASTINCTUM cum banno, comitatu, familia, etc., traditur cellae S <sup>ti</sup> Petri Bulloniensis. . . . .	37-267

## B.

	Paginae.
BASEIO (eccl. de), ab Ida, matre Godefridi junioris, ducis Bulloniensis, confertur huic mrio . . . . .	118-340
BELLA-VALLIS cellae S <sup>ti</sup> Petri Bulloniensis attribuitur. . . . .	38, 48-267, 277
BEREGISUS (S.) mrium Andaginense construit . . . . .	3-235
BERENGERUS, prior Andaginensis, fit abbas S <sup>ti</sup> Laurentii Leod. . . . .	54-283
— Expellitur ab Oberto ep <sup>o</sup> . . . . .	87-312
— Restituitur . . . . .	113-355
BERTHAHEIM (decima vini in) a Walcando eccl. nrae collata. . . . .	9-240
BRACTIS (villa) seu <i>Epi villa</i> ab eodem ep <sup>o</sup> eccl. nrae data. . . . .	<i>Ib.</i>
BRAZ. Henricus ejus emit allodium de <i>Braz</i> a Richilde comitissa . . . . .	58-287
— Et mrio nro attribuit . . . . .	67-295
BRIDA. Gerardus et Goswinus, filii Theoderici comitis, conferunt sex mansos mrio sitos Bridae, in Taxandria, infra Trajectum. . . . .	58-287
BUILAIDA cum omnibus appenditiis inter antiquas possessiones mrii a Walcando recensetur . . . . .	9-240
BULLA Gregorii VII, confirmatoria prioratum, etc. . . . .	46-275
BULLONIENSE CASTRUM, BULLONIENSIS DUX, familia ecclesiae S <sup>ti</sup> Huberti ab onere reparationum castri Bulloniensis libera declaratur a Godefrido Barbato, duce Bulloniensi. . . . .	51-264
— Idem dux ecclesiam S <sup>ti</sup> Petri, sitam e regione castri, tradit eccl. nrae . . . . .	35-265
— Item furnum banalem. . . . .	36-266
— Idem dux moritur . . . . .	37-266
— Godefridus junior capellam S <sup>ti</sup> Joannis, in castro Bulloniensi sitam, donat S <sup>to</sup> Huberto. . . . .	118-359
BUTHESAMUM inter possessiones collatas eccl. a Walcando . . . . .	9-240

## C.

CALVICIACI fisci quarta pars emitur ab Adelardo abbate . . . . .	11-242
Cujus media pars jam pridem erat eccl. nrae collata a Stephano comite . . . . .	<i>Ib.</i>
— Advocatus quidam apud Calviciacum familiam ecclesiasticam injustis exactionibus vexaces, compescitur . . . . .	57-285
CARNETUM ecclesiae collatum a nepotibus Arnulphi, comitis de <i>Chiny</i> . . . . .	23-253
CAVINIACUS fiscus a Richilde comitissa datur invadium B. Theoderico abbati . . . . .	39-269
— Quem postea idem abbas pretio mille marcarum argenti monasterio coemit. . . . .	66-294
— Quidam incolae ejusdem fisci ecclesiasticam subjectionem detrectantes, ad eam compelluntur a Balduino, comite Flandrensi . . . . .	74-301
— Decimam ejusdem fisci a Prumiensibus acquirit Theodericus II <sup>us</sup> abbas, data eis in permutationem ecclesia de <i>Melsin</i> , cum uno manso terrae. . . . .	79-305

INDEX.

379

	Paginae.
CELLA. Cono, comes Montis-Acuti, tradit eccl. nrae quicquid juris obtinebat in al- ludio de Cella . . . . .	154-371
CHEVONII (et <i>Chevoni</i> ) pars a Godefrido Barbato cellae Bulloniensi deputatur . . . . .	37-267
CHEVUGIUM. Lis mota pro Chevugio, inter Andaginenses et Mosomenses, in favorem Andaginensis ecclesiae terminatur. . . . .	83-308
COMITATUS abbatiæ nrae adjudicatur abbati, contra advocatos eum ad se pertinere praetendentes . . . . .	32-262
CRUCES bannaes decanatus Bastoniensis ecclesiam nostram visitant . . . . .	148-366
CRUCES bannaes decanatus Gradensis conatur imminuere Godescalcus, abbas Haste- riensis . . . . .	32-262
CRYPTA eccl. nrae a B. Theoderico constructa, consecratur . . . . .	56-285
CUNENSIS cella, cum omnibus pertinentiis, eccl. nrae donatur . . . . .	85-310
CUNERONUM decimas vini mrio debet, ex dono Walcandi . . . . .	9-240

E.

EMMO ex priore Pyrensi fit abbas Morinensis . . . . .	135-355
ERNAU a Walcando ep <sup>o</sup> huic mrio donatur . . . . .	9-240
EVERNEI-CURTENSIS cellae erectio et dotatio. . . . .	21-250
— Confirmantur capellae Novi-Castri ad eandem cellam pertinentes. . . . .	22-251
EVERNEI-CURTIS a Walcando ep <sup>o</sup> , eccl. nrae donatur . . . . .	9-240
— Ejusdem loci tertiam decimae partem nobis confert Ebalus, comes Roceiensis, cum prato quod dicitur <i>Pratum regis</i> . . . . .	92-317
EXCOMMUNICANDI potestas nrae eccl. ab apostolica sede in oppressores ejus collata, exer- cetur in castellanum Mirwardensem . . . . .	142-362

F.

FELC. Allodium de <i>Felc</i> per emptionem fit ecclesiasticae possessionis. . . . .	119, 154-340, 371
FESCALIS. Arnulphus, comes Chisniacensis, tradit eccl. nrae decimam de <i>Fescals</i> et . . . . .	153-371
FLOHERI-MONTEM, alias <i>Flohi-Mont</i> . . . . .	24, 153-254, 371
FLORIAE a Walcando eccl. nrae dono datae et . . . . .	9-240
FRANDILIO, alias <i>Frandeux</i> , inter antiquas possessiones ab eodem adnumeratur et con- firmatur . . . . .	8-240

G.

GABELIENSIS pontis quarta pars eccl. nrae conceditur . . . . .	23-233
GABELIUM et . . . . .	

	Paginae.
GAMEDELLA, alias <i>Givet</i> et GEMELLE, inter possessiones antiquas mrii numerantur, et a Walcando confirmantur. . . . .	8-240
— Exactiones injustae, apud Gabelium fieri solitae, nrae eccl. remittuntur.	23-253
GODEFRIDUS <i>Gibbosus</i> occiditur in Frisia, et Viridunum, sepulturae gratia, committitur B. Theoderico deducendus. . . . .	50-279
GODEFRIDUS junior, dux Bulloniensis, mrii advocatus, cum aliis patriae Leodiensis proceribus, partes Theoderici II <sup>us</sup> , abbatis hujus loci, tuetur contra Obertum. . . . .	105-328
GOGANHEIM. Decima vini in Goganheim a Walcando confertur. . . . .	9-240
GRUPONT. Henricus epus a Richilde comitissa allodium de <i>Grupont</i> comparat et ecclesiae nrae tradit. . . . .	58, 67-287, 295
GUISLIACENSIS eccl. donatur monasterio. . . . .	23-253

## H.

HEIS. Cono, comes Montis-Acuti, tradit eccl. nrae quicquid jure obtinebat in allodio de <i>Heis</i> . . . . .	154-371
HENRICUS, epus Leodiensis eligitur, B. Theoderico abbate cleri electionem praesentante. . . . .	48-278
— Ejusdem epi in eccl. nram ingens affectus. . . . .	52-281
HENRICUS imperator decreto suo confirmat eccl. nrae jus Mercatus, Thebanei, etc. . . . .	11-242
HOSPITALE ad pauperum et peregrinarum susceptionem dirigitur. . . . .	72-299
HOYUM. Apud oppidum Hoyense antiquitus eccl. nra obtinebat tres molendinos. . . . .	67-295
Item vineas tres. . . . .	9-244
HUBERTUS (S.) fundat urbem Leodiensem, sedem episcopalem, cum corpore S <sup>ti</sup> Lamberti in eam transfert. Mortuus sepelitur in eccl. S <sup>ti</sup> Petri a se constructa. Anno XVI <sup>o</sup> ab obitu transfertur in ecclesiam cathedralem. . . . .	4-264
Et inde Andennum. . . . .	6-237

## I.

INGOBRANDUS monachus Lobiensis, in abbatem intruditur. . . . .	100-323
— Sub quo disciplinae rigor dissolvitur. . . . .	102-325
— Ecclesiae ornamenta possessionesque distrahuntur. . . . .	105-326
— Ab administratione removetur. . . . .	102-325

## L.

LAMBERTI, monachi Andaginensis, conversio et poenitentia. . . . .	14-245
LEODII domus una a Walcando traditur mrio. . . . .	9-240

	Paginae.
LESTERNEUS ( <i>Lesternuus</i> ) et LOTVILLAM, quae jam ante ecclesia possidebat, idem Walcandus confirmat. . . . .	8-240
LINAÏUM. Hugo, nepos Arnulphi, comitis Chisniacensis, una cum fratribus, dat quicquid juris obtinebat in allodio Linaïo. . . . .	23-253
LISURA ab eodem (Walcando) confertur eccl. nrae. . . . .	9-240
LOTVILLA, vid. LESTERNEUS. . . . .	
LUDOVICUS pius, imperator, in translatione S <sup>ti</sup> Huberti, donaria multa confert mrio. . . . .	6-237
Quae temerarie dissipantur . . . . .	30-260

## M.

MARLIDA a Walcando epo eccl. nrae confertur. . . . .	9-240
— Ultio divina in comitem Bohaniensem ob insolentias Marlidae factas . . . . .	27-257
MARTILENGES a Walcando epo adnumeratur eccl. nrae antiquis possessionibus, item	
MELSINENSIS ecclesia . . . . .	9-240
MIRWARDENSE castrum a Stephano comite in possessione eccl. nrae violenter aedificatum. . . . .	11-242
— Obsidetur a Henrico imperatore . . . . .	10-241
— Henricus epus illud a Richilde, comitissa Montensi, emit ac reaedificat. . . . .	58-258
— Idem epus ipsum tradit servandum B. Theoderico, cum ecclesia S <sup>ti</sup> Michaelis . . . . .	59- <i>ib.</i>
— Qui, postea liberam ejusdem castrum dispositionem adeptus, funditus dirui curat. . . . .	65-293
— Iterum ab Oberto epo restituitur. . . . .	125-345
— Winedus abbas, coram Frederico, metropolitano Coloniensi, contra Obertum agit pro injuria mrio per eandem restitutionem illata . . . . .	149-367
MONS. CONO, comes Montis-Acuti, dat eccl. nrae quicquid habebat in <i>Mons.</i> . . . .	154-371
— Quidam in eodem allodio miles censum persolvere mrio detrectans punitur a Deo. . . . .	<i>ib.</i>
MONTIS-MADIENSIS, alias <i>Mairy</i> , ecclesia, in usum cellae Bulloniensis, a Godefrido Giboso, cum tribus mansis terrae traditur. . . . .	48-277
MOROLDIHEIS (allodium de) alias <i>Morhez</i> , a Sigifrido nobili eccl. nrae partim gratis, partim accepto pretio, conceditur. . . . .	71-298

## N.

NASSONIENSIS ecclesia a Walcando nrae concessa; ab Henrico epo ab omni exactione et justitia, tam episcopali quam archidiaconali libera, redditur . . . . .	68-293
NELMA (forte <i>Naomé</i> ) inter antiquas possessiones a Walcando connumerata. . . . .	8-240

	Paginae.
Item ab eodem eccl. nrae . . . . .	»
NETTINA ( <i>Nettine</i> ) donatur et . . . . .	»
NOGARIAE . . . . .	9-240
— Altare de Nogariis a Manasse, archiep. Remensi, nobis traditur . . . . .	148
NOVALIA apud Gabelium surrepta a quodam presbytero, jussu Henrici epi restituuntur	
mrio nro . . . . .	25-254
NOVIANDO (ecclesia de) nobis collata . . . . .	25-252

## O.

OBERTUS fit epus per simoniam . . . . .	86-312
— Saevit in abbatem Theodericum II <sup>um</sup> . . . . .	89 et sqq.-314
— Ad emptionem ducatus Bulloniensis, ecclesiam nram et alias per dioecesim sitas spoliati . . . . .	118-340
— Castrum <i>Mirwart</i> restaurat . . . . .	125-345
— In monachos cum corpore S <sup>i</sup> Huberti, ad eam reaedificationem impediendam, processionaliter ei advenientes, saevit . . . . .	126-346
— De qua injuria dat poenas Deo . . . . .	<i>Ib.</i>
— Leodiensium antiquas consuetudines et jura nris infringere, totum clerum in se concitat et in causam coram metropolitano trahitur: . . . . .	149, 150, 151-367, 368, 369

## P.

PALATIOIUM inter antiquas possessionis mrii a Walcando in litteris confirmatoriis re- censetur . . . . .	8-240
PINCIONIS-MONS a duce Frederico eccl. nrae conceditur . . . . .	75-300
PIPINUS fines donationis suae mrio factae designat . . . . .	2-254
PIRENSIS cella ab Arnulpho, comite Chisniacensi, donatur . . . . .	22-252
PLACITA tria per annum generalia in hoc loco fiebant . . . . .	11-242
PLETRUDIS, uxor Pipini, chartulam coelo demissam ad maritum defert . . . . .	1-253
PORCENSE CASTRUM. Cella S <sup>i</sup> Theobaldi in castro Porcensi eccl. nrae collata . . . . .	84-310

## R.

RELIQUIAE S <sup>i</sup> P. N. Benedicti et S. Scholasticae e mrio Juviniaco ad nos delatae . . . . .	60-288
RENUARDUS, abbas hujus mrii, moritur a <sup>o</sup> 1034 . . . . .	10-241
RUMENDINA et . . . . .	»
RUVONIA inter antiquas possessiones hujus mrii recensentur . . . . .	8, 9-240

## S.

	Paginae.
SALCIACI-RIVI, alias. ( <i>Sansareux</i> ) <i>Sensareux</i> , ecclesiam mrio nro confert Godefridus senior, dux Bulloniensis . . . . .	35-265
— Quam cum capellis et subjectis a Godefrido, ejus filio, substractam, Godefridus junior, qui <i>Hierosolymitanus</i> dicitur, cellae Bulloniensi restituit . . . . .	118-339
SEPULTURA SACRA in eccl. nra conceditur Cunegondi, comitissae, in eodem reclusae, necnon Goziloni, ejus patri. . . . .	73-300
— Item Bosoni, abbati S <sup>ti</sup> Agerici. . . . .	85-510
— Item Theodorico, filio Gerardi, comitis Flamensis . . . . .	57-286
— Item Lamberto qui fuit pater Idae, uxoris Cunonis, Montis-Acuti comitis. . . . .	103
STOLAE sacrae beneficio contra rabiem munitus comitissae Arlunensis cubicularius. . . . .	28-258
— Contemptores sacrae incisionis rabie corripiuntur . . . . .	<i>Ib.</i>
SULMODIUM, aliàs <i>Smaz</i> , a Richilde, comitissa Montensi, donatur ( <i>Soupy</i> prope <i>Moulins</i> ) . . . . .	39-269
SULPIACUM, item a Walcando epo. . . . .	9-240
SUMMEIUM allodium ab Ermentrude, comitissa Bohaniensi, huic ecclesiae donatur . . . . .	27-257

## T.

TAVERNAE, TERWANIA et TEULEDUM a Walcando epo eidem loco collata . . . . .	9-240
TAVERS, in Hesbania ( <i>sic</i> ), traditur mrio nro a Richilde, comitissa Montensi. . . . .	39-269
TELINS inter antiquas possessiones monasterii in litteris a Walcando confectis numeratur . . . . .	8-240
— Idem allodium a Bulloniensibus per vim ecclesiae nrae substractum, a Godefrido juniore, duce Bulloniensi, eidem restituitur . . . . .	51-280
THEODERICUS (D.) litteras docet in monasteriis Stabulensi, Viridunensi et Mosomensi . . . . .	12-245
— In abbatem Andaginensem consecratur . . . . .	15-244
— Duodecim pauperibus quovis die pedes et manus lavat et cibum exhibet. . . . .	17-248
— Diabolus sub forma cervae eum ab orationis studio distrahere molitur . . . . .	<i>Ib.</i>
— Inter ejus complexus puer, divina luce conspicuus, a Lamberto, monacho protervo, visus, ad meliorem eum frugem et poenitentiam inducit. . . . .	14-245
— Columba coelestis ingenti luce totam ecclesiam, illo orante, collustrat . . . . .	18-248
— Mulierem in oppido Juliacensi gravi morbo liberat . . . . .	19-249
— Eo orante in ecclesia S <sup>ti</sup> Hilarii, candela divinitus accenditur . . . . .	23-252
— A Beatrice marchionissa et Mathilde, ejus filia, Pisis in Tuscia honoratur . . . . .	40-270
— A Gregorio papa VII <sup>o</sup> benevole suscipitur, et privilegium protectionis apostolicae mrio impetrat . . . . .	41-271



	Paginae.
THEODERICUS A Mathilde donis honoratur, inter quae, casulam Leonis papae IX et dalmaticam Stephani papae, qui fuit frater Godefridi Barbati, ducis Buloniensis . . . . .	42-272
— Rhemis, ab archiepiscopo et civibus rogatus, in magna siccitate precibus suis imbrem obtinet . . . . .	55-284
— Moritur . . . . .	69-296
— II <sup>us</sup> in abbatem eligitur . . . . .	70-297
— Oberto persequente e mrio discedit . . . . .	88-313
— Causam suam contra eundem scripta epistola tuetur . . . . .	115
— Abbatialem dignitatem Berengero abbati resignat . . . . .	123-344
— Eam tamen Berengerus recusat. . . . .	124- <i>Ib.</i>
— Ad reconciliandos et absolvendos schismaticos potestatem accipit ab Urbano II. . . . .	140-360

## V.

VENATIONIS primitiae antiquitas S <sup>to</sup> Huberto solvi solitae. . . . .	75-300
VIVIGNIS. Vineae cum uno manso in <i>Vivignis</i> a Walcando huic mrio collata. . . . .	9-240

## W.

WALCANDUS epus, restaurato mrio Andaino, pro canonicis monachos in eo collocat. . . . .	5-256
— Possessiones eidem confert . . . . .	8, 9-240
WANSIGISI-MONTIS sylva mrio nro collata, item . . . . .	10-241
WARCENSIS ecclesia . . . . .	23-252
WIREDUS ab Oberto fit abbas, reluctantante Theoderico, legitimo abbate. . . . .	127-347
— Consecratur ab eodem epo . . . . .	131-351
— Ab Urbano papa excommunicatur . . . . .	139-358
WOWONIUM mrio nro confertur . . . . .	9-240

FINIS INDICIS.

**IV.**

**CHRONIQUE**

**DE L'ABBAYE DE LIESSIES, DEPUIS L'AN 750 JUSQU'A L'AN 1378.**

---

EX PHILIPPI BRASSEUR,

*Originibus omnium Hannoniae coenobiorum*, pp. 40-48.

Coenobio huic antiqua sanctitate et superioris saeculi reformatione conspicuo, nomen indidit *Laetitiae situs*, quasi, corrupta nonnihil Gallorum voce *Liesse ici*, diceretur. Inter Eppiam et Avesnas locum designat fluvius Helpra : notabilis ecclesiae et castris majestas splendorem adfert ; sylvarumque et colliculorum in ambitu prospectus et copia decus attribuit.

Nongenti jam et pene quinquaginta anni numerantur, ex quo Wibertus, comes de Pictavia (cum esset Pipino, Francorum regi, percharus), aulicae utique vitae pertaesus (ut *Laetiae chronicon* testatur) ab eodem rege hunc locum velut honorarium munus petiit, et obtinuit, tanquam haereditarium, immensae capacitatis dominium a *Molhaimo usque Senuescum* ; quem in locum, velut futurae ab aula quietis et salutis animae suae portum, cum uxore et liberis sese subduceret.

Igitur eo loci, bona regis venia *profectus, cum die quadam in venatibus aprum agigaret, contigit, ut eum comprehenderet super fluvium Helpram, in loco qui Laetia dicebatur : cumque luminibus late circumductis loci situm et commoditatem pervidisset, credo non fortuito, sed divino instinctu, ejus animo incidit, ut*

*locum illum, qui prius fuerat ferarum, habitationem faceret hominum; ac monasterium in honorem Dei ac sancti Lamberti, Tungrorum episcopi, non ita pridem martyrum corona donati, construeret, prout latius exprimitur in manuscripta S. Hiltrudis historia.*

---

## EX AUBERTI MIRAEI

*Originibus Benedictinis, Colon. Agr., 1614, in-12, pp. 182-186.*

*Laetiense monasterium milliari uno ab Avenna, Hannoniae oppido, ad Helpram fl. situm.*

Anno ab incarnatione Domini septingentesimo quinquagesimo Anno 751.  
primo, gloriosissimus princeps Pipinus, Caroli Martelli filius, singularem Francorum ac Germaniae monarchiam obtinuit. Inter cujus aulicos francigenas enituit nobilissimus Wibertus comes, pago Pictavensi ex illustri ortus familia, ejusque conjux Ada nomine, claris natalibus non minus conspicua ex Francorum nobilioribus. Is igitur honorem cumulatissimum in aula regis Pipini adeptus, omnibus amabilis exstitit. Erat quippe vir supra modum et corporis viribus et animi magnitudine praestans. Hic post varias hostium strages et crebras victorias, soli Deo servire quiete desiderans, cogitavit, relicto natali solo curisque bellicis valere jussis, secedere, si modo cum venia regis et munificentia sibi permissum foret. Regem ergo adiens, quid animo gereret, aperuit. Rex ejus petitioni hilari vultu annuens, ei contulit, inter Theoracense et Hannoniense territorium, jure perpetuo possidendam totam terram a Molhaimo usque Senuescum, quae nunc Vallis dicitur. Comes de dono gratias egit, ac valedicens, paulo post uxorem ac liberos totamque

Wibertus comes et fundator mon. Laetensis.

familiam ad locum sibi concessum advexit. Ubi commorans, cum die quadam in venatibus aprum agitaret, contigit ut eum comprehenderet super fluvium Helpram, in loco qui *Laetitia* dicebatur. Cumque luminibus late circumductis loci situm et commoditatem pervidisset, credo non fortuito, sed divino instinctu, animo incidit ut locum illum, qui prius fuerat ferarum, habitationem faceret hominum, ac monasterium in honorem Dei ac sancti Lamberti martyris construeret. Quod, Deo opitulante, ad effectum usque perduxit. Erant Wiberto filii ac filiae complures, inter quos erat Guntardus filius, vitae sanctitate conspicuus, qui, soli Deo vacare cupiens, sanctae religionis habitum adsumpsit, ac primum hujus loci abbas effectus est, nec non Hiltrudis et Berta filiae. Interea Hugo, dux Burgundiarum, adamavit virginem Hiltrudem, quam ardenti amore quaesivit sibi matrimonio copulari; ea quippe virgine nihil erat formosius, nihil amabilius, nihil modestius. Idcirco virginis tum pulchritudine, tum modestia dux pellectus, nullum non movit lapidem, quo frueretur cupitis amplexibus. At virgo sacra Christum solum amans, Christum sitiens, cui soli desponderi optabat, assiduis precibus et lacrymis suam Domino virginitatem commendabat. Quid multa? Die constituto, dum cum parentibus sacrae virginis collocuturi de matrimonii negotiis conveniunt, pertentatur a parentibus virginis animus. Quibus illa respondit: « Si meam in hac re quaeritis sententiam, paucis audietis; Christum jamdiu super omnia diligo, huic fidem feci, huic castitatem servare cupio illibatam. Si mihi patres esse, si me filiam habere vultis, si me a meo, qui me amavit, sponso non sejungitis, vos mihi patres, me vobis filiam et agnosco et profiteor. Sin alias, nec vestram magni pendo paternitatem, nec meam vobis impendam filiationem: » Interim conquiescunt, puellaria verba et nullius momenti esse dicunt, mutandam, utpote mobilis ingenii, puellarem sententiam putant, verbum in crastinum reservandum decernunt. Humilis interim virgo,

Sta Hiltrudis virgo, Wiberti filia, quiescit Laetis.

quid ageret, quo se verteret ignorabat. Parentibus resistere non poterat, nec non eis obedire nefas ducebat, sed et immortalī sponso nubere totis votis ardebat. Hoc tandem arripuit consilii. Intempesta nocte, paucis admodum et fidis arbitris comitantibus, in proximam sylvam confugit, ibique sibi latibulum quaesivit, melius judicans vitam omnem cum feris degere, quam corpus illecebris carnalibus inquinare. In crastinum piissimi genitores de fuga suae sobolis certiores facti, non modice turbantur, non modo propter filiam, sed et propter auctoritatem et amicitiam tanti principis laesam. Suis tum mandant ut factum silentio tegant. In verbo iterum convenitur, excusationem parentes in medium afferunt, Hiltrudem in interiore conclavi residentem in pridiana sententia perseverare, ad emolliendum ejus animum se non praevallere, in id conversationis eam jamdiu animum induxisse; ex quotidiano usu vitae ejus, qui nihil omnino levitatis habebat, et multorum attestatione id se accepisse; salvam posse manere priorem amicitiam, si alteram ex filiabus, nomine Bertam, aequae nobilem nec minus formosam, illi in conjugem placeat assumere. His auditis, princeps Bertam suscepit conjugem ac secum in Burgundiam abduxit. Post cujus abscissum revocatur e sylvarum latebris virgo Hiltrudis, nuptura et ipsa, sed immortalī sponso. Accersitusque Theodericus, Cameracensis episcopus, virginem Christi Hiltrudem consecrat, eique velamen sanctae conversationis imponit. Moxque sanctitate fervens, cellulam sibi fabricari fecit in ecclesia, oratorio fratrum contigua, in qua decem et septem annis, velut altera Anna, mundo mortua, soli Deo vivens, reclusa permansit, non recedens de templo, die et nocte orationibus insistens, corpusculum assiduis vigiliis et jejuniis in sacco et cinere castigans. Post decem tandem et septem annos soluto corporis ergastulo, feliciter ad Christum emigravit. Cujus corpus in dextra parte altaris sancti Lamberti sepelitur. Simulque in ejus tumba testamentum reconditur, quod ipsa Laetiensi congregationi in donum

perpetuum contulerat. Fracta igitur terrea corporis laguncula, lampadum fulgor emicare coepit, quantique apud se sua virgo esset meriti multis miraculis (quibus enarrandis brevitati studens supersedeo) Dominus ostendit, ita etiam ut, intempesta nocte circa divae virginis sepulcrum angelorum voces audirentur, dulcem melodiam resonantium. Quo certius cognito famaue miraculorum ubique volitante, Erluinus, Deo dignus Cameracensis episcopus, Deo gratias agens, quod in sua dioecesi signorum virtus non deesset, venit ad locum, ac sacrae virginis ossa e tumulo reverenter et solemniter, magno omnium tripudio, levavit, et in locello novo composita super altare S. Lamberti collocavit, anno tertio imperii Henrici secundi. Ubi meritis sanctae Virginis multa coruscarunt miracula.

*Haec ex manuscripta B. Hiltrudis historia, quae Laetiis exstat, deprompsimus.*

*De qua sancta Virgine variisque sanctorum reliquiis ex oriente Laetiam allatis, vide Molanum, in Natalibus sanctorum Belgii.*

*Hujus porro coenobii Laetiensis abbas patrum memoria fuit Ludovicus Blosius<sup>1</sup>, cujus exstant scripta ascetica varia quibus nihil ad homines a cura mortalium rerum abducendos atque ad coelestis patriae amorem inflammandos, inveniri potest ardentius. Obiit vir pientissimus anno saeculi superioris sexagesimo sexto.*

Anno 1566.

<sup>1</sup> Val. Andr. et Foppens, *Bibl. Belg.*, t. II, pp. 827-829. (R.)



## CHRONICON LAETIENSE.

LIBELLUS CHRONICORUM MONASTERII LAETIENSIS A PRIMIS FUNDAMENTIS, UNA CUM LAMENTABILI GALLIARUM VASTATIONE QUAE FACTA EST POST DECESSUM LUDOVICI PH.

ECCLESIASTICI 8 :

*Non te praetereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt a patribus suis : quoniam ab ipsis disces intellectum et in tempore necessitatis dare responsum. Sed ecclesiastici 18 : antequam locaris disce.*

Spectatissimis in Christo cum patribus tum fratribus sodalitiæ Laetiensis, Jacobus LESPÉE, indignus monachus et sacerdos, salutem exoptat.

Intermissis pro tempore sacris studiis, quibus frequens immoror, candidi patres ac fratres in Christo dilectissimi, delegi mihi aliquot horas successivas et subsecundarias ad summam colligendam seriem gestorum hujus monasterii Laetiensis. Ideo principia et velut capita quaedam operis futuris exaravi, quatenus alicui vestrum meo conamine praebeam ansam cudendi integram historiam. Ego quidem tenui natus ingenio, nulla instructus auctorum lectione, non ausim polliceri id quod praestare nequeam, sciens gravem farcinam minime infirmis convenire lacertis. Penes nos est venerandae vetustatis codex vix legibilis, ex quo thema nostri laboris desumptum est. Hunc itaque codicem curiose relegens, obiter annotavi ea quae videbantur scitu digna. Olim in his investigandis a me plus justo sudatum, ac nullae chartae, quamvis

antiquae, meo stomacho satisfacere poterant, donec lectione antiqui codicis calescentem animum utcumque refrigeravi. Si quispiam forte est, cujus animo haud quaquam sedet, quod pro nostri ingenioli exiguitate impraesentiarum scribitur, secum expendat non protinus atro damnandum calculo, quod infra ipsius vires consistit. Imo apud se ruminet humilem imperitorum balbutiem Deo acceptiorem fore quam superbiorum disertas artes. Si denique, ob annorum supputationem nimis exactam, iniquus rerum aestimator me falsarium et mendacem clamaverit, qui etiam exigat omnium quae hic habentur infallibilem veritatem : hunc ad antiquum codicem relego : cum eo (si ita placet) pugnet et ad amussim disquirat, num jure arguendus sim. Ibi videbit non esse mediocris artificii obscuris rebus dare nitorem, nec mihi ulterius succensebit. Volui profecto hac qualicumque opella aliquem historiae praegustum commonstrare, ratus me felicem fore, si alius quispiam excitetur ad scribendum. Quamquam si nullus calamum exercuerit, futurum confido ut nec vos legisse, nec me scripsisse poeniteat. Haec igitur cum venia legite vestrumque Jacobum inter eos ascribite, qui vobis sunt toto pectore addicti. Valete. Ex nostra cellula Laetiensi, XIII calend. Januarii, anno a partu Virginis MDXLIV.

*Prologus in libellum sequentem.*

Filii sanctorum sumus et vitam illam expectamus quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Divina hac sententia, charissimi, placuit loco praeludii excitare charitatem vestram. Brevi siquidem nomenclatura in gestis sanctorum quid tum sequi, quid tum admirari debeamus, apprime opinor testatum. Quare si filii sanctorum esse et dici cupimus, curandum est ut vita nomini respondeat. Locus igitur quem incolimus sacer est, terra quam calcamus sancta est, nec ignoramus eam sanctorum reliquiis esse illustrem. Si horum nomina consideres, nonne primum occurrit laudibus efferenda Hiltrudis virgo, loci hujus et praeses et patrona? Nonne secundo loco se offert venerabilis, frater ejusdem virginis, Guntardus abbas meritis et sanctitate dives? Ecce beata Hiltrudis nunc fulget miraculis clara, quae olim carnis illecebras viriliter praedomuit. Quis (amabo) mente revolvit Hiltrudis humilitatem et non vehementer concupiscit talis fieri qualis fuit et illa? Quis denique beati Guntardi recogitat sanctitatem et non continuo tan-

igitur desiderio sincerioris vitae? Si quod pium et justum est sequi adnitimur, est cur vehementer gaudeamus. Gaudeamus, inquam, quum Deus dignatus est nos in sanctorum loco collocare sanctorumque filios nuncupare. Mea quidem sententia, prohi sanctorum sequaces totis viribus mentem subducunt a terrenis affectibus atque omnem a se prorsus student cum saeculi vanitatem tum vitae ambitionem abdicare. Hos porro dixerim sanctos qui in hac adhuc vita positi piis operibus anhelant ad patriam coelestem et vitam illam incorruptam praestolantur, quam Deus daturus est his qui fidem illibatam corde perfecto offerunt, quique, imbre gratiae perfusi, felici spe muniuntur, nec unquam a recto discedunt: tantum abest ut cor mutem ab eo quem intime diligunt. Igitur os nostrum opertum est ad castae virginis Hiltrudis merita decantanda, cor nostrum dilatatum est; dilatamini et vos, o Laetienses: in coelis habetis advocatam, hanc laudate et sequimini, nam frustra laudare nitimini, si exemplum aspernamini. Ut haec se habeant, tamen precamur lectori aures patienter tribui, nobisque pauca dicturis auxilium adesse divinum.

*Libellus chronicorum monasterii Laetiensis.*

Pipinus junior, Caroli Martelli filius, dictus Brevis, quia statura pusillus, dux fuit Brabantiae, Austrasiae et Aquitaniae, princeps denique palatii ac major domus regiae Francorum, sub Childerico rege strenue rempublicam administravit. Hunc Pipinum virum sane magnanimum proceres Franciae, missa legatione ad summum pontificem, postularunt sibi in regem injungi:asserentes eum potius regnare debere qui regni sagaciter obiret negotia, quam Childericum qui, otio ac deliciis diffluens, nomine tenuis regnaret. Zacharias, hujusmodi nuntiis annuens, Childerico dejecto ac in monasterium intruso, Pipinum intulit regem, quem B. Bonifacius (qui postea a Frisonibus occisus est) unxit in civitate Suessionum, anno Domini 750. Stephanus quoque papa, successor Zachariae, rapinis et incursionibus Aistulphi, Longobardorum regis, pressus, in Gallias venit, ubi Pipinum rursus in regem consecravit, cum omni sequutura progenie. At Pipinus, non ingratus tantis beneficiis, armato exercitu, Italiam adiit superatoque Aistulpho pontificem Romanae sedi restituit, simul eidem conferens universa quae Aystulphus tyrannice invaserat. Hic

Anno 750.

Anno 751.

etiam primum parlamentum in Gallia instituit. Reliqua de Pipino volens omitto, quod non admodum ad id quod instituimus facere videantur. Inter aulicos Francigenas emicuit nobilissimus Wibertus, comes Pictaviensis, illustri ortus familia, ejusque conjux, Ada, nomine, claris natalibus non minus conspicua, ex Francorum nobilioribus<sup>1</sup>. Is igitur honorem cumulatissimum adeptus, omnibus amabilis existit. A Francorum finibus hostes interdum abegit, de quibus victoria potitus, ampla spolia retulit. Erat profecto vir supra modum et corporis viribus et animi magnitudine praestans, quare saepuis hostium acies stravit: nec vir strenuus pecuniarum ingentibus sumptibus, imo nec sibi ipsi pepercit, quo hostes penitus compesceret. Verum quum armis insistendo horum rabiem excitare videbatur, cogitavit, natali solo curisque bellicis relictis, secedere, et quod ei in votis erat, perficere, si modo cum venia et regis munificentia sibi foret permissum. Idcirco regem Pipinum adiit, quid animi gereret indicavit. Rex, hilari vultu ejus petitioni annuens, ei contulit, inter Theorascense et Hannoniense<sup>2</sup> territorium, jure perpetuo possidendam totam terram a Molihanno<sup>3</sup> usque Senuescum, quae nunc Vallis dicitur. Comes de dono gratias egit, atque valedicens paulo post, uxorem ac liberos totamque familiam ad locum sibi concessum advexit. Fertur primo mansisse (juxta vulgi opinionem) in Merlo-Monte, in quo castrum construxit. Merlus-Mons nunc est locus incultus, sylvis horridus, in quo nullum vestigium aedificiorum apparet. Venerabilis autem Ada antequam ad id loci pervenisset, aedificavit ecclesiam Molihanno, impensas et sumptus abunde dinumerans clericis ibidem Deo servituris. Tandem comes Wibertus, quiete cupita potitus, Deo jam addictior, posterumque saluti consulere volens, nutu (arbitror) divino, a fundamentis erexit coenobium Laetiense, supra fluvium Helpram, officinisque monasticis decenter fabricatis, ecclesiam in honore D. Lamberti dedicandam curavit per episcopum Cameracensem, tertio nonas novembris<sup>4</sup>.

Erant Wiberto filii et filiae plures. Guntardus filius et Hiltrudis ac Berta

<sup>1</sup> J. de Guyse, t. VIII, p. 504, (R\*).

<sup>2</sup> Les Bollandistes lisent *Hagnanum*; voir à ce sujet la note, p. 495, du VII<sup>e</sup> vol. de septembre. *Inter Theoracensem et Hannoniensem pagum*; *Acta Bened.*, saec. III, part. II, p. 421; *inter Theoracensem et Hagnanum pagum*; J. de Guyse,

t. VIII, p. 504 (R).

<sup>3</sup> Plus haut *Molhaimo*.

<sup>4</sup> Vid. ann. ord. S. Bened. t. II, p. 204, LXXXII (R).

\* Les notes qui ne sont pas marquées de la lettre R, sont tirées du MS. de la Bibl. roy., n° 13,755.

filiae primum obtinent locum, reliqui omnes (quorum nomina nescimus), immatura morte sublata, sepulti sunt in ecclesia Laetiensi, quos beata immortalitas in aeternum suscepit fovendos. Officinis, ut praediximus, monasterii Laetiensis rite compositis ac monachis ex diversis regionibus adunatis, Guntardus, sanctitate reverendus, efficitur primus abbas. Qui quantis floruerit virtutibus non est nostrae exiguitatis enucleare, malui enim verecunde tacere quam rem dignissimam indigne tractare.

Walcandus, comitis Ardennae filius, fit episcopus Leodiensis; vir multis Anno 810. modis magnus et suspiciendus, humilitatis et honestatis amator, statum religionis, in quibusdam monasteriis pene collapsum, ad justam vivendi normam restituit. Donavit etiam Wiberto comiti reliquias de corpore B. Lamberti, multasque alias benigne contulit<sup>1</sup>, nam praeter amicitiam incorruptam qua sese complectebantur, erant sanguine propinqui.

Interea Hugo, Burgundionum princeps, adamavit virginem Hiltrudem, quam ardenti animo quaesivit sibi sponsam assumere, ha quippe virgine nihil erat pulchrius, nihil amabilius, nihil formosius; si morum ingenuitatem spectes, non minus superabat omnes prudentia quam forma. Idcirco virginis tum pulchritudine, tum modestia plectus, omnem movit lapidem quo frueretur cupitis nuptiis. Atqui virgo sacra Christum amans, Christum sitiens, cui desponderi anhelabat, paucis fidis arbitris se comitantibus, secessit in tempesta nocte in proximam sylvam. Quibus arbitramur eam orationibus, quibusve suspiriis Christi clementiam interpellasse, atque illi virginitatem suam commendasse ut illibatam usque in finem dignaretur conservare? Altero die parentes ejus principem alloquuntur, scientes virginem dudum altioris instituti amore teneri. Quare impense rogant haberi excusatam. Ipsi quoque indicant superesse et aliam filiam aequae nobilem et pulchram, Bertam nomine, cui si vellet conjungi jure matrimonii, ipsam legitime desponsaret. His auditis princeps, celebratis ex more nuptiis, Bertam suscipit conjugem. Revocatur B. Virgo ex silvarum latebris, nuptura et ipsa sed non homini mortali, non Burgundionum principi, sed ei qui sponsus est animarum et prae filiis hominum speciosus.

Dominus Theodoricus, episcopus Cameracensis, dominici gregis pervigil

<sup>1</sup> Quoto anno reliquias dederit, utrum primo, ignoratur. aut secundo vel vicesimo episcopatus sui anno.

custos, virginem Christi Hiltrudem consecravit eique velamen sanctae conversationis imposuit<sup>1</sup>.

Berta, soror Hiltrudis, cum viro suo Hugone, Burgundiae principe, a Laetiis secessit, et Burgundionum partes incolere coepit. Verum prius quam ex hoc saeculo migraret, in magna continentia finem vitae fertur terminasse, neque desunt hodie qui constanter asserant eam miraculis claram haberi in Francia.

B. Hiltrudis a tempore quo solemniter consecrata fuit Christo cellulam habuit in ecclesia, oratorio fratrum contiguam: in qua decem et septem annis, mundo mortua, Deo vivens perseveranter sibi thesaurum immarcessibilem acquisivit in coelis. Hanc vir Dei Guntardus epulis pascebat prope quotidianis, sacris videlicet scripturis. Caeterum tam ipse quam virgo beata, de coelestis vitae gaudiis dulcia miscebat colloquia et, velut duo cherubim supra propitiatorium arcam obumbrantia, sese mutuis alis charitatis protegebant. Contemplare mihi quo affectu Altissimum sibi reddebant familiarissimum, quibus omne tempus aut jejuniis, aut abstinentiis, aut sacris hymnis, aut sacrae lectioni, aut coelestibus colloquiis, aut piis precibus, aut charitatis officiis impendebatur. Et ut summatim dicam, in ipsis nihil apparebat quod non eximiam sanctitatem redoleret, imo nunquam loquebantur, nisi utilem persuasionem et spiritualem instructionem ex se diffunderent. Plane se reciproco amore complectebantur. Alter alterius congaudens saluti, non nisi coelestia desiderare noverat. Sed ad solam Hiltrudem recurrat oratio, de cujus exitu et virtutum meritis compendio explicare nitemur. Christi itaque virgo, cum omnibus tum praecipue monachis ac virginibus imitanda, nobis magnum calcar vitae correctioris addit, potissimum iis qui non segniter recolunt quam pure et prudenter declinaverit blandientis saeculi ineptias. Ejus cella templo adhaerens maxime videtur ex loci situ congruisse virgineae modestiae, ita ut facile conjicias illam solitudine gavisam, illique amicam fuisse tranquillitatem. Imitemur hanc Deo dilectam virginem: viri nomen non sit inane in nobis. Nulla difficilis virtus, si prompto ad eam feramur animo. Potuit puella et nobilis et delicata mundum spernere: viri non poterunt? Quare illa potuit? numquid viri sunt delicatiores hac virgine? numquid infirmiores valetudine? Dives potuit, pauper non poterit? Olim sancti in laboribus sudarunt, jam felici

<sup>1</sup> Hiltrudis Christo consecratur 831 vel potius 753. (J. de Guyse, VIII, 316. R.)

potiantur quiete, tacite quidem mortales admonentes gloriam et praemium eos in patria habituros, si neququam sequi detrectent praevium exemplum. Igitur Hiltrudis, obviam sponso itura, modico corripitur langore corporis, paulatimque viribus destituitur. Tandem, calcato saeculo ac cursu feliciter consummato, sancta illa anima coelicolas evolavit ad aedes<sup>1</sup>. Digne enim in coelis collocatur quae sexum vicerat cum saeculo, quae oleo pietatis in mente largiter praeparato sponsi operiebatur adventum.

Corpus ejus in dextera parte altaris D. Lamberti sepelitur<sup>2</sup> simulque in ejus tumba testamentum reconditur quod ipsa toti Laetiensi congregationi in donam perpetuum contulerat<sup>3</sup>. Titulus sepulchri ejus talis fuit: *Hic jacet Hiltrudis Christi virgo, quae obiit quinto kalendas octobris*.

Genitores B. Virginis, pleni dierum et sancta conversatione, ubi adesse finem vita senserunt, rogaverunt se sepiliri in porticu ecclesiae<sup>4</sup>. Quos vir Dei Guntardus post felicem exitum, in eodem loco decentur humavit, patrem quidem in loco excelsiori, matrem vero in loco humiliori.

B. Guntardus jam aetatis propectae peneque morti vicinus, suavi scripturarum eloquio, suos ad meliora invitare non desinebat. Quippe sciens diem extremum imminere, coepit mansuetissime docere fratres de suo exitu prope diem futuro, atque ut alacres essent in Dei cultu cum lacrymis obtestari. « En, inquit, filii, aruit foenum et flos ejus decidit. Ecce in foribus est dies ultimus. Fateor me hunc diem semper ante oculos habuisse. Hunc memori mente sciebam aliquando venturum, et quo incertiore praestolabar, eo sollicitiorem me reddebat. Charitatem et mutuam dilectionem inter vos retinetis, in affectum quem hactenus vivo exhibuistis, nunc morituro etiam praestate. Scio, filii, scio quoniam post decessum meum calamitates coenobiorum, civitatum depopulationes occulto ac justo Dei judicio orientur; verum non est cur metuatis, tantum in hoc toti incumbite ut rectori animarum vestrarum sinceris obediatis animis<sup>5</sup>. Religionis zelum habetote, salutem animarum in

<sup>1</sup> 847 vel potius 769, sancta Hiltrudis migravit ad Dominum. [V. *Ann. ord. S. Bened.*, t. II, p. 299, XI. J. Guyse, VIII, 322 donne son épitaphe en ces termes :

*Hic sunt Hiltrudis, Christi virginis, corpus, quae obiit V. kalendas octobris (R)].*

<sup>2</sup> B. Hiltrudis primo sepulta fuit circa altare

D. Lamberti ubi multis annis jacuit, donec elevata fuit ab humo canonicorum tempore.

<sup>3</sup> Sur ce testament, consultez J. de Guyse, VIII, 320 (R).

<sup>4</sup> Nusquam mandatam est litteris quoto anno decesserint.

<sup>5</sup> Quis fuerit abbas post Guntardum nescitur.

omnibus quaerite. Christi gloriae nihil omnino anteponite donec, hinc egressi, ab eo factorum vicem receperitis. Haec patris vestri ultima tenete monita et valet in Christo, viscera mea: » Talia aegrotus dicebat, fixusque manebat, et modico temporis intervallo transacto, collectis in unum membris, emisit spiritum. Omnes qui tum aderant, pietate naturae, pariter et amore defuncti, in lacrymas effusi sunt.

Deinde sanctum illud corpus terrae mandantes in medio oratorii collocarunt<sup>1</sup>, super cuius sepulchrum titulus erectus meritum et sanctitatem viri testabatur: obiit octavo Decembris die, relatus inter divos. Et licet non sit canonicatus, tamen ejus orationibus certo credimus apud Deum nos adjuvari. Perseveravit religio post mortem Guntardi multis annis, usque ad obitum Caroli Magni et filii ejus, Ludovici Pii, donec per Gallias multiplicata sunt mala, quando cupiditas et ambitio principum animos perverterunt. Omnibus etiam his qui vix a limine historias salutarunt, perspicuum est ambitionem (malorum omnium escam) maxima quaeque regna, non solum vehementer concussisse, verum etiam fere delevisse. Nam luce clarius conspicimus Francorum reges, discordia exorta, factos ditone et potentia minores, qui quondam florentissimo rerum successu gaudebant sub Carolo Magno<sup>2</sup>. Sic natura comparatum est ut concordia res parvae crescant, discordia vero maxime dilabantur.

Igitur Lotharius<sup>3</sup>, Ludovici Pii primogenitus (qui adhuc vivo patre, in conventu Aquisgrani celebrato, consors imperii declaratus fuerat) patri successit in imperio Romanorum et regno Francorum. Ludovicum autem vixdum ad sepulchrum apud Metenses elato, Carolus et Ludovicus, ipsius defuncti imperatoris filii, se debita parte regni privari dolentes (ob regni praesertim Italiae successionem), vehementissimis in Lotharium odiis exarserunt, et illico correptis armis, copiisque coactis in Altissiodorensi agro apud Fontanicum<sup>4</sup>, ipso sacrae Ascensionis Christi die, cum fratre praelium committunt, in quo, ut scriptores tradunt, tanta utriusque facta est caedes, ut nulla meminerit aetas tantam ingentem Francorum stragem fuisse. Ludovicus et Carolus supe-

<sup>1</sup> Nunc locus sepulchri ejus nobis incognitus est.

<sup>2</sup> Carolus Magnus obiit 813; Ludovicus Pius, 840.

<sup>3</sup> Necessè fuit annotare hic de hoc bello et

regum divisione pro pleniore intellectu vastationis Galliarum quam textus sequens utcumque demonstrabit.

<sup>4</sup> Hoc bellum saevissimum actum est anno 840.



riores evaserunt. Fugiens Lotharius cum fracto laceroque exercitu, Aquisgrani se recepit. Duobus denique annis in tali discordia elapsis, procerum ac nobilium precibus permoti, inducias indixerunt, quarum occasione de pace et paternae hereditatis divisione agi coeptum est. Qui communem totius regni calamitatem et interitum miserati, foedera pacis ineunt in Viridunensi oppido. Galliae tunc nimium infelices senserunt quantum perniciiei imperatoris Lotharii et fratrum discordia attulerit rebus humanis. Porro anno 846, Normanni, per Ligeris fluvii ostia ingressi, Aquitaniam vastarunt; exin per Galliam longe lateque vagati, multa oppida, plurima quoque castella populati, horrenda immanitate miserum vulgus cruciarunt, adeo ut verbis consequi nequeam quantis damnis Gallias affecerint regnante Carolo Calvo, fratre Lotharii imperatoris.

De vastatione Galliarum multi historiographi multa scripserunt et mire variant, nec inter se satis conveniunt: diversae sunt eorum sententiae quarum nodos operae pretium fuerit succincte ostendere. Quidam namque asserunt hanc miserabilem Galliarum calamitatem illatam a solis Normannis. Sunt alii qui factam credant a Danis. Adhuc quidam sunt qui adstruunt Danos venisse cum Normannis. Alii rursus affirmant Wandalos, alii vero Hunos sive Hungros, alii Lotharingos, alii Germanos in Gallias atrociter desaevisse. His accedit et aliorum sententia verior et congruentior, qui dicunt praefatos hostes non simul sed successive, diversis quidem temporibus, in Gallia clades exercuisse. Horum opinio receptior est, mihi quoque magis videtur servire tempori. Balduinus historiographus indiscriminatim has bellorum calamitates adscribit Hannoniensi comitatui, non annotans certum tempus. Unde reor eum plures historiarum partes confudisse. Nam a bello quod Lotharius imperator gessit cum fratribus suis, Ludovico et Carolo; Normanni, tunc inaudita crudelitate frementes, annis circiter quadraginta (Andreas Marsianensis historicus scribit sexaginta) desaevierunt atque populum Dei contriverunt, sic ut rarus tum fuerit qui non pressus sit eorum rabie.

Balduinus historicus.

Hunni, gens Scythica, innumera pene manu olim finibus suis egressi, Pannonicos populos invasit quos patriis expulit sedibus. Tum Hunni, mutato nomine, dicti sunt Hungari sive Hungri, qui prima in Germanos expeditione delati, multis mortalibus vel caesis vel captis, loca sacra atque profana spoliaverunt, et ferro ignique destruxerunt, nec minorem in Galliis vel rerum praedam vel aedificiorum demolitionem ediderunt.

Tempore Ludovici Balbi, filii Caroli Calvi, Normanni cum Danis, Hungris aliisque barbaris et infidelibus innumeris Brabantiae, Hannoniae, Flandriae, Franciae, Leodii fines irrumpunt et crudelissime saeviunt. Horum duces Godefridus et Sigefridus Leodium, Trajectum, Tungrum, Coloniam comburunt, quorum feritas etiam aliquot Franciae oppida ac coenobia funditus evertit<sup>1</sup>. Ex quo accidit ut castrum Condatense invaderent. Inde velut canes furibundi se proripientes, omnia totius Hannoniae templa, sanctorum aedes ac monasteria miserabili calamitate affecerunt: ut merito in his recensendis horreat animus. Ecclesiam Laetiensem frustrato conamine non potuerunt incendere. Quo viso, omnem ejus ecclesiae familiam diripiunt captivos utriusque sexus abducunt: nec dubium quin plurimi innocentes monachi mortem crudelem oppetierint; pauci fuga lapsi, mirum si diu postea vivere potuerunt. Attende, Jesu bone, de coelo et vide de habitaculo sancto tuo et gloriae tuae; ubi est multitudo viscerum tuorum et miserationum tuarum?

Hostes nostri conculcaverunt sanctificationem tuam. Ecce incluta illa Laetiensis ecclesia facta est praeda odientium eam: nihil in ea stabile permansit. Dudum dulce canticum Domino universorum depromebat, jam nil novit nisi planctum et dolorem. Locus namque habitatoribus destitutus eo quod nullus protectione defenderetur, in manus saecularium devolutus est: a quibus sacrae Virginis possessiones invasae sunt. Sicque homines, cupiditatum face ardentes, ea quae divino cultui fuerant mancipata suis applicuerunt usibus. Praeterea in hac rerum stupenda depopulatione totius Hannoniae libri pene omnes conflagrarunt; inde contingit nos historiarum et annalium inopia laborare. Quare vehementer desiderarim Esdram quempiam exurgere ut, quod ille gnaviter in restauranda veteri lege post incendium Jherosolymorum praestitit, ita nunc quispiam rerum peritus omnes Hannoniae historias in gloriam Dei et sanctorum ejus justo volumine describeret: ingenti omnium voluptate tum utilitate exciperetur.

Hac tempestate multae ecclesiae, tam saecularium quam religiosorum, circumquaque sine divinis officiis manserunt desertae. Quamobrem primates patriae dolentes cultum Dei oblitteratum causa infidelium debacchantium in clerum et populum christianum, contra impietatem arma sumpserunt. Inter hos exstiterunt duo insignes viri Reinerus<sup>2</sup> cognomento Longo-Collo, comes

Librorum conflagratio.

<sup>1</sup> Chronica Hannoniae huic tempori assignant regionis.  
vastationem ecclesiarum et oppidorum hujus

<sup>2</sup> Voy. tome I, page cxiii. (R.)

Hannoniae, et Franco, episcopus Leodiensis, ex nobili militia Hannoniae ortus. Hi ergo cum abbate D. Amandi communi decreto statuerunt ferocitatem Normannorum (si Deus faveret coeptis) compescere, militibusque congregatis et in praelium compositis, tertio conflictu vicerunt adeo nobiliter ut Godofridum, ducem ac principem militiae Normannorum, captivum ducerent. Quem Reinerus jussit sacro tingi baptismate. Caeterum ubi reipsa comperit fidelis populus Deum favisse christianis, securitate resumpta, unusquisque remeavit ad propria. Et ut populus ad divina esset promptior, praedictus Reinerus plerasque studuit reaedificare basilicas: maximus quoddam animae solatium habiturus; si suo aevo ecclesias in priori decore daretur conspici.

Leguntur quidem Normanni saepius ferina crudelitate Galliarum civitates, villas, castella locaque sacra ferro et igne vastasse, atque (ut superius dixi) per quadraginta annos Galliam infensissime oppugnasse: quos Arnulphus imperator, sumptis armis, adhuc rebellantes magnis cladibus perdomuit. At quoniam nulla calamitas sola, Hungri, denuo suis egressi sedibus, Galliae, Germaniae ac Italiae populos sine ulla miseratione persecuti sunt <sup>1</sup>.

Normanni tandem Christi fidem post horrenda facinora receperunt. Quorum dux nomine Rollo Gillam, Caroli principis, Francorum regis, filiam, accepit in conjugem et cum ea terram Neustriae, quae modo Normannia vocatur <sup>2</sup>.

Anno 939<sup>3</sup>, Hungri, adhuc frementes et sanguinem christianorum sitientes, irruerunt in Gallias, nec contenti hominum interneccione, aedificia, erecta in Hannoniensi solo a persecutione Normannorum, miserabiliter everterunt.

Otho I, natione Saxo, Romanorum imperator, habito consilio <sup>4</sup> Moguntiae, Brunonem legatum imperialem direxit in inferiores partes Galliae Belgicae, pro reparandis templis. Cui mandavit ut stricte Reinerum, comitem Montensem, pro merito exerceret: quippe nimiae crudelitatis apud imperatorem accusatus, venire contempserat. Igitur Bruno, Coloniae archiepiscopus et Lotharingiae dux, in civitate Vallencenensi jussit adesse multitudinem principum ac nobilium. Cum quibus serio pertractans, ea pro quibus advenerat, Reinerum, Montensem comitem, irrevocabili damnavit exilio.

Antequam Dominus Bruno a Vallencenis discedere pararet, auctoritate Anno 960. summi pontificis, pariter et imperatoris, restauravit quasdam ecclesias quibus

<sup>1</sup> 905. Ex chronicis Hannoniae.

<sup>2</sup> Andreas Marchianensis.

<sup>3</sup> Ex chronicis Hannoniae.

<sup>4</sup> Almericus et Rogerius historici.

annuos proventus abunde contulit. Monasteria aliquot ex toto diruta multis ornavit aedificiis. Abbatiam S. Vincentii Sonegiensis, collegium D. Walde-  
trudis Montensis ac ecclesiam B. Aldegondis Malbodiensis, ampliatis aedificiis,  
pristino decori restituit. Praeterea monasteria Lobiense, Altimontense, Cel-  
lense (quod dicitur Sancti Ghisleni), ecclesiam Condatensem beatae Mariae  
Virginis, ecclesiam quoque B. Gaugerici Vallencenensis mirificis dotavit  
privilegiis, et quod hominum temeritas sibi ex patrimonio Christi usurpa-  
verat, quantocius censuit auferendum ab eis. In plerisque locis monachos, in  
aliis canonicos, in quibusdam vero nonnas saeculares (quas vocant Albas Do-  
micellas) restituit. Talibus pietatis operibus per sexennium intentus, non  
recessit a territorio Hannoniensi donec vidit cultum Dei in optimo esse  
slatu. Hic praeclarus vir, postquam loca sancta a Normannis et Hungris pro-  
fanata reparavit, negotiis arduis finem daturus, Francorum aulam adiit. Sed  
in itinere, aestuanti febre, Remis diem clausit extremum, non sine magna  
sanctitatis opinione, cujus corpus Coloniam relatum honorifice sepelitur.

Anno 965.

Misericors et miserator Dominus palam cunctis facturus quanti Hiltrudis  
virgo apud se esset meriti, tumbam virginis coepit variis illustrare miraculo-  
rum signis. Erant tum pauci rudes incolae circa templum Laetiense habi-  
tantes. Horum enim aliqui Hungroꝝ rabiem evaserant: alii adhuc crudis  
vulneribus ex captivitate redeuntes, tuguriola pro domibus fabricaverant.  
Concessum est divina clementia puellae Robergae<sup>1</sup> atque iis quibus cordis  
oculus purior et mens sincerior inerat, angelorum voces et dulcis melodiae  
canticum intempesta nocte audire, circa virginis Hiltrudis sepulchrum. Pro-  
fecto Deus, qui laborem et dolorem considerat, dignatus est pensare angelo-  
rum ministerio id quod temporum injuria dudum subtractum fuerat de  
divino servitio. Ubi fama virginis ac miraculorum ejus coepta est circum-  
quaque populorum vocibus praedicari, clericorum coetus, qui antea ibi adu-  
natus erat, non mediocre sumpsit augmentum. Si ex conjecturis quidquam  
adstruere licet, agente domino Brunone, Coloniensi archiepiscopo, Vallen-  
cenis, clericorum ordo in ecclesiam Laetiensem posset videri introductus<sup>2</sup>.  
Nisi fortuna iniquior felicibus ejus successibus invidisset, nemini dubium

<sup>1</sup> Vide historiam Hiltrudis ubi exacte habetur  
de Roberga, et quid nocte audierit. [Ce miracle  
est recueilli dans J. de Guyse, VIII, 338, (R)].

<sup>2</sup> Nihil de dono Laetiensi habetur in chroni-  
cis Hannoniae, licet in eis fiat mentio restaura-  
tionis aliarum ecclesiarum ac coenobiorum.

quin monachos Laetiis reponeret. Verum, morte praeventus, nequivit consummare opus et negotium omnium ecclesiarum Hannoniae.

Anno tertio imperii Henrici secundi, Erlinus, Deo dignus episcopus, ob sanctitatem in magno pretio habitus, cathedrae Cameracensis munia gessit. Anno 1004. Hic, eximio Spiritus sancti repletus gaudio, gratias egit omnipotenti, quod virtus miraculorum etiam in sua non deesset dioecesi. Quare die statuto, fidelium desiderio satisfactorius, Laetias venit : et, clero ac populi multitudine circumdatus, sacrae virginis Hiltrudis ossa ex tumulo reverenter levavit <sup>1</sup>. Huic solemnissimae elevationi turmae credentium affuerunt laudantes Deum, at nemo omnium sine lacrymis, quas pietas in Deum et sanctos excusserat. Aderant etiam utriusque sexus graves personae, quae, in tali virginis triumpho, dulci coelestis vitae igne succensae sunt. Ossa virginis in loculo novo collecta fuere super altare sancti Lamberti martyris.

Venite, populi Laetienses, audite et narrabo quanta altissimus vobis elargitus sit beneficia. Ecce advocatam (Hiltrudem dico virginem) quam in coelis habetis, voluit in mundo multis modis esse honoratam, cujus sacros cineres in sublime elatos curationi et medelae posteris vestris reliquit. O episcope, o vos qui huic repositioni affuistis, utinam locum sepulturae admoto grandi saxo aut saltem rudi nota signassetis! Nunc christianus populus ad sepulchrum ejus advolans, totis praecordiis Altissimum laudans, plurimum gauderet, haec aut similia gratulabundus, in laudem virginis procumbens decantaret : « Ecce locus in quo B. virginis corpus latuit. Ecce tumulus beatus, dignissimis aspersus cineribus, ecce tumba honore debito veneranda. Felix progenies, quae nobis talem donavit virginem! Ipsa olim quae sursum fuit sapiens et vere cum Christo in Deo abscondita, jam populorum turmis confluentibus visitatur, et ab omnibus sinceris mentibus colitur. »

Post hanc sacrae virginis e tumulo elevationem, opinor sagaci prudentia canonicorum et clericorum, etiam beatorum Wiberti comitis et Adae, uxoris ejus, et prolium eorumdem, ossa in unum collecta, fuisse simul recondita in meditullio oblongi marmoris, velut in cistella quadam. Hunc cavum lapidem aliud grande saxum ejusdem longitudinis cooperit, super se habens hominis effigiem sculptam, unde ex consideratione lineamentorum ejus, certis indiciis adducimur ut dicamus in honorem parentum B. Hiltrudis hoc quidquid

<sup>1</sup> A morte Hiltrudis usque ejus elevationem numerantur anni 157.

est sculpturae aeternae consecratum memoriae. Nam penitus scrutanti, videre est in capite illius statuae vittam vario sculpturae ornamento circumdatam; si chlamidem spectes, fimbrias ejus valde decoras videbis, adeo ut plane constet majores nostros non frustra aut inaniter hanc insignem memoriam posteris commendasse. Res ipsa etiam hodie clamat has ossium reliquias minime fuisse traditas a patribus saxae custodiae, nisi sanctitatis honore et titulo praefulgerent hi, quorum ossa in marmore aere perenniori pie incluserunt. Censeant alii quod volunt, ego vero pro mea virili parte ausim constanter adstruere eos beatas coelo animas reddidisse, quos praedecessores nostri non timuerunt prosequi honore. Quamquam nihil solidae scripturae in ullis veterum monumentis ostendere possim, tamen (nisi mea me fallit opinio) verisimile est alibi mandatum scriptis qui et quales olim jusserint hanc structuram marmoream componi. Putamusne patres nostros tam stolidos ac dementes fuisse ut sine delectu e sepulchris impiorum ossa credantur levasse, aut sane eorum qui in vita minime fuerunt fidei exploratae? Et licet ignoremus quid honoris iis ossibus a majoribus impensum fuerit, tamen nec pium nec tutum erit ipsis passim derogare.

Guericus (cui cognomen *Le Sor*), vir nobilis, hoc tempore invasit comitatum Nerviensensem cum ditione Brabantinorum, vehementer desiderans conquirere novas possessiones. Nam, militum frequentia stipatus, vi et armis obtinuit eas terras, quas Gerardus de *Rousillon* quondam possederat, subinde allegans se haereditatem praedicti Gerardi. Hoc praetextu, totam pene patriam Brabantiae cum comitatu Nerviorum subjugavit, atque villas et oppida cum munitioibus fecit tributaria ac stipendiaria dominis Avesnensibus, suis videlicet successoribus. Hic Guericus mansit in oppido Lutensi, quod magnifice reparari jussit. Multas praeterea villas et oppida muris altis, fossis profundis et moeniis circumdedit, quo tutior esset adversus hostium insultus. Tornacum obsedit et mox obsides secum abduxit in urbem Lutosam. Attamen Tornacenses, postea rebelles, crudeli obsidione pressos in deditionem accepit. Omnia etiam quae attingebant ripam fluminis Scaldae pacifice possedit, proprias leges ibi conscripsit perpetuum duraturas. Septimo belli suscepti anno, super flumen Scaldae munitissimum castrum erigi mandavit. Uxorem nobilissimo genere editam duxit, ex qua filios et filias suscepit. Ab hoc Guerico exordium sumpsit nobilis genealogia dominorum Avesnensium et eorum qui Lutosam urbem titulo generositatis exornant. Praefatus Gue-

ricus dono accepit a comite Montensi, in feudum perpetuum, nonnullas Brabantiae possessiones cum his quae appendent. Huic praeterea liberalitate comitis donata est tota terrae possessio quae adjacet inter duas Helpras, in qua omne patrimonium Hiltrudis virginis conclusum est. Atqui non fuit qui ex adverso staret pro domo Dei et defenderet jus Laetiense. Haeredes hujus Guericus sibi facultates ecclesiae tam tenaci vinculo adstrinxerunt, ut citius clavam e manu Herculis extorseris, quam hos inducas ad integram bonorum ecclesiae restitutionem. In prosperitate eximia vitam exegit Guericus, relinquens liberis possessiones ut haereditarias, quas ipse a suis non acceperat.

Grisia, virgo mobilissima, soror secundi Henrici imperatoris, Stephano, Hungariae regi collocata est vinculo conjugali, cujus opera rex ipse et populus Hungariae integram Christi fidem accepere. Obiit Stephanus, rex Hungariae, anno Domini 1038, regni autem sui anno 37, sepultus in basilica Albensi, quam in honore Dei genitricis construxerat, ubi crebris claret miraculis cum sua conthorali. Libuit hic horum conversionem annotare, ut in eis clementiam conditoris collaudemus, qui fidei et religionis christianae capitales inimicos in consortium sanctae matris ecclesiae asciscere dignatus est, nam quos dudum rabiose fremere senserant nationes Europicae, nunc omnis mundus miratur corde tenus mites et mansuetos factos gratum Christi odorem ex sese spirare.

Anno 1010.

Anno 1038.

Templum quod parentes B. virginis olim construxerant, nimia vetustate corruptum, videbatur sui casum propediem denuntiare futurum. Nam tempus edax rerum diuturnum nihil sinit esse, sed omnia quae sub sole consistunt, variis subjiciuntur eventibus. Interim quadam nocte contigit ut quidam homo Dei, quiete membra lassa refoturus, in strato recubans jaceret; huic virgo Hiltrudis, splendido ornata vestitu, apparens: «Heus! tu, inquit, vir Dei, somnum procul abjicere curato, meisque sermonibus aurem placidam accomoda. Cave ne quid tua negligentia praetermissum fuerit. Templum quod genitores mei dicarunt, diuturnitate corruptum, minatur sui ruinam, idcirco dic Adelardo et Ermentrudi, ejus uxoris, ut non differant novam mihi erigere ecclesiam in loco horrei sui.» Homo Dei, non incredulus tantae visioni, Adelardum et Ermentrudem adiit, voluntatem D. Hiltrudis cito implendam monuit, quod et factum est. Nam Ermentrudis ferventis erga Deum animi, maximeque pro Dei honore ac propria salute sollicita, ecclesiam fieri <sup>1</sup> et

<sup>1</sup> Constructa est ecclesia imperante Henrico Augusto tertio.

justo ornamento decorari curavit. Sicque nova ecclesia alteri contigua erecta est. Episcopus Cameracensis; honorandus vir Gerardus<sup>1</sup>, hanc ecclesiam dedicat quinto nonas Maii, in qua reposuit solemniter sacrum corpus B. Hiltrudis cum aliis multis reliquiis sanctorum.

Clerici et canonici Laetiis degentes omnium unanimi consilio statuerunt eripere possessiones ecclesiae e manibus saecularium. Quare perspicue cognoscentes catalogum privilegiorum et bonorum domus in sarcophago virginis ad amussim contineri, in curiam detulerunt testamentum virginis, ad bona ecclesiae approbanda. At ne invasoribus bonorum ecclesiae daretur tergiversandi occasio, coram omnibus recitatum et indicatum est, a quibus ipsae possessiones jure repeterentur.

Wedricus, cognomento ad Barbam, sciens atque intelligens per hoc testamentum ea quae hactenus tenuerat, repeti, ipsum avulsit testamentum de manibus legentium et in ignem projecit. Ibi simul perierunt omnia jura, possessiones et privilegia quibus olim magnifice dotata fuerat Laetiensis ecclesia. Wedricus, praedicti facinoris auctor, mansionem habuit apud Fayetum, super fluvium Helpram, in loco palustri. Genuit autem filios et filias, fuitque quartus successive a Guerico-le-Sor, qui plurima exercuit praelia, potissimum in Brabantia, quando oppida et villas fecit sibi tributarias et stipendiarias. Testamento igitur exusto, Wedricus, nonnullis postea transactis diebus, divina ultione obiit intestatus, cujus corpus, Laetias allatum, sepelitur inter duas ecclesias, B. scilicet Lamberti et aliam quae monitu Hiltrudis recenter extructa erat. Dicant alii quod sentiunt, mirentur Wedrici mortem repentinam; ego vero pluris facio Laetiensium charitatem, qui, bonum pro malo reddentes, Wedricum honeste sepelierunt, futuris saeculis hoc facto aeternam sibi memoriam relinquentes.

Supplicanti canonicis cuidam monacho Wachoriae<sup>2</sup> ut ea qua erat ingenii dexteritate praeditus, ad delectandum futurorum animos, vitam D. Hiltrudis, stilo exararet. Scripsit equidem monachus historiam suavi eloquio politam, minus tamen perfectam numeris, cum constet eum singulis quibusque rebus non affixisse certum temporis indicium; at si recogites ipsum audita solum

<sup>1</sup> Gerardus antistes obiit anno 1049.

<sup>2</sup> Abbatia Wachoriensis sita est in solo Leodiensi, non procul distans a Dinanto. In eadem

forte fuit monachus, qui, rogatus a canonicis, vitam B. Hiltrudis stylo placido composuit.



non etiam visa posteris tradidisse, desinas mirari cur tam succincte scripsit de statu ecclesiae. Alioqui vir eruditus omnium desiderio satisfactorus erat, si praeteritarum rerum licuisset vel fragmenta evolvere.

Scribens namque historiam priores arguit negligentiae et inscitiae. Ego sane possem similiter conqueri et incusare majores nostros, qui nullis nos scripturis instruxerunt, qui a B. Guntardi morte usque ejectionem canonicorum praefuerint huic loco. De his hactenus ad alia progrediendum quae scripturarum monumentis defendi possunt <sup>1</sup>.

Theodericus, filius et haeres domini Wedrici, domini Avesnensis, duxit uxorem venerabilem matronam Adam <sup>2</sup>; haec autem nupserat successive duobus viris, Godefrido, scilicet a Guisia, et Waltero a Nivella, de quo genuit filiam Beatricem nomine. Hi duo viri, non minus divites quam nobiles, dicuntur occisi fuisse. Caeterum D. Theodericus, crebro recogitans patris facinus, quo testamentum B. Hiltrudis flammis donaverat, decrevit, pro remedio et satisfactione facinoris, ecclesiam fundare in oppido Avesnensi pro monachis Laetiensibus <sup>3</sup>. Nam viriliter operi se accinxit et brevi aedificium quod monasticis personis aptabatur, adeo crevit ut jam dormitorio, refectorio atque capitulo constructis, pauca superessent componenda. Verum uxoris suae Adae precibus pene quotidianis satisfactorus, intermisso opere Avesnensi ac salubriori agens consilio, coepit Laetiis aedificare pro monachis ecclesiam studioseque officinas religioni congruentes restitui curavit, in quibus posthac viri Deo mancipati digerent. Pro reparatione ecclesiae ad usum monachorum, vir laude dignus episcopus Laudunensis Bartholomaeus, consanguineus Adae, nobilis matronae, dedit ligna, trabes et tigna de Vosago. Canonicis igitur ejectis et expulsis, monachi in Laetiensi ecclesia (agente Theoderico, domino Avesnensi) restituuntur, sub norma et instituto Divi Benedicti, patris nigrorum monachorum <sup>4</sup>. Sicque, opere templi consummato, praesul Laudunensis varia dedit ornamenta ecclesiastico usui apta; similiter dominus Theodericus, ne ecclesiam quam tantopere curarat restaurandam, sine dote relinqueret, praeter egregias quasque possessiones quas

<sup>1</sup> Vita D. Hiltrudis quae hodie legitur, non satisfacit curioso temporum indagatori. tom. IV, p. 465. R.).

<sup>2</sup> Hujus matronae genus et nobilitatem in gestis ecclesiae Laudunensis habentur copiose.

(V. Ann. ord. S. Bened., tom. V, p. 556, et

<sup>3</sup> Haec aedificia longo postea tempore steterunt.

<sup>4</sup> Laetiis restitutio monachorum facta creditur anno 1081.

reddiderat, etiam villam quam vocitamus *Ferron* ecclesiae donavit, cum telonio et altari Avesnensi, plura certe de suis elargiturus, nisi hunc mors crudeliter praevenisset. Sed ne novella plantatio, in monachis nondum firmiter radicata, vitiorum nefaria colluvione contaminaretur, Ada, cujus instantia et precibus monasterium erat innotatum, spiritu fervens viro suo in dies commendabat ecclesiam; et ne unius Theoderici auctoritas parvi aestimaretur, curam hujus domus commisit Reineri, suo consanguineo, qui, tum abbas in coenobio Crispiniensi, vitae sanctitate fulgebat. Et quia praedicta matrona nullum haeredem de Theoderico reliquit, sincero affectu diligebat ecclesiam, cui sine dubio omni vita favere non destitit.

Anno Domini 1080<sup>1</sup> restitutio monachorum in Crispinio facta est per Balduinum, Hannoniae comitem, et ejus matrem dominam Richildem, Gerardo secundo, episcopo Cameracensi praesidente, qui etiam pro hac monachorum instauratione plurimum laboravit. Primus namque abbas ibidem ordinatur Reinerus, monachus coenobii Hasnoniensis, de quo paulo supra mentio facta fuit. Hic, duobus comitatus discipulis, Romam adiit, uno quidem Johanne monacho, altero vero Auberto saeculari<sup>2</sup>, qui post reditum monachus factus in Crispinio, deinde in solitudinem secedens, sanctitate plenus in reclusionem stetit, in qua post mortem miraculis clarus conditus est. Tandem, emensis Alpibus, Romam ingressi, limina apostolorum Petri et Pauli mente suppliciter visitarunt. Lustratis autem apostolorum oratoriis, Reinerus abbas a summo pontifice confirmationem domus Crispiniensis impetravit. Benedictione denique apostolica fultus, cum sociis ad propria redire non distulit. Ipse formam et modum religionis qua tunc in Crispinio utebantur, transtulit in ecclesiam Laetiensem festumque B. Landelini confessoris ibidem celebrari instituit 1096.

Reinerus<sup>3</sup>, vir gratia et pietate ornatissimus, videns Laetiensem ecclesiam utcumque multiplicatam atque commercio felici pro veteri ac lacera novam factam, Gunterum, suum priorem et monachum Crispiniensem, praefecit Laetiis abbatem. Hic Gunterus, ilico benedictione episcopali insignitus, fideliter gregi Domini pabulum sanctae exhortationis pariter et pie conversationis elargitus est.

<sup>1</sup> Ex annalibus monasterii Crispiniensis, quibus concordat Sigebertus historibus.

<sup>2</sup> Aubertus quiescit in quodam loco distante

a monasterio Crispiniensi dimidio milliari.

<sup>3</sup> 1095. A Belzete, Turcorum principe, obsessa Constantinopolis capitur.

Non est mandatum litteris qui fuerint abbates et quis status monasterii a B. Guntardo, fratre sanctae Hiltrudis, usque ad tempora hujus Gunteri, cum tamen inter hunc et illum plus minus intercesserit spatium 334 annorum. Primum omnium noverit charitas vestra nos non universam materiam gestorum hujus domus explicandam suscepisse, sed praecipue ea quae nobis sint factura ad supputandos annos et ad confirmandam temporum distinctionem. Nam studio plura praetermisimus de Theoderico, domino Avesnensi, ejusque successoribus. Neque enim instituti nostri est omnium heroum et abbatum vitam praeclaraque gesta ab ipsis inde radicibus repetere. In immensum sane excresceret labor si possessionum donationes, privilegia et auctoritates quibus fulcitur hoc monasterium, in hoc libello annotare tentarem. Ut tamen aliquid certo ordine digestum posteritati commendetur, quam poterimus brevissime initium regiminis atque excessum ex hac vita, quem ipsi abbates habuerint, explicabimus.

Paschalis, ejus nominis secundus papa, natione Italus, e Flamminea, Anno 1004. plurimis facinoribus strenue gestis, in Cisalpinam proficiscitur, ubi Guardastallum, agri Cremonensis oppidum, ingressus. Conventu multorum principum et episcoporum habito, de homagiis, de feudo magna habita est ratio. In hac synodo privilegium Laetiense firmatum est.

Cum abbas noster <sup>1</sup> dominus Odo, post duodecimum fere conversionis suae annum, ad episcopatum Cameracensis urbis promotus fuisset, consanguinei domini Theoderici, contristati quod de conjugis sua prolem non haberet, consanguinitatis linea quarta eos propinquos esse coram eodem episcopo accusaverunt, et, die statuto, jurejurando confirmaverunt; sicque ecclesiastico interdicto, cum jam plusquam viginti annis simul mansissent, conjugium illud dissolvi fecerunt. Vix autem dimidius annus transierat, et ecce praedictus Theodericus in sylvam Mortis-Malorum venatum pergens, ab Isaac de Beclanmonte <sup>2</sup> insidiis circumventus occiditur, decimo-nono die Julii, et ad coenobium Laetiense quod aedificaverat delatus, in capitulo, ante sedem abbatis sepelitur.

Caeterum praedictum Odonem dici putamus nostrum abbatem, non quod praefuerit monasterio Laetiensi (fuit enim abbas monasterii S. Martini Torna-

<sup>1</sup> Ex libello incerti auctoris qui olim a quodam Laetiensi monacho descriptus est. Idem libellus insertus est chronicis Hannoniae.

<sup>2</sup> *De Berlainmont*; voir l'introduction de ce volume (R.).

censis) sed quod forte fuit monachus hujus monasterii antequam in abbatem assumèretur, vel quod praefuerit monasterio ejusdem ordinis atque observantiae. Nam tunc temporis monasteria ejusdem observantiae suberant uni capitulo generali vel provinciali, id quod adhuc observatur in Germania.

Domina Ida <sup>1</sup>, uxor Fastradi, dedit monasterio S. Martini Tornacensis annuos redditus, quos Tornaci possidebat, una cum domo sua, quae sita est circa templum D. Petri in urbe. Haec Ida erat germana soror nobilis Theoderici, domini Avesnensis, qui hoc tempore in suo proprio territorio Hannoniensi abbatiam Laetiensem fundaverat, quam officinis monachorum ornavit. Ibi posuit monachos, quibus largiter providit.

Hic occurrit obiter notandum quo pacto dominus Theodericus, vir magnanimus, scribitur in quibusdam historiis fundator monasterii Laetiensis. Praesertim id honoris ipsi Theoderico defertur in annalibus sancti Martini Tornacensis, ubi censetur fundasse coenobium Laetiense in suo proprio, hoc est in suo territorio, quod patrimonii jure sibi vindicare videretur. Sed nequaquam inde intelligi debet. Esto, historiae Tornacensi aliisque nonnullis, hoc interim largiamur, attamen scrutanti se effert ratio efficaciter probans quibus modis possessiones ecclesiae Laetiensis in manus dominorum Avesnensium devenerint. Ab Hungrorum enim vastatione, qua passim per Gallias ultrò citroque bacchatum est, nobiles, ausu temerario, sine ullo Dei timore ecclesiarum haereditates, imo Christi patrimonium invaserunt. Horum filii sibi pulchre placuerunt in divitiis ecclesiarum ac opimis coenobiorum redditibus. Inter eos exstitit Wedricus, dominus Avesnensis qui (ut superius dixi), avaritiae vinculis irretitus, testamentum B. Hiltrudis e manibus canonicorum extractum igni tradidit, grandem hoc facto sui nominis infamiam apud posteros relinquens. Sed Theodericus, ejus filius et haeres, vir potens ac Deum timens, partem bonorum a suis antecessoribus injuste detentorum ecclesiae Laetiensi restituit, hac ratione ut patris facinus prorsus abstergeret. Equidem patris scelus non omnino delevit, minuit solum, sic tamen ut Deo immensas referamus gratias pro bona voluntate et opere restorationis, quam eidem Theoderico inspiravit. Hunc igitur Theodericum satius fuerit restauratorem et reparatorem dicere quam fundatorem. Idem habendum judicium de ejus uxore Ada, quae fundatrix in vetustis codicibus appellatur. Quan-

<sup>1</sup> Ex annalibus monasterii S. Martini Tornacensis, secundum Sigebertum.

quam si quis eos fundatores nuncupare velit, is veraciter dixerit, si censeat eos non primarios fundatores, tanquam nullum ante eos ibi fuerit aedificium erectum; sed sui temporis fundatores, hoc est, tales ac tantos eos indicaverit; ut etiam fundatoris nomen mereantur, non quod de suo aliquid dederint, sed quia subministrarint ea quibus restauratio ecclesiae et monachorum recollectio acta sit.

Gunterus abbas <sup>1</sup>, vir dignis encomiis celebrandus, scripsit propria manu Codices. librum homiliarum hiemalis temporis, et librum homiliarum Gregorii papae in Ezechielem. Post praeclara quaeque opera quibus religionem accuratissime illustraverat, supervivens domino Theoderico uno tantum anno, plenus dierum fato concessit, anno pastoralis administrationis duodecimo, Decembris vero die octavo, sepultus in ecclesia Laetiensi. Huic successit Reinerus ejusdem loci prior et frater germanus Roberti de *Carnieres*.

Dedicatur tertia ecclesia Laetiensis ab episcopo Laudunensi Bartholomaeo, Anno 1113. salvo tamen jure et reverentia Cameracensis ecclesiae tunc temporis episcopo carentis, sub Reinero ejusdem loci abbate secundo. In hac benedictione episcopus sigillavit de veste B. Mariae virginis in altari S. Lamberti. Dedit praeterea multa ornamenta huic ecclesiae, quam singulari dilectionis affectu complectens, filiam suam vocare consuevit.

Balduinus, Hannoniae comes, Balduini, Ierosolymitae regis filius, obiit. Anno 1114. Hic dedit *Ramouziès* Laetiensi ecclesiae <sup>2</sup>. Hujus avus exstitit Balduinus qui apud monasterium Hasnoniense sepulturae traditus est. Ecclesia de Sarto monachorum, tempore Reineri abbatis, donata est Laetiensi coenobio munificentia et beneficio dominae Petronillae et filii ejus, domini Ebali de *Gosselies*. Quorum propositum et pietatis studium succincte videamus. Apud veterem namque villam comes quidam degebat, Radulphus nomine, cujus uxor fuit Petronilla, comitissa de *Roci*. Haec genuit filium Ebalum et quatuor filias. Moriens igitur Radulphus (qui apud *Gosselies* ecclesiam fundaverat, ut ibi monachos induceret) uxori suae mandavit ut quod coeperat, fideliter perageret. Quod et fecit, sed immutato consilio et loco. Nam castrum sive munitionem quae erat in Sarto terrae aequavit et ibi ecclesiam cum officinis construxit.

Baptisterium autem apud *Gosselies* locavit, eo usa consilio quo ejus co-

<sup>1</sup> Abbas primus a reformatione monachorum.

<sup>2</sup> 1099. Godefridus Bullonensis, recepta Ierosolyma, primus rex ibidem a christianis effici-

tur. Plures Balduini imperarant post eum Ierosolymis.

gnata Ada, domina Avesnensis, quae ecclesiam, quam Avesnis ex parte erexerat vir suus, apud Laetias transtulit. Praedicta domina Petronilla monachos Laetienses induxit in ecclesiam Sartensem, quae mox, relicto mundo, habitum religionis, domo sibi aedificata ante templum, assumpsit, committens filio Eballo rerum administrationem. Ipsa nobilis femina tandem feliciter migravit ad Dominum 14 Octobris die<sup>1</sup>, sepulta in Sarto monachorum, ubi quiescunt plerique nobiles, tum viri, tum feminae, qui ortum duxere ex ejus prosapia. Quemadmodum enim quondam Laetiensis ecclesia nobilium dominorum ac dominarum Avesnensium suscepit corpora sepelienda, ita Sartum monachorum decoratur sepultura parentum et successorum comitis Radulphi. Dominus Ebalus, morbo in castris militaribus apud Lovanium correptus, ultimum efflavit spiritum novo Augusti die; relatus Sartum monachorum, absque pompis funeralibus sepelitur. Ejus uxor fuit nuncupata Basilia, quae, audita morte viri sui, contulit se in arcem de *Gosselès*.

Domina Ada, mortuo viro suo Theoderico anno 1106, mundum reliquit. Quae, saeculari pompa et honoribus spreto, in parte meridiana sibi domum construi jussit, ibique annis quatuordecim Deo bene ac constanter deserviens, beato fine vitam terminavit anno Domini 1119, 16 Januarii die, sepulta circa virum suum. Hanc domum quam praefata matrona aedificaverat, plures aliae nobiles matronae post eam incoluerunt, donec, ruina templi oppressa, corruit tempore Helgöti abbatis. Porro per has sanctas mulieres ecclesia multis annis crevit felicibus augmentis bene stabilis. Et quamdiu charitatis pietatisque donum viguit in his mulieribus, tamdiu ecclesiae status mansit incolumis.

At his e mundo sublatis, principum et militum oppressione ecclesia saepe mutata est et in plerisque misere laesa.

Reinerus abbas<sup>2</sup>, vir benignus, nihil interioris hominis causa regiminis intermittens, sed mitis et mansuetus permanens fideliter religionis tenorem ac observantiam tenuit. Librum homiliarum aestivi temporis manu sua scripsit. Hujus tempore quidam Wiliensis viam peregrinationis Deo et B. Ægidio vovit, sed antequam hoc votum explesset, lumen oculorum perdidit. Consilio autem habito ut Deo et S. Ægidio satisfaceret, pro voti commutatione habitum religionis assumpsit in domo Laetiensi. Huic semel a meridie dormienti B. Ægidius et Gunterus abbates apparuerunt, cum quibus colloquens mise-

Reineri scripta.

<sup>1</sup> Quoto anno obierit nescimus.

*S. Laet. eccl. Tetrach.*, p. 98, R.)

<sup>2</sup> Reinerus, abbas secundus. (Ph. Brasseur,

riam caecitatis deplorare coepit. « Hac, inquit, de causa tui miserti venimus, noverisque te recepturum lumen meritis et precibus Reineri abbatis, cui demandamus ut manus aqua lavet oculosque tuos perfundat, et dulce lumen recipies. » Quo dicto, evanuerunt. Caecus autem strato se excutiens, amabilem visionem fratribus retulit. Et quia lumen Reineri ministerio recepturus erat, querulosis vocibus abbatis absentiam gemebat, dum forte aberat abbas a monasterio in crastinum reversurus. Interim caecus apud se dolens mire cruciabatur (vehementer enim cupienti omnis velocitas tarda est) « Quando, inquit, revertetur? Quando aderit? Utinam praesens esset qui me grandi luminis dono est ditaturus! Numquid mihi visio illusit? Felix equidem ero cum redierit, longe felicius futurus si jam adesset! Quare tardat? Numquid reverti dissimulat ne a miseria me sublevet? » Abbati igitur in via adhuc constituto retulit quispiam quid caecus in visione sibi coelitus ostensa audierit. Abbas, rei novitate attonitus, ad monasterium festinus regreditur. Vix claustrum limen attigerat et ecce caecus ducis sui secutus vestigia pedibus ejus provolvitur, dicens: « Pater beatissime, optatus advenisti, ab hesterno die tuum praestolabar adventum, per te mihi reddendum est lumen: obsecro ne diu differas, tantum nunc miserere mei. » Tunc abbas: « Quid, inquit, fili, vis faciam tibi? » Respondit caecus: « Domine, ut lumen videam. » Rursum abbas: « Quis ego sum, ut possim restituere quod Deus, occulto judicio sed justissimo, permisit a te tolli? Nullis pollens virtutibus caeco visum reddere valebit? » — « Potes, inquit, alioquin nequaquam misissent me beati ad hominem virtutis inopem. » Ad haec abbas: « Sancti quos memoras tibi locutos, longe efficacius mederi tuis oculis poterunt. Ad aliquem igitur sanctorum convertere, in immensum proderunt tibi eorum suffragia: quare ne ulterius tentes humilitatem meam. » Rursumque caecus lacrymis suffusus: « Non dimittam te, inquit, nisi benedixeris mihi. » — « Quandoquidem, inquit abbas, video te obfirmato animo insistere, tuis permotus lacrymis, imo de Dei misericordia confisus, tuae satisfaciam petitioni. Crastina namque die mihi sacrificanti spiritu fervens assiste, divina bonitas aderit pie quaerentibus eam. Unum superest ut confidas te ab ea nunquam deseri posse. » Affuit caecus missae solemnibus celebranti, de ablutione manuum pie oculos abluens visum recepit, non sine ingenti omnium stupore. Paulo post homo ingratus, jam oculis videns et parvi faciens donum Dei, de domo Laetiensi exivit, professioni renuntians non adimpletae. Igitur honorandus abbas Reinerus,

Anno 1124.

infirmirate superveniente, considerans hujus exilii terminum appropinquare, fratres benignissima allocutione refocillare curavit, et, ut essent in servitio divino alacres, cum lacrymis obtestatus est ac spiritum Deo reddidit 3<sup>o</sup> Januarii die, sepultus cum maximo luctu ante altare divorum Nicolai et Benedicti. Vixit in cura pastorali 17 annis, magnum sui desiderium fratribus relinquens, quos amore magis quam terrore sibi dedititios fecerat. Huic pio patri successit piissimus filius (non carne sed virtutis amore) dominus Wedricus, qui tum prioris officio fungebatur.

Gossuinus, dominus Avesnensis, nepos et successor magnanimi Theoderici, terrenae quidem haereditatis terminos quos avunculus moriens reliquerat, viriliter retinuit. At non eundem amoris effectum gessit erga ecclesiam. Habuit autem uxorem generosam pariter et piam nomine Agnetem. Haec erat filia nobilis Anselmi, domini de Ribodimonte, qui Ierosolimam profectus cum reliquis christianorum principibus, ictu lapidis percussus, in assultu Archadis mortuus est.

Praedictus vero Gossuinus, militiae deditus, oculum perdiderat, cujus etiam periculi causa Ierosolymitanam peregrinationem aggressus est. Unde feliciter rediens, mitior et sensu gravior effectus, omnium favorem in se convertit. Qui deinceps malorum poenitens, quae aliquando ecclesiae intulerat, non mediocriter instante uxore sua Agnete (cujus laudes passim decantantur), mirum in modum ecclesiam Laetiensem affecit beneficiis. Consulturus denique tranquillitati monasticae, parochialem ecclesiam B. Johannis Evangelistae construxit, et baptisterium quod erat in templo monachorum illuc transtulit, quatenus religiosi, seclusis non solum saeculi tumultibus, verum etiam saecularium strepitu, liberius nitidiusque Deo famularentur. Supervixit abbati Reinero tribus annis, in quibus vitam suam ad exactam evangelii regulam coaptando, excessit e vivis. Sepultus est in capitulo, ante ostium basilicae beatae Mariae. Huic successit Gualterus, cognomento *Pulekans*, qui hostiliter ecclesiae nocuit, ut in sequentibus patebit. Domina Agnes, laudabilis matrona, defuncto viro suo, se et sua Deo obtulit in ecclesia Laetensi. Quae, conversionis habitu suscepto, 36 annis Deo placens et hominibus grata, honestissime absque saeculari pompa vixit, ecclesiae intus et foris fideliter providens. Retinuerat enim de dote sua villas quasdam et redditus, quos, post ejus decessum, Nicolaus, dominus Avesnensis, violenter arripiens, hoc grandi dono ecclesiam inhumaniter spoliavit. Saepe dicta Agnes, die noctuque

Anno 1126.



in ecclesia orationibus vacans, et pietatis operibus tota mente dedita, constanter adstitit. Negotia etiam quae nimium ardua et impossibilia abbati videbantur apud principes saeculares citissime absolvit. Ob ejus prudentiam (ut quidam scriptum reliquit) in congregatione ab ineptiis vanisque rebus cessatum est. Haec domina, totis anhelans viribus placere Deo, aedificavit basilicam sanctae Mariae, in monasterio, et basilicam B. Johannis evangelistae (quam vir ejus inchoaverat), extra monasterium, perfecit. Suis praeterea sumptibus jussit fieri feretrum B. Hiltrudis undique tectum laminis argenteis tenuissimis, in quo repositae sunt reliquiae ejusdem virginis, intra cistellam eburneam conclusae. Repositae postea fuerunt ibidem multae reliquiae corporis divi Ettonis, ad gloriam omnipotentis et consolationem fidelium.

Anno 1128.

Wedricus abbas, Deum in omnibus negotiis ante oculos habens, sacrae religionis cultor indefessus exstitit, et ut fratres arctiori charitatis vinculo adstringeret, bibliothecam librorum numerositate divitem comparavit. Virtutis studiosus et praestanti scientia pollens, operam rite componendis monachorum moribus dedit. Profecto exstitit scriba doctus in regno militantis ecclesiae, sciens nova et vetera proferre omni petenti a se rationem fidei. Quare pietatis studium augere desiderans, adscivit sibi scriptores, cantores, virosque probitate claros, quos tum Hannonia genitrix alebat. Ecce post Hungaricam depopulationem, post librorum exustionem, surgit alter Esdras industria plusquam humana hinc inde colligens dulcia scripturarum fereula. Unde factum est ut ejus sancta opinio, in remotissimis regionibus percrebrescens, multorum favorem demereretur. Si quidem posthabitis rerum caducarum fascibus, totus saluti animarum incumbens, cum videret mortales igne charitatis incalescere vehementi afficiebatur gaudio. Omnes casto complectebatur amore. Moestos suavi consolando eloquentia, et pusillanimes meliori spe erigendo, cunctis gratus erat. Ubique modestus, castus, purus ac coelestis, nusquam sui dissimilis, quem nec prospera inflare, nec tristia deprimere valuerunt. Nam tantus fuit undique ad eum populorum concursus ut beatos sese praedicarent homines, si mererentur frui amabili praesentia Wedrici. Tum qui Gallias sanctitatis titulo decorabant, parum pii videbantur nisi Wedricum sanctiorem audiissent. Et ut tandem finiam, de ultimis Galliarum finibus quosdam venisse tradunt, et quos ad contemplationem sui ordo Laetiensis sub Guntero decentissimus non traxerat, unius Wedrici fama

Anno 1129.

Wedricus abbas librorum collector.

perduxit. Hujus Wedrici tempore Gunterus, cognomento *Buscars*, qui proprio nomine Job vocabatur, habitum religionis suscepit, cujus opera et interventu *Hanecies* est collata ecclesiae Laetiensi.

Anno 1134.

Domina Agnes quae tertio conversionis suae anno feretrum B. Hiltrudi fecerat, hoc anno 1134, imaginem B. Dei genitricis auro gemmisque ornatam Laetiensi ecclesiae tradidit, et die Pentecostes, qui tunc festinus agebatur 3 nonas Julii, adstante fratrum conventu, eam super altare solemniter posuit.

Anno 1143.

Albero secundus, episcopus Leodiensis, de violenta detentione castrum Bulonensis tertio apud Calixtum papam II<sup>m</sup>, et Conrardum regem conquestus, cum nullum subsidium perciperet, adductis S. Lamberti reliquiis, castrum obsedit et obtinuit. Ea quoque occasione festum translationis S. Lamberti instituitur.

Igitur 14 calendas Januarii facta est Leodii repositio<sup>1</sup> reliquiarum B. Lamberti martyris, de vasculo in quo post passionem a S. Huberto episcopo locatus fuerat, in vas aliud, quod in honore ipsius martyris decenter fabricatum fulgebat, sub praesentia Leodiensis episcopi, videlicet Alberonis secundi, adstante frequentia procerum et cleri. Huic repositioni interfuit dominus Wedricus, hujus ecclesiae Laetiensi abbas tertius, atque exinde maxima et pretiosa dona revertens detulit, videlicet os de corpore ipsius martyris et de cinere tam carnis ipsius quam vestimentorum, et lectuli in quo sepultus fuit, quae, 10 calendas Januarii, cum gaudio Laetii excepta, ad decus et tutelam ecclesiae in vasculo argenteo, in honore ipsius praeparato, jacent recondita. Hujus exceptionis Laetiam solemniter festivitatem hac ipsa die quotannis placuit renovare, ut et ecclesia de patrono suo frequentius gaudeat et rei gestae veritatem posteritas agnoscat.

Gualterus, dominus Avesnensis, adversus ecclesiam Laetiensem gravem excitavit calumniam. Telonium de Avesnis atque libertatem villarum ecclesiae abstulit. Qui adeo ira incanduit ut valida Avesnensium manu munitus, ecclesiam invaderet ac praedaretur. Totam simul monasterii suppellectilem immaniter subripuisset, nisi technis et insidiis ejus detectis, praepositus Avesnensis et alii cives (quorum filii in eodem monasterio erant monachi) cito monuissent libros, calices, ecclesiaeque ornamenta securius aliquo esse adportanda. Mox adfuit

<sup>1</sup> Hic textus desumptus est ex epistola quam Wedricus rediens detulit ex civitate Leodiensi.

hostis ecclesiae ex insperato prorumpens, cum suis conjuratis, praedonibus; templum, claustrum sacraque loca sine reverentia ingrediuntur expulsuri, imo funditus exenteraturi monachos, nisi Deus horum ferociam coercuisset.

Interieca monachus quidam, nomine Guilielmus Flamingus, scriptor optimus elegantisque formae, turrim ecclesiae defensionis gratia conscendit. E fenestra lapidem jaciens unum Avesnensium pene excerebravit. Verum postea descendens ab hostibus ense vulneratus est in capite, cujus cicatrix, quoad vixit, apparuit. Abbas autem, audiens comitem Hannoniae esse Malbodii, ad ipsum direxit aliquot monachos admodum pueros cum viris aetate et gravitate maturis. Quos ut audivit cum lacrymis recensentes quibus modis ecclesia direpta fuisset ab Avesnensi domino: « Et mihi, inquit, infensus est, qui si denuo pergat vobis esse molestus, et meas et vestras, imo Christi injurias vindicabo. Id a me consilii accipite: deinceps si ingruerint mala, erigite vexillum hastili annexum super turrim, sic ut possit a Sora conspici, ego polliceor meum vobis affore auxilium. » Hinc Gualterus graviter offensus, non multo post turrim solotenus dejici praecipit. Dolensque quod ecclesia favore ac potentia comitis defenderetur, rursus homo perfidus arma corripuit, monachos quoque disturbans graviter ecclesiam afflixit, quam depraedari sine pudore ausus est. Ubique clamor exortus etiam apud optimates insonuit, quam misere innocentes monachi injurias perpessi fuissent. Itaque his diebus Bernardus, natione Burgundus, vir in omni pietatis studio exercitatissimus, in Europae partibus magni nominis habebatur, qui, exigentibus negotiis, in Galliae, Belgicae regiones veniens, incerto cum populi tum nobilium rumore audivit quantas ecclesia Laetiensis pertulisset vexationes. Dominus autem Gualterus, Bernardum adiens, conquestus est se ab ecclesia injuste opprimi, cum tamen ecclesia longe et justiore conquerendi causam haberet. Accessit igitur Bernardus ad locum, et, inconsulto comite, qui ipsum Gualterum armis compescere parabat, nec habito fratrum decreto, uterque Wedricus scilicet abbas et Gualterus, fide abbatis Bernardi interposita, de pacis foedere condixerunt. Habito ergo ejus consilio, de advocatiis et justitiis villarum satis super tractatum est. De Telonio vero Avesnensi ita conclusum quod ipse Gualterus in vita sua illud teneret, et post ipsum ad ecclesiam rediret. Hac sententia provulgata, subito clamor monachorum de injustae pacis confoederatione exortus est. « Unius, inquiunt, judicium hominis non sufficit. Sententia, a non iudice lata, rata esse non debet, magis

dirimatur lis per arbitros aut iudices ordinarios, aut certe per legem iudicemur. » Abbas autem Bernardus, videns fratres tumultuari ob sententiam minus prudenter illatam, moerens ac tristis fertur ab eis recessisse. Nihilominus D. Gualterus, sententiam Bernardi ratam et firmissimam arbitratus, protinus quod ei ex parte concessum fuerat, totum invasit et haeredibus suis perpetuo tenendum reliquit. Deinde idem Gualterus dum, Montibus positus, coram comite argueretur, et principes excogitarent quibus suppliciis plectendus foret is qui scelerate nocuisset monachis ac Christi patrimonio, ipse, in cameram vicinam secedens, super arcam paululum se dimisit acclivem. Qui mente confusus, dum paulo momento in diversa raperetur, cecidit et expiravit. Hunc sic ex inspirato defunctum comitissa Aelis ad ecclesiam Laetiensem transmisit humandum. Post hujus subitum transitum, duo ex religiosis, Werefridus prior scilicet et Basilius, inconsulto abbate Wedrico, Nicolaum Avesnensem, qui post patrem principabatur, adeunt, repetentes telonium de Avesnis, sicut in foedere supradicto statutum fuerat. At ille qui aures suas sepierat spinis ambitionis, ne audire quidem voluit repetentes, quin potius illos remisit sine effectu, tantum abest ut eorum petitioni benigne annuerit. His intellectis, abbas, regnum Dei magis quaerens et justitiam ejus quam terrena et fluxa bona, maluit jacturam rerum facere suoque juri aliquid decedere, quam violenta manu extorquere a nolente.

Anno 1146.

Codices.

Liber scribitur eleganti litterarum ornatu, in quo quatuor evangelistarum historiae ex integro continentur, una cum concordantiis Eusebianis. Idem liber exterius laminis argenteis accuratissime insignitus est, verum in una parte. In cujus libri frontispicio sic habes: *Scriptus est liber iste anno Incarnati verbi M.CXLVI. Scriptori benedictio, conservatori beatitudo, dissipatori maledictio. Ego Johannes scripsi.*

Cum apud orientales Edissa urbs (quae in libro Tobiae appellatur Rages Medorum) christianis ablata esset, Bernardus abbas tantam nomini christiano ignominiae notam inuri indignissime tulit. Is principes, praelatos, nobiles et populos Galliarum pene singulos adiens, ineundam esse expeditionem, vexilla crucis in barbaros proferenda concionabundus clamabat et Conradum, Romanorum regem, ad expeditionis munus induxit. Eugenius tertius, Pisis oriundus, S. Anastasiae abbas, ante monachus sub eodem Bernardo, nunc summus pontifex, veritus Romanorum insidias, in Franciam navigavit. Reperit ibi B. Bernardum a quo didicit rem ecclesiasticam pessimo in Asia

esse loco. Ambo sancti viri Ludovicum septimum, regem Francorum, oraverunt ut, cruce insignitus, expeditionem in Constantinopolitanam regionem quantocius pararet. Qui, libenti parens animo, decimo quarto regni sui anno, una cum Conrado Caesare, cum ingenti multitudine christianorum, ad expugnationem Terrae sanctae in subsidium christianorum (qui ibi in dies ferebantur deficere) animosissime transiit. Quo tempore ardor peregrinandi pene totum orbem accendit in tantum ut in plerisque locis terra, cultoribus destituta, in solitudinem redigeretur et, sylvarum densitate occupata, repleretur sentibus atque tribulis. Hinc caritas frumenti contigit talis, ut gravatim et magna difficultate acquirere possent pauperes cibarium panem quo membra fame et inedia contrita paululum recrearent. Plerique mortalium, hac penuria grassante, desertis avitis sedibus, circumquaque vagabantur incerti per regiones, nunc huc nunc illuc gressum dimoventes. Et quia omnibus in confesso erat in domo Laetiensi hactenus pauperes benigne susceptos fuisse, illo se contulerunt plurimi ex vicinis civitatibus, oppidis atque castellis. Nam a primis fundamentis in ea jactis, abunde provisum est pauperibus, emendicata stipe viventibus. In hac necessitate rari admodum erant miseris sublevatores, pauci viri ecclesiastici in utroque homine beati: communibus ecclesiarum tum facultatibus, tum impensis, humaniter membris Christi penuria periclitantibus, subvenerunt. Porro terra Avesnensis vix trimestrem polliceri videbatur annonam, et tamen hic minime est cessatum ab eleemosynis elargiendis. Nullus sine benedictione recessit: sed et alias quando non aequae penuria rerum laborabatur, nihilominus eleemosynae dabantur larga manu. Quamdiu enim hilari mente ex substantia monasterii facta est eleemosyna nec ab ullo paupere aversa est facies, tamdiu bonorum largitor Deus non avertit faciem suam a domo ista. Sic namque divino sancitum est oraculo, ut qui honorat Dominum de sua substantia, et, de primitiis frugum suarum, dat pauperibus illius, impleantur horrea saturitate et vino torcularia redundant. Rursum, qui dat, inquit, pauperi, non indigebit, qui vero despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Hoc ergo munimine ecclesia omni rerum potiebatur successu, imo plena erat et superabundabat. Quanquam fuerit interdum ecclesia injuriis saecularium impetita, tamen quamdiu benigne fovit pauperes, Deus concessit felicem tentationis exitum: et pro omni malitia quam exercuerunt principes, duplicia ipsi et ecclesiae reddidit dona, tandemque victrix emersit quae hominum iudicio videbatur propediem interi-

tura. Utinam tam laudabilem eleemosynae consuetudinem ii, quorum est satagere, nunquam intermori sinant, sed in sinu pauperis recondant eleemosynam, quae (teste scriptura) orabit pro ipsis ad Dominum dum licet per eos manus pauperis impleatur. Sibi Deus factum putat, quod pauperi elargitus fueris. Manus enim pauperis est gazophilacium Christi, et quidquid pauper accipit, acceptat Christus; da ergo pauperi terram, ut accipias regnum, da micam, ut accipias totum. Da pauperi ut detur tibi, quia quidquid pauperi dederis, tu habebis, quod pauperi non dederis, alter habebit.

Anno 1147.

Monachi sancti Vedasti in Nobiliaco, apud Atrebatum, elegerunt sibi in abbatem dominum Wedricum, abbatem Laetiensem, qui eidem monasterio jam annis 23 laudabiliter praefuerat. Eugenius namque papa ratam esse volens petitionem Atrebatensem, directis ad Wedricum epistolis, mandavit ut, relicto monasterii Laetiensis regimine, convolaret ad eos quibus plurimum prodesse posset. At Laetienses fratres quibus lacrymis quibusve verbis valedixerint et charissimum abbatem deduxerint abeuntem quis digne explicet? Ægre divellebatur pius pater a charissimis filiis, quos sibi reddiderat charitatis amore devinctissimos. Nec enim arbitror ipsum siccis exisse genis. Prosecuti sunt lacrymis quem non valebant sequi euntem. Tandem, rerum examine discusso, libens loco cessit<sup>1</sup>, non tam pertaesus molestiarum sibi a domino Avesnensi illatarum, quam invitatus epistolis pontificis. Sicque jussu praedicti Eugenii papae a Laetensi coenobio ablatum, Atrebatensibus monachis datus est, qui ipsam abbatiam aliquantulum dilapidatam, alienoque aere implicitam inveniens, illico liberam reddidit. Ejus pater dictus est Cylbaldus, mater Hadvidis, soror vero Mainsendis reclusa. Huic Wedrico suffectus est Tiescelinus, abbas quartus, ejusdem loci prior.

Tiescelinus<sup>2</sup>, vir sane modestus et mansuetus fuit. Semel innixus infeliciter baculo arundineo, perforata est manus innitentis. Habuit hic quondam cognatum, cui, posthabito seniorum majorumque consilio, prorsus fidebat. Incidit autem talis casus pro quo abbas defensionis tenorem assumere debuit. Sed, vim contententium adversum se minime sustinens, cessit honori et

<sup>1</sup> Quamdiu iis praefuit et quoto obiit anno nescimus. Hoc unum scimus ipsum efflasse ultimum spiritum 26<sup>o</sup> martii die. Hujus Wedrici finis posset dignosci ex annalibus monasterii B. Vedasti episcopi (Brasseur, *S. Laet.*

*eccl. Tetr.*, p. 98, dit que Wédric gouverna Liessies pendant 25 ans, c'est-à-dire jusqu'en 1147 R.).

<sup>2</sup> Abbas quartus, 1155 (V. *Ann. ord. S. Benedicti*, p. 426, CXLII. R.).

oneri, post quintum annum ordinationis suae, commendabiliter et honeste vivens reliquo vitae tempore in fratrum congregatione <sup>1</sup>. Cui successit Helgotus, monachus Latiniacensis, abbas quintus.

Guilielmus de Dono-Petri coenobio Laetiensi dedit ecclesiam de Dono-Petri, Anno 1160. totamque villam cum appenditiis suis, corpus beati Ettonis, altare de Ficciaco, altare de *Scarbes*, altare de *Floresies*, allodium de *Floberc*, altare de *Thy*, multasquoque alias contulit possessiones. Scribitur hic Guilielmus fuisse monachus et acolytus; obiit 6 Novembris die, sed annum ignoramus.

Domina Agnes feliciter hoc anno diem clausit extremum, 2<sup>o</sup> die Martii, Anno 1162. sepelitur in monasterio Laetiensi.

Helgotus <sup>2</sup>, monachus Latiniacensis, nunc abbas Laetiensis, oriundus fuit de territorio Avesnensi. Habuit hic fratrem locupletissimum Johannem, cognomento Deodatum. Spem quidem habuerunt electores magni commodi, sperantes ampla munera se recepturos liberalitate praedicti Johannis. At maledictus homo qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum. Spes profecto vana confundit, qui vero confidunt in domino Deo mutabunt fortitudinem et minime pudefient. Remissius tunc temporis degentes in monasterio, avaritiae dediti, eleemosynam coeperunt deserere. Laudabilis consuetudo paulatim dejecta non tantum corrui, sed secum fere redigit in nihilum monasterii habitatores. Omnia vergebant in deterius, ipsis etiam monachis inopia rerum laborantibus, vix suppetebat cibarius panis; adeo cuncta confusa, sineque ordine sunt, quamdiu diabolica dominatur cupiditas. Sic nempe a Deo, longe justissimo rerum moderatore, decretum est, ut qui superflua, ne dicam impia, sectatur, necessariis careat rebus, et quo tenaciori avaritia complectitur haec caduca atque momentanea, eo iniquiori ruina ad extrema corruat, nec illam divitiarum amplitudinem assequatur, quam oppido sitit. His insuper vitiis pullulantibus, saecularis potestas plurimum infesta fuit monasterio, et quod deterius est, limites possessionum mutati et imminuti fuere, nullo tamen monachorum reclamante. Cessabant eleemosynae et crescebat monasterii dejectio. Hinc accidit calamitas miserabilis et horrenda et miranda. Si quidem verno tempore mortalitas ecclesiam infecit, et infra viginti dies undecim de praecipuis monachis defuncti sunt.

<sup>1</sup> Obiit 6 die Aprilis: quoto anno ignoramus. p. 426, CXLVII, Brasseur, *o. l.* p. 98. R.)

<sup>2</sup> Abbas quintus. (V. *Annales ord. S. Bened.*,

Uno autem aut tribus diebus leviter decumbentes, tertio aut quarto demum die efferebantur humandi. Sic per 23 annos, vivente Helgoti, status ecclesiae ad hoc perductus est, ut minus cauta sollicitudine debitis aggravaretur: quanquam religiosi frequenter injustam administrationem improbassent, tamen eorum suasionibus non est auscultandum, imo ipsi bene monentes per potentiam opprimebantur. Helgotus abbas, datis et acceptis epistolis, quatuor sylvarum confirmationem tractavit cum Nicolao, domino Avesnensi.

Anno 1163.

Dominus Nicolaus Avesnensis fato concessit, cui Jacobus successit, vir plane aptus rebus magnis gerendis, qui, ob insignes virtutes praeclarae facta, merito commendari debeat.

Tandem abbas Helgotus, partim impetitus a monachis, partim propria voluntate adactus, a regimine ecclesiae amotus est per archiepiscopum Remensem, reverendum Wilhelmum, postquam Laetiensem regebat conventum 33 annis. Egit tamen precibus apud eundem archiepiscopum ut Simon, praepositus Latiniacensis, fieret abbas ecclesiae Laetiensis. Quod et factum est, violenter tamen id agente domino Avesnensi per praeceptum archiepiscopi.

Anno 1192.

Nobilissimus princeps Jacobus, dominus Avesnensis, contra impios pro justitia viriliter et fideliter decertans, gladiis inimicorum occubuit, 8 Septembris die. In tertio volumine Chronicorum Hannoniae poteris videre quantis praeliis interfuerit, quibusve virtutibus effulserit. Huic magnanimo viro successit Gualterus, dominus Avesnensis et Guisiae, pariterque comes Blesensis.

Anno 1194.

Suggerentibus viris Deo deditis atque religiosis, Simon, sextus abbas, per archiepiscopum Wilhelmum amotus est ab administratione, postquam praefuerat tribus annis et quinque tantum mensibus. Cui substitutus est Hugo, septimus abbas, monachus vero S. Vedasti Atrebatensis. Et quia haereditates ecclesiae (ut volebat) transmutare non potuit, elapso trium mensium termino, recessit imo abrogatus est ab officio. Huic amoto successit eodem anno Hugo de Hestrus, monachus Laetiensis et abbas octavus.

Balduinus, comes Flandriae et Hannoniae, cruce insignitus cum Henrico fratre, ingenti christianorum stipatus caterva, proficiscitur Constantinopolim, hostes christianae religionis debellaturus. Veneti huic expeditioni felicem comitatum addiderunt. Tandem, emensis Europae finibus, non sine labore Constantinopolim appulerunt, quam illico obsidione gravi et armorum violentia prementes, in deditionem acceperunt. Juvenis imperator Constantinopolitanus paulo post in conflictu cecidit. Quare, collato cum duce Venetorum consilio,



universoque christianorum populo acclamante, Balduinum comitem genti Constantinopolitanae praeficiunt, ut imperatoris munere fungeretur. Quem in templo S. Sophiae, throno regio sublimem, tradunt historiae conspicuum diademate refulsisse. In prospero rerum successu, agens, imperium dilataturus in exteras et barbaras gentes, coacto in unum populo, aciem exacuit. Unde citissime circumfuso exercitu, obsedit Andrinopolim, urbem situ et natura munitissimam. Atqui cives, armatis militibus obviam Balduino positos, tanto impetu in christianos prosiluerunt, ut omnem exercitum averterent, nisi strenue rebelando dimicassent christiani. Caesi tamen multi christiani et omnes in ea pugna periclitati sunt. Balduinus conspicatus suos eminus terga vertere, in mediis hostium cuneis, licet lancea fossus, tamen securim manu gestans, inimicis terribilis apparuit, donec, equo dejectus, impiorum gladiis transverberatus capitur, variis saucius vulneribus. Inter frementium manus spiritum efflavit, constanter moriens pro fide. Cum eo caesi sunt comes Bloyensis<sup>1</sup>, episcopus Bethleemiticus, Stephanus, Persarum<sup>2</sup> comes, cum multis nobilibus, qui se rerum discrimini dederant, sicque bellum christianis cruentum omnes in fugam vertit. Erat spectaculum miserabile cum rescitum est in urbe imperatorem bello cecidisse. Exequiae ejus ac nobilium ingenti omnium luctu solemnissime celebratae sunt in urbe.

Constantinopolitani Christianorum principes simul positi uno omnium Anno 1206. assensu elegerunt Henricum, defuncti Balduini fratrem, quem corona aurea insignitum, declararunt imperatorem in templo S. Sophiae. Factus igitur imperator Graecorum post fratrem ex Gallis secundus, ardentissime Turcas impugnavit. De quibus triumphos, quamdiu vixit, agere promeruit. Fideliter rem publicam moderatus est, quam posteris reliquit omni rerum successu abundantem.

Anno secundo imperii Henrici translatae sunt sacrosanctae reliquiae ab Anno 1208. urbe Constantinopoli in ecclesiam Laetiensem, missae a gloriosissimo imperatore per venerandum Thomam, ipsius ecclesiae Laetiensis sacristam. In primo Decembris die exceptae sunt.

Hugo, abbas octavus ecclesiae Laetiensis, migravit tertio Augusti die : regiminis sedem 20 annis tenuit. Huic successit Gossuinus de *Hestrus*, ecclesiae Anno 1213. Laetiensis monachus, abbas nonus.

<sup>1</sup> Plus haut *Blesensis*. (R.)

<sup>2</sup> Du Perche. (R.)

Anno 1216. Henricus, Graecorum imperator, qui Laetiensis ecclesiae sacrosanctas reliquias transmisit, undecimo imperii sui anno Constantinopoli moritur. Si quis forsitan historiarum indagator cupide scire voluerit quoties barbaros ac infideles fuderit, victorque sacra christianorum vexilla in sublime erexerit, legat epistolas ab ipso in Gallias missas, quae passim nobilium manibus teneantur atque leguntur.

Gossuinus, abbas Laetiensis, sua sponte monasterii regimen reliquit <sup>1</sup>, exacto tertio consecrationis suae anno. Cui Petrus Avesnensis successit, abbas decimus, Laetiensis ecclesiae monachus.

Anno 1225. Petrus <sup>2</sup>, decimus abbas Laetiensis, obiit 21<sup>a</sup> die Novembris. Rexit ecclesiam octo annis, cui successit Thomas <sup>3</sup>, ejusdem ecclesiae monachus et sacrista, qui sacras reliquias ab urbe Constantinopoli attulit.

Anno 1227. Thomas, undecimus abbas, sponte cessit post tertium regiminis annum. Cui successit Segardus, ecclesiae Laetiensis monachus, abbas duodecimus.

Anno 1229. Thomas, prius abbas Laetiensis, obiit decimo Novembris, qui, tertio consecrationis anno habitum et ordinem Cisterciensem suscipiens, apud Fusnicum monachus defunctus est.

Anno 1231. Tres puellae de villa quae *Avorre* nuncupatur, a daemonio male vexatae, Dei misericordia ac meritis B. Hiltrudis liberantur in ecclesia Laetensi. Dignum profecto fuit ut virgo Hiltrudis invocata suppetias ferret puellaribus miseris. Puellae itaque coram feretro virginis statuuntur, quatenus, compedibus inimici solutae, firmissimo gressu ad aedes proprias sanatae remearent. Patiebantur interim puellae ante sarcophagum virginis, patiebantur misere nec mortem timere noverant, nec vitam sperare. Jacebant confusae et causam tormenti noverat Deus. Virgo beata in coelis erat, puellae ad ejus memoriam sanabantur. Populus, in altum palmas elevans, felices praedicat puellas, quas Deus dignatus est oculo misericordiae intueri.

Segardus, abbas Laetiensis duodecimus, praefuit annis sex, quo ab administratione amoto <sup>4</sup>, monasterium nescio qua emergente causa, caruit abbate, per annum et dimidium.

Fundatio prima monasterii sanctimonialium ordinis D. Bernardi, circa Athense oppidum (alias appellatur Refugium nostrae Dominae), facta est per

<sup>1</sup> 1217. Obiit 18 Novembris; annus nobis incognitus mortis.

<sup>2</sup> *De Avesnis*, Brasseur, p. 99. (R.)

<sup>3</sup> *De Walcuria*, ib. (R.)

<sup>4</sup> 1252. Obiit die quinto Aprilis, quo anno ignoramus.

nobilem Johannam, uxorem Ferrandi, comitissam Flandriae et Hannoniae. Ea Anno 1234. tempestate degebant aliquae sanctimoniales ordinis Cisterciensis, circa Alde-  
nardum. Verum quia locus mansionis earum videbatur angustior et minus  
conveniens exercitiis spiritualibus, praedicta Johanna transtulit eas in locum  
commodiorem circa oppidum Athense, consensu abbatis atque capituli Lae-  
tiensis, ad quorum ditionem locus ille videbatur pertinere. Hoc contigit anno  
Domini 1234. Margareta vero <sup>1</sup>, praedictae Johanna soror, privilegium  
harum sanctimonialium, etiam datis super hoc epistolis, voluit esse ratum et  
et inviolabile, anno Domini 1258, mense Julio.

Galterus, abbas Maricollensis, per reverendum patrem Godefridum, archie-  
piscopum Cameracensem, pridie nonas Januarii fit abbas Laetiensis decimus  
tertius, qui, anno revoluto, nonis ejusdem mensis obiit. Hic primo fuit mo-  
nachus Castelli, abbas Maricolensis atque Lobiensis, tandem Laetiensis. Cui  
successit Nicolaus *Restial*<sup>2</sup> de *Hestrus*, monachus ecclesiae Laetiensis, abbas  
decimus quartus.

Nicolaus, abbas Laetiensis, curae pastoralis officia sponte deservit, post- Anno 1244.  
quam eandem ecclesiam per decennium rexit. Cui cedenti successit Hugo, in-  
digena Laetiensis, ac ibidem monachus, abbas decimus quintus.

Galterus, dominus Avesnensis, Guisiensis et comes Blesensis obiit, cui suc- Anno 1246.  
cessit Joannes, filius Mariae ipsius filiae.

Secunda die mensis Decembris consecratum est altare sancti Michaelis Anno 1252.  
in Sarto monachorum a R. P. Arnolde, Dei gratia quondam Semi-Galliae  
episcopo, agente vices Henrici tertii, Leodiensis episcopi. In quo posuit de  
reliquiis beatorum Gregorii papae et Albani martyris.

Laetiensis ecclesia per aliquot annos graviter perturbatur: quales fuerint Anno 1254.  
tum tribulationes aut quis eas ecclesiae immiserit, prorsus ignoramus.

Quinto calendas Januarii, obiit Hugo, abbas Laetiensis, anno xx<sup>o</sup> regiminis Anno 1267.  
completo. Cui successit Balduinus de Tudinio, qui abbas sancti Andreae de  
Castello exstiterat, sed antea monachus Laetiensis, abbas decimus septimus.

Balduinus de Tudinio, decimus sextus abbas Laetiensis, amotus fuit, Anno 1275.  
decimo quinto calendas Octobris, per episcopum Cameracensem Ingranum,  
a regimine monasterii Laetiensis, cum eandem ecclesiam rexisset annis xiiij  
mensibusque duobus <sup>3</sup>. Huic successit felicitis recordationis dominus Mauri-

<sup>1</sup> Margareta post sororem comitissa Hanno-  
niae, 1258.

<sup>2</sup> *Restial*, Brasseur: *Restions*.

<sup>3</sup> Obiit 15 Octobris, quoto anno ignoramus.

tius de *Rumigni*, tunc abbas Maricolensis, monachus vero Dervensis (?), qui ecclesiam Laetiensem debitis oppressam (cujus bona dissipata erant et alienata), in meliorem statum restituit.

Anno 1294.

Castrum Laetiense hoc aevo condi primum coepit per venerandae memoriae dominum Mauritium, abbatem decimum septimum, qui plurima insuper aedificia in diversis haereditatis ecclesiae Laetiensis locis construxit.

Anno 1303.

Decimo quarto calendas Januarii feliciter fatis concessit Mauritius abbas, qui cum summa laude 38 annis eidem ecclesiae Laetiensi praefuit. Cui pridie calendas Januarii successit Michael de Angra, prior et monachus Laetiensis, abbas decimus octavus.

Anno 1316.

Michael abbas Laetiensis diem clausit supremum 19 die Novembris. Praefuit annis 14. Cui tertio idus Novembris successit Osto de *Sainzelle*, monachus Laetiensis, abbas decimus nonus.

Anno 1330.

Osto de *Sainzelle*, abbas Laetiensis, postquam eandem ecclesiam annis rexit quatuordecim, obiit 15 Februarii die. Cui successit Johannes de Haya, monachus sancti Ghisleni, abbas vigesimus.

Anno 1332.

Johannes, abbas Laetiensis, decem et septem mensibus praefuit tantum. Huicamoto successit, in mense Novembri, Mauritius dictus Paganus, abbas xxj, qui eodem anno in Epiphania Domini amotus fuit per judicem ordinarium. Cui successit Scicardus de Cardilaco, nobilis genere et juris multum peritus, vir ob excellentem doctrinam maximi faciendus.

Anno 1334.

Dominus abbas Laetiensis, totusque conventus, in feriis D. Firmini, juraverunt solemniter supra majus altare dictae ecclesiae, quod de caetero non venderent neque vendere consentirent aliquas possessiones ecclesiae, praesentibus *Aegidio le Ramoneur*, tunc praeposito Montensi, Johanne, ejus filio, et Francone de Castris, testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

Anno 1363.

Scicardus, abbas Laetiensis xxij, rexit coenobium annis circiter 33; obiit 2<sup>a</sup> Novembris die. Cui successit Jacobus, abbas vigesimus tertius.

Anno 1368.

Jacobus abbas sex annis vixit in regimine coenobii Laetiensis et obiit. Huic successit Petrus, vigesimus quartus abbas.

Anno 1378.

Petrus abbas praefuit ecclesiae annis undecim et obiit. Cui successit Arnulphus de Quercu, vigesimus quintus abbas.

Anno 1385.

Arnulphus abbas coenobii Laetiensis, octo annis tantum praefuit et mortuus est. Cui successit Johannes d'*Ostrignies*, abbas vigesimus sextus.

Quidam subulcus porcos pascens, aquas nescio qua impellente necessitate,

ingreditur atque submergitur. Qui, nemine sciente, jacuit eodem die suffocatus in undis, donec a parentibus quaesitus, inventus est miserabiliter, extento corpore ac sparsis crinibus, in fundo volutari; mox, frequenti populorum concursu illuc habito, extrahitur, et a suis D. Hiltrudi devovetur. Ad limina B. virginis delatus, reanimato corpore surrexit incolumis. Tum vocibus populorum laudantium Deum templum omne resonuit, eo quod Dei clementia et meritis B. Hiltrudis non essent fraudati a suo desiderio.

Johannes d'Ostrignies, abbas Laetiensis, Deo spiritum reddidit secunda die Maii, postquam eandem ecclesiam rexisset annis viginti. Huic successit Ægidius de Quercu, abbas, vigesimus septimus.

Infantulus quispiam, Laetiis ludens circa fossam aqua plenam, casu in eam, custode remoto, praeceps cecidit, vitam simul cum tenella aetate finiens. Qui illinc jam rigidus extractus, ad basilicam D. Hiltrudis defertur, in qua sub omnium oculis paulatim palpitans vitae restituitur.

Eodem anno, in Sora, monachus de Trivio sub vesperam parum caute ambulans, grandi praecipitio actus, in fossam corruit. Qui, dum caderet, pio mentis affectu S. Hiltrudis nomen invocavit. Cujus auxilium citissime sentiens, supernavit atque a vicinis, illuc concito gradu currentibus, sanus extractus est, non sine omnium grandi admiratione et stupore.

Erat in domo Laetiensi janitor surdaster, cui signis indicatum est ut abiret, quia officio sibi delegato amplius fungi non poterat. His intellectis, supra modum tristatus est. Qui cum in crastinum discedere pararet, jamque sarcinulas componeret, prius tamen ad orationis suffragia confugiens, Deum supplici mente deprecari studuit, quatenus meritis Hiltrudis virginis auditum mereretur recipere. Nam media nocte, ima ex corde trahens suspiria, orationem ad B. Hiltrudem convertit dicens: « Eia! Christi Virgo, speraveram me in domo tua perseveraturum usque ad diem fatalem, et ecce tanquam lignum aridum crastina die ejiciar a contubernio famulorum. Subveni, quaeso, mihi misello. » Haec praelocutus obdormivit. Mane autem consurgens, audiendi usum acutissimum testatus est se recepisse. Id miraculi D. Hiltrudi adscribens, cunctis animo hilari narrare solebat quantae pietatis esset erga se diligentes virgo beata.

Ægidius de Quercu, abbas Laetiensis, anno vigesimo octavo regiminis, quatuor novas campanas jussit fieri, quarum major hoc distichon habet:

Orat gens sana per me, dicorque Johanna,  
Ac patris Ægidii tempore fusa fui.

Baculum pastoralem (quem alias sceptrum vocamus) etiam novum fecit. In superiori parte argenteo fulget opere, deaurato tamen, in inferiori vero cuprum est similiter deauratum.

Anno 1434.

Ægidius abbas migravit ex hoc saeculo : 31 praefuit annis. Cui successit Johannes *Le Moytvier*, alias de *Loe*, abbas vigesimus octavus.

Anno 1439.

Johannes *Le Moytvier* abbas, annis quinque praefuit. Vigesima die Julii spiritum efflavit. Cui subrogatus est Anselmus abbas, vigesimus nonus.

Anno 1461.

Anselmus de *Sars*, abbas Laetiensis vigesimus nonus, nobilibus ortus parentibus, prius fuit monachus et praepositus S. Amandi in Pavella. Hic vi intrusus fuit ad regimen domus per ducem Burgundiae Philippum. Quanquam fuisset facta quaedam lectio, secundum canones, per conventum et Thomam *Bouqueau* abbatem designasset, nihilominus iste Anselmus, favore ducis ac nobilium fretus, conventus electionem irritam fecit et praevaluit. Suo tempore renovavit dormitorium, refectorium, capitulum, infirmariam et culinam aliaque nonnulla. Rexit eandem ecclesiam annis virginti duobus et mortuus est. Huic successit Johannes *Baccart*, abbas trigesimus.

Anno 1475.

Johannes *Baccart*, abbas trigesimus, inter ea quae strenue gessit sacellum B. Virginis Mariae intus picturis ornavit et plures redditus quos ecclesia annuatim debebat, prudenter redemit. Praefuit annis quatuordecim duntaxat. Cui cedenti successit Leodegarius de Ponte, monachus et prior Laetiensis.

Anno 1496.

Leodegarius, abbas Laetiensis trigesimus primus, vixit in regimine monasterii annis uno et viginti. Obiit quindecimo Februarii die, in Athensi oppido. Hinc asportatus sepelitur Laetiis. Fuit profecto vir modestus, in agendis providus, in eleemosynis largus; erga inopes benignus, quare ab omnibus tum divitibus tum pauperibus peculiari affectu diligebatur. Hunc patrem virtus et pietas in omnes exhibita sic decorabat ut felici eulogio meruerit et esse et dici et vocari bonus abbas. Huic successit Balduinus *Maulbroecq*, abbas trigesimus secundus.

Anno 1499.

Balduinus, abbas Laetiensis trigesimus secundus, vir summa eruditione praestans, annis duobus cum dimidio in regimine elapsis, diem clausit extremum octava Augusti die. Hunc plerique vocarunt *grossum abbatem* a corporis quantitate, qua caeteris praeminebat. Huic successit Ægidius Gippus, monachus Laetiensis, abbas trigesimus tertius.

Ægidius Gippus Avesnensis, abbas trigesimus tertius, rerum summam vigilantanter administravit, nil antiquius Christi honore et monasterii utilitate habens. Laudem sane non vulgarem consecutus est ob benevolentiae affectum erga clerum exhibitum in Belgiae nostrae comitiis habitis ac quibuslibet negotiis publicis exortis. Hic reverendus abbas castrum Laetiense pene ex integro innovavit, domumque egregiam in omni aedificiorum structura Montibus construxit. Unam denique in Atheni urbe feliciter erexit, erecturus et novum templum Laetiis, nisi fera mors hunc telo infirmitatis percussum prostravisset. Attamen vivens et bene sanus novi chori fundamenta jecit, aliaque nonnulla futuro operi praeparavit: hac diligentia cunctis ostendens quid pietatis et religionis in animo gereret. Igitur pater decrepitu et canis jam aspersus, agens annum plus minus septuagesimum, prospiciensque in futurum ne minus idoneus sibi succederet, cogitavit de coadjutore creando, cui religionis onera tandem tuto committere valeret. Hinc, omnium assensu, sibi coadjutorem adscivit Ludovicum Blosium, monachum Laetiensem, genere nobilem, quem tum annum agentem vigesimum secundum Lovanii curarat instituendum sub praeceptore haud poenitendo Nicolao Clenardo, viro longe eruditissimo.

Designatur ergo Ludovicus coadjutor, cujus approbatio Romae data est anno 1528, die Novembris vigesima. Interim abbas Ægidius corpore effeto Montibus decumbens, in domo quam decenter ornaverat, longa infirmitate debilitatus emisit spiritum secunda Martii die, qua tum sacer cinerum dies colebatur. Cujus cadaver exsangue, Laetias relatum, in templo nostro inhumatum est ritu celeberrimo. Praefuit triginta annis cum dimidio. Cui successit Ludovicus Blosius, ingenuis ortus parentibus, ex illustri Blosiorum sive Blesensium familia. Qui verum Ludovicus admodum juvenis, anno 1530, secunda die Novembris, sacerdos in ecclesia nostra Laetiensi consecratur; die autem ejusdem mensis duodecima sacrae missae primum officium celebravit. Tredecima demum die ab Adriano, Cameracensi suffraganeo, abbas benedicitur. Praefuit annis 34, mensibus plus minus decem. Vir augusta gravitate reverendus, morum probitate colendus, sacrarum litterarum lectionibus incessanter deditus. Statuta fecit quibus monachos ad perfectiorem vivendi normam iaduxit, summo pontifice approbante. Plurima construxit aedificia, inter quae chorum nostri templi novi, eximium quidem illum et omnibus jure spectandum. Obiit autem anno 1565, nona Januarii die. Hic autem suis

Anno 1530.

praeclaris facinoribus istud quoque adjecit. Anno Domini 1554<sup>1</sup>, annuente summo pontifice Romano, toto nostri monasterii inconsulto, atque postea contradicente renitenteque conventu; a duobus nostris prioratibus, domni scilicet Petri; juxta Avesnas oppidum (ex quo D. Ettonis, episcopi et confessoris, corpus sanctum sublatum Laetias transtulit), et Sarti monachorum apud Gosselium, religiosos nostros fratres amovit et ad monasterium nostrum revocavit, atque eisdem sacerdotes saeculares viris ac feminis plebeis comitatos supposuit, multo certe piorum virorum moerore, grandi denique eorundem prioratum honorum diminutione, quorum diplomata huic paginae inserimus.

## I.

*Nicolaus*<sup>2</sup>, *episcopus Cameracensis, de dono Wilermi de Dono-Petri, etc., et de monachis ibidem constituendis, et ne B. Ettonis corpus transferratur.*

« In nomine Domini, ego Nicolaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, generationi huic et ei quae ventura est in perpetuum. Quoniam<sup>3</sup> ea quae legitime et ordine canonico ab episcopis et principibus et caeteris Christi fidelibus ecclesiis Dei<sup>4</sup> contraduntur, temporum<sup>5</sup> interveniente longaeuitate, frequenter a memoria elabuntur; ea quae nobis pie et canonicè acta sunt, scripto notare et posterorum memoriae commendare utile duximus. Sciant igitur tam praesentes quam futuri quod Wilermus de Dono-Petri, ob salutem animae suae et praedecessorum et successorum suorum, altare de *Fissau*<sup>6</sup> cum appenditio suo Donum<sup>7</sup>-Petri, cum omnibus quae possidebat tam in allodiis quam in manibus firmis et allodio de *Floberch*<sup>8</sup>, in servis et in ancillis, in terris censualibus in campis, pratis, nemoribus, aquis et omnibus usibus ad ipsum et ecclesiam<sup>9</sup> B. Ettonis jure pertinentibus, duo etiam altaria *Scarbes* et *Floreziès*<sup>10</sup>

<sup>1</sup> Pauca hic pro viri dignitate scribuntur.

<sup>2</sup> V. Miraei, *Oper. diplom.*, t. III, 542 (R.).

<sup>3</sup> *Quoniam*, quia (R.).

<sup>4</sup> *Dei*, manque (R.).

<sup>5</sup> *Temporum*, tempore (R.).

<sup>6</sup> *Fissau*, Fiscau (R.).

<sup>7</sup> *Donum*, Dono (R.).

<sup>8</sup> *Floberch*, Florbeck (R.).

<sup>9</sup> *Nemoribus, aquis et omnibus usibus ad ipsum et ecclesiam*. Tout ce passage manque (R.).

<sup>10</sup> *Floreziès*, Florsies (R.).



cum omnibus ad ea pertinentibus in nostras manus libere et absolute, ad opus ecclesiae de Laetiis, resignavit. Nos vero, ob nostram nostrorumque salutem et remedium animarum, haec omnia supradicta libere et absolute ecclesiae de Laetiis, salvo synodali et episcopi, ministrorumque ejus jure, tradidimus. Eo tamen tenore et conventionem ut ecclesia de Laetiis<sup>1</sup> in ecclesia de Dono-Petri monachos tot quibus supradicta ad victum et vestitum sufficere queant, collocet<sup>2</sup>. Dominus vero abbas ipsum locum, ad honorem Dei et corporis sacri ibidem requiescentis, in acquisitis et acquirendis, honorare et manu tenere servitiumque ibidem ordinare debet. Quoscumque autem apponere vel deponere voluerit, in ejus voluntate et dispositione erit. Illud etiam non credimus praetermittendum quod sacrum S. Ettonis corpus nullus abbatum, nullus monachorum, nulla omnino persona a loco suo, ut alibi translatum remaneat, remove debet. Quod si totius hujus conditionis pactio minus caute vel negligenter ab ecclesia de Laetiis vel abbate observata fuerit: qualiter corrigi debeat, in domini episcopi et ecclesiae Cameraensis consilio permanebit. Ut autem haec rata et inconvulsa perpetuo perseverent, praesentium paginam conscribi et sigilli nostri impressione muniri fecimus. Data conservatoribus benedictione et pace, in violatores sententiam excommunicationis provulgamus<sup>3</sup>. Acta sunt haec publice in conspectu ecclesiae nostrae anno Domini 1162, episcopatus nostri 26.

S. THEODORICI, praepositi et archidiaconi.

S. JOHANNIS ALARDI.

S. EVRARDI archidiaconi.

S. HUGONIS decani.

S. GUALTERI cantoris.

S. JOHANNIS, GUALTERI, sacerdotum.

S. BARTHOLONEI, GUALTERI, levitae<sup>4</sup>.

S. ROBERTI, ANSELMI, sublevitae<sup>5</sup>. »

<sup>1</sup> *Ecclesia de Laetiis*, manque (R.).

<sup>2</sup> *Collocet*, collocabit (R.).

<sup>3</sup> *Provulgamus*, promulgamus (R.).

<sup>4</sup> *Levitae*, levitarum (R.).

<sup>5</sup> *Sublevitae*, sublevitarum (R.).

## II.

*Albero*<sup>1</sup>, *Leodiensis episcopus, de fundatione prioratus de Sarto et donatione possessionum et reddituum et libertate ejus.*

« In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Albero, divina miseratione Leodiensis<sup>2</sup> episcopus, cunctis Christi fidelibus utriusque vitae successus. Quod ad laudem Domini et honorem salvatoris nostri Jesu Christi in dies augmentatur, nulli est celandum: imo ut nomen Domini diffusius celebretur, omnibus est revelandum. Notum igitur vobis facimus quod Petronilla, uxor Rodulphi<sup>3</sup> de Viesvilla, humilis Christi famula, divino afflata spiritu, in honorem Dei et S. Michaelis archangeli, pro sua suorumque salute, apud *Azeleu-Sart*<sup>4</sup> ecclesiam fundavit<sup>5</sup> et eam, pro sua facultate, de suis beneficiis honoravit, eamque cum omnibus appendiciis suis ecclesiae Laetiensi in perpetuum subdidit, quae Deo et S. Lamberto martyri in ordine monachico<sup>6</sup> religiose deservit: statuens, in pignus foederis, ut illa ecclesia suae matri ecclesiae quotannis quinque solidos censuales persolvat, in festivitate S. Lamberti martyris. Haec sunt autem beneficia quae supradicta matrōna huic ecclesiae, concilio et assensu filii sui Ebali, coram testibus idoneis, ad usus fratrum Laetiensium ibidem Deo famulantium, legitime adoptavit: mansus terrae continens octo<sup>7</sup> bonaria jacentia infra<sup>8</sup> ambitum ejusdem loci, videlicet *Sart*, unum<sup>9</sup> molendinum quoque cum piscatione communiter<sup>10</sup> sibi et nobis circumquaque libere concessa; ecclesia de Goceliis cum decimis suis et nona garba de culturis ejusdem villae, et tertia pars prati sui dominicatus, et ecclesia de Wadragnis<sup>11</sup> cum nona garba de cultoribus<sup>12</sup> ejusdem villae, et ad Tongrinal<sup>13</sup>, de culturis nona garba, et allodium de *Tier*<sup>14</sup> cum omnibus appendiciis suis, quae sui juris sunt, domino filio suo Ebalo renitente<sup>15</sup> advocatiam et familiam<sup>16</sup> S. Johannis tantum modo, et quarta pars de Thimium cum suo appendicio.

<sup>1</sup> V. Miraei, *Oper. diplom.*, t. III, p. 327 (R.).

<sup>2</sup> *Leodiensis*, Leodicensium (R.).

<sup>3</sup> *Rodulphi*, Radulphi (R.).

<sup>4</sup> *Azeleu-Sart*, Avelein-Sart (R.).

<sup>5</sup> *Fundavit*, aedificavit (R.).

<sup>6</sup> *Monachico*, monastico (R.).

<sup>7</sup> *Octo*, decem et (R.).

<sup>8</sup> *Infra*, intra (R.).

<sup>9</sup> *Unum*, deest (R.).

<sup>10</sup> *Communiter*, communitatis (R.).

<sup>11</sup> *Wadragnis*, Wandenies (R.).

<sup>12</sup> *Cultoribus*, culturis (R.).

<sup>13</sup> *Tongrinal*, Tongrinas (R.).

<sup>14</sup> *Tier*, Thier (R.).

<sup>15</sup> *Renitente*, retinente (R.).

<sup>16</sup> *Familiam*, Ebalo retinente advocatiam (R.).

Ad hujus quoque loci dignitatem, sublimitatem<sup>1</sup> et ad<sup>2</sup> usus fratrum multiplicandos, pro salute suarum animarum et suorum antecessorum ac eorumdem fratrum dilectione, Lambertus<sup>3</sup> de *Maiseretz*<sup>4</sup> dimidiam partem ecclesiae supradictae villae Thimium<sup>5</sup> cum suis appendiciis tradidit et aptavit<sup>6</sup>. Et Gerardus de *Wais* terram supra dicto loco contiguam fere<sup>7</sup> duodecim bonaria habentem (quae vulgariter appellatur *Unibalt Rusezs*<sup>8</sup>).

Quorum beneficiorum frater noster Wedricus<sup>9</sup>, abbas Laetiensis<sup>10</sup>, volens munimentum nostrae auctoritatis habere, ad nos usque pervenit, postulans ista beneficia et alia quae Dominus Jesus Christus suae ecclesiae per suos fideles contulit, a nobis confirmari. Cujus petitioni, cum<sup>11</sup> rationabilem intelleximus, satisfacere curavimus. Ita tamen eo petente, ut Ebalus, praefatae matronae filius, ecclesiam cum designatis beneficiis in manu nostra liberam redderet. Quod et ita prosecutum est. Enim vero ego de manu Ebali liberam recepi, et eo petente et annuente<sup>12</sup> matre sua Petronilla, adstantibus liberis testibus, salvis nostris et ministrorum nostrorum redditibus, eam libere ecclesiae Laetensi et praefato abbati tradidi, eo quidem tenore ut per ipsum ac per suam ecclesiam ibidem numerus fratrum Deo servientium augeatur, secundum quod ratio dictaverit, et possessiones ecclesiae accreverint, vel abbas viderit fratribus illic degentibus expedire. Confirmamus igitur et, ut ratum permaneat, nostri sigilli munimento corroboramus et adstantium testimonium personarum, tam praesentibus quam futuris, manifestum esse curavimus. Hujus rei testes sunt :

ANDREAS, praepositus et archidiaconus S. Lamberti.

ALEXANDER STEPPO, } ejusdem ecclesiae archidiaconi.  
JOHANNES, }

De eadem ecclesia clerici :

SEIFRIDUS decanus.

JOHANNES DE LOVIRVAL.

<sup>1</sup> *Sublimitatem*, sublimandam (R.).

<sup>2</sup> *Ad*, manque (R.).

<sup>3</sup> *Lambertus*, Lantbertus (R.).

<sup>4</sup> *Maiseretz*, Daisereth (R.).

<sup>5</sup> Vulgo Thimeon, hodie pastoratus abb. Floreffensis. Nota Miraei.

<sup>6</sup> *Aptavit*, adaptavit (R.).

<sup>7</sup> *Fere*, forte (R.).

<sup>8</sup> *Unibalt Rusezs*, Wibalt-Rubers (R.).

<sup>9</sup> *Wedricus*, Wedericus (R.).

<sup>10</sup> *Laetiensis*, Liesciensis (R.).

<sup>11</sup> *Cum*, quam (R.).

<sup>12</sup> *Annuente*, anteveniente (R.).

## De abbatibus :

OBERTUS, abbas S. Jacobi.

RODULPHUS, S. Trudonis abbas.

## De liberis hominibus :

FRANCO et ejus filius<sup>1</sup>.GERIBRANDUS DE CINHAIE<sup>2</sup>.GODEFRIDUS DE DISCLOS<sup>3</sup>.

WARNERUS DE HÖREIS.

Si quis vero hanc nostrae constitutionis paginam agnoscens violare praesumpserit, reum et excommunicatum divino iudicio se de perpetrata iniquitate cognoscat, donec male ablata restituerit vel digna poenitentia defleverit. Actum Leodii, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo quinto, indictione tertia, regnante Lothario, anno primo regni ejus, praesidente S. Romanae ecclesiae Honorio, Leodiensi episcopo Alberone<sup>4</sup>. »

Ludovico Blosio successit Quirinus *Douillet*, Atho urbe oriundus, hujus monasterii religiosus, abbas trigesimus quintus. Anno 1565, mense Septembri, confirmatus, Novembri postea sequente a suffraganeo Cameracensi abbas benedicitur in coenobio nostro Laetiensi; Aprilis 26 Castelli obiit 1578, extorris, cum nostra Belgia intestino bello mutisque caedibus se pene ad interuersionem usque devastaret atque consumeret, provinciarum nostrarum nobilibus ignobilibusque misere inter se dissidentibus, digladiantibus, atque sese in diversa rapiantibus, ob Hispanorum, supra modum superbe dominantium, e nostra Belgia expulsionem.

Quirino *Douillet* successit Nicolaus *Le Francq* secundus, Montensis, monachus noster, mense Septembri. Denominatur abbas trigesimus sextus, consecratur vero Avesnis, Andreae apostoli natalitio die 1578. Praefuit annis 32 valde exemplariter. Quamdiu vixit, bene fuit nobis et ecclesiae Laetiensi.

<sup>1</sup> *Filius*, filii (R.).<sup>2</sup> *Cinhaie*, Otthaie (R.).<sup>3</sup> *Disclos*, Erselos (R.).<sup>4</sup> *Alberone*, Adalberone (R.).

V.

**HISTOIRE**

DE L'ABBAYE DE SAINT-DENIS EN BROQUEROIE, PAR L'ABBÉ GASPARD VINCQ.

---

EX AUBERTI MIRAEI

*Originibus Benedictinis*, pp. 316-317.

*S. Dionysii monasterium in Broqueroia, secundo lapide a Montibus Hannoniae metropoli situm.*

Richildis, Flandriae et Hannoniae comitissa, et filius ejus, Balduinus, piis operibus et eleemosynis intendentes, in suo allodio ecclesiam S. Dionysii construxerunt, in qua monachos S. Benedicti instituerunt et ipsam villam multisque in locis terras cultas et incultas, sylvas et aquas et prata, servos et ancillas eidem ecclesiae contulerunt, et, qua potuerunt libertate atque honore, adfecerunt. In diebus illis Montibus Hannoniae, in ecclesia S. Petri tredecim erant canonici, quorum praebendae ad donationem capituli S. Germani, ejusdem urbis, pertinebant. Unde Richildis comitissa et Balduinus, ejus filius, tantum effecerunt, ut illae praebendae in usus monachorum S. Dionysii converterentur. Et cum omnes oblationes altarium Montensium et capellaniarum ad sacellanos S. Waldetrudis, scilicet ad canonicos S. Germani, excepto monasterio S. Petri, pertinerent, compositum fuit ut ecclesia

Obiit illa anno 1086.

S. Germani monasterium S. Petri, ab ecclesia S. Dionysii, sub annuo censu sex denariorum, in ipsius S. Dionysii festo solvendum in ipsa ecclesia S. Dionysii, susciperet perpetuo tenendum. *Haec fere Jacobus Guisianus in MS. Hannoniae Chronico.*

EX LIBRO DICTO :

*Origines omnium Hammoniae coenobiorum*, auctore PH. BRASSEUR.  
Montibus, 1650, in-8°, pp. 48-56.

Cum S. Dionysii juxta Montes abbatia desit in *Chronico Balde-* Anno 1081.  
*rici* (nec enim id ultra 1040 annum progreditur), hujus loci noti-  
tiam aliunde mutuari cogor; nec eam alibi certius invenerim,  
quam in ipsius fundatricis diplomate, quod sic incipit :

*Ego Richildis comitissa, mater Balduini comitis, cernens totum  
mundum in maligno positum, ruere ad occasum, coepi tractare de  
salute animae meae et filii mei Balduini. Pro talibus namque mihi  
saepe cogitanti et ingemiscenti, occurrit intentio relevationis de  
quodam locello in honore sancti dedicato Dionysii, et statuere ibi  
fratres Deo militantes juxta regulam sancti Benedicti, etc.*

Ex quibus patet imprimis praetactum locellum fuisse antea ali-  
cujus notae et considerationis, quia de ejus relevatione, praeexis-  
tentiam notante, loquitur. Anno enim 868 (quo omnium Lobbiensis  
ecclesiae terrarum a S. Joanne, episcopo Cameracensi, facta fuit  
descriptio), locus iste cum sacello suo juris erat Lobbiensium; quo



forte titulo Ratherius, quondam Lobbii monachus, a 955 Italia pulsus, praetacti sacelli dote a Fulcuino abbate donatus fuerit, ut refert D. WAULDE in sua *Historia Lobbiensi*. Patet insuper hallucinari Nicolaum Guisium scribentem <sup>1</sup> id monasterii a dicta Richilde erectum fuisse in *Montensium refrigerio*, qui ad *Brocqueroyam funditus pro patria deleti fuerant an. 1076*, quandoquidem nihil ea de clade in dictae suae foundationis litteris adstruat.

Verum enim vero, ne praedestinati a se religiosi viderentur anarchi, iisdem praescipsit subjectionem et normam monasterii *Sylvae-Majoris*, in Francia tunc maxime florentis; a quo nimirum, velut in coloniam, primi monachi mitterentur, et primus ex eo abbas constitueretur; qua de re ipsam, si lubet, audiamus loquentem in altero suo diplomate an. 1082 dato : *Tempore*, inquit, *quo haec meo versabantur animo, erat incoeptum monasterium in loco Sylva-Major nuncupato. Huic igitur ecclesiae placuit praefatum locum subdicere, ut ex tam nobili congregatione (notate verba) semper abbatem suscipiat, qui ecclesiam S. Dionysii recte disponat*, etc. Haec autem subjectio et dependentia in principio nascentis hujus ecclesiae necessaria fuit ad formandum regimen, non tamen in progressu, suscepta et inolita jam educatione : unde et postmodo mitigata, et tandem penitus sublata, prout inferius dicemus; potiora interim prosequamur.

Ad haec dicta Richildis, ut ampliore dote monasterium fundaretur, cum dicto filio suo ante mortem effecit ut tredecim praebendae monachorum S. Petri in Montibus (qui ex primaeva institutione probabiliter etiam erant Benedictini), dicto huic monasterio incorporarentur, prout me docet praetacti Balduini diploma an. 1084 datum, quod sic incipit : *Ego Balduinus, comes Hannoniae, iterum consilio domini mei Gerardi, Cameracensis episcopi*, etc.

<sup>1</sup> *Hannoniae metropolis*, cap. 30.

Sed cum de hac donatione, post mortem dicti Balduini, inter partes multum ac diu decertatum fuisset, an. tandem 1123, Burchardus, ep. Cameracensis, *istud ecclesiae S. Petri beneficium, saepe libatae S. Dionysii ecclesiae pontificali decreto assignavit*, ut iis terminis dicti episcopi litterae, eo tenore incipientes: *Burchardus, Dei gratia Cameracensium episcopus, notum facimus ecclesiam sancti Dionysii prope Montes*, etc.

Sed, omissa hujus controversiae decisione, praefati fundatoris et aliquot ejus successorum beneficia, huic loco praestita, commemoremus.

Ut Balduinus iste, cognomento Hierosolymitanus, hujus suae domus decorem et augmentum diligebat, praeter dictarum praebendarum unionem, eidem dedit *incisionem lignarum in sylva de Havrets, ad omnes usus ipsius ecclesiae perpetuo, tam in structura aedificiorum, quam in fomentis ignium*, prout legitur in diplomate Balduini sexti, an. 1197 dato. Insuper locum ipsum cum ascetis ab omni laïcorum potestate exemit, teste ejus syngrapha an. 1097 data.

Eas autem patris sui donationes Balduinus III, *paterna sequens vestigia*, non solum confirmavit, sed etiam adauxit an. 1117, quotali ab eo diploma emanatum: *Ego Balduinus, comes Haionensium, filius gloriosae memoriae Balduini Hierosolymitani*, etc. Insuper Balduinus IV, cognomento Aedificator, allodium de *Obrechie*, cum suis attinentiis, omnino liberum, huic dictae ecclesiae collatum recognovit. Item Balduinus VI, dictus Constantinopolitanus, ne a progenitorum suorum pietate degenerare videretur, multa etiam huic coenobio beneficia contulit annis 1197, 1198, 1199 et 1200, quae totidem diplomatis insunt apud Miraeum, in *Donationibus et Notitia ecclesiarum Belgii*. Praeterea Guilielmus, dicti comitis et imperatoris patruus, illius nomine Hannoniam regens, huic etiam loco beneficus fuit an. 1203, quo litterae ab eo datae sic

incipiunt: *Ego Wilelmus, domini comitis Hannoniae et Flandriae patruus*, etc.

Sed et reverendissimi aliquot episcopi Cameracenses praedictos comites imitati sunt. Inprimis Gerardus II, *episcopale jus, quod in ecclesia, sive altari S. Dionysii habebat, Deo condonavit, ut ubi degentes monachi ab omni prorsus inquietudine essent liberi*; ita secundae dictae Richildis litterae. Burchardus autem praeter favorem sententiam ab eo latam in causa dictarum praebendarum S. Petri, *ecclesias de Houdeng, Goignies et Lembecq*, hujus loci monachis in perpetuum concessit an. 1119. Ejus adsunt litterae: *Communicato nostrorum clericorum consilio*, etc. Nicolaus, hujus nominis I, *parochiam de Fouleng* Arnulpho abbati dedit. Sed et alii plures alias (in quibus eminent Angiensis, decem et amplius simplicium beneficiorum fundatione decorata) contulere, quos, et ipsa si hic enumerem, plus justo longior sim; proinde ad alia duo notatu digna.

Primum quidem est, quod hujus loci antistes sit primitivus pastor illustrium D. Waldetrudis, Montibus, canonicorum, et simul ordinarius ac regius ad ejusdem divae aras ecclesiastes, pro celebrandis regis, principum totiusque nobilitatis Hannoniae funeribus; sumpto hujus dignitatis principio ab ecclesia S. Petri, cujus abbas, aut, si mavis, superior, ex primaeva dictae sanctae Waldetrudis institutione, iisdem erat a sacris.

Alterum est, quod inde, tanquam ex redolentissimo monasticae perfectionis alveari, nuper evocati sint ascetae ad monasteria Affligemense, Gerardimontanum, Gislenianum, et quaedam alia superioris Germaniae, haeticorum factionibus alias devastata, ut in singulis divi Benedicti spiritum rectum innovarent.

Sed nunc ad primos abbates e dictae Sylvae-Majoris coenobio evocatos; inde enim veniens Martinus I abbas, monasticae religionis fundamenta jecit; successere Heribertus et Balduinus, de quibus

fit mentio in praecitatis Burchardi litteris. Subsequentium seriem primis curis metricis dedi, hic tantum celebriores repetivi Bartholomaeum an. 1198, Balduino comiti carum; Marcellum, profusae in pauperes liberalitatis virum; Petrum, auctorem concordati inter suam et Sylvae-Majoris ecclesiam; Augustinum, hujus et monasterii S. Amandi praesulem; Theodericum, in itae societatis inter suos et Cellenses fautorem an. 1321; Nicolaum de *Montignies*, perennis aquae in omnia monasterii loca traductorem; Guilielmum *D'Assonville*, aeterna memoria dignum, ob ademptam Sylvae-Majoris in hanc domum jurisdictionem; quod quidem onus redemit *quingentis coronis auri, cunei regis Franciae, boni et justis ponderis*, ut iis verbis legitur in instrumento desuper confecto an. 1426; Joannem *Lé Fort*, de ipsius ecclesiae gremio, post aliquot commendatarios, assumptum.

Notanter vero D. Petrum *Rollier*, patria Leodiensem, pontificalis annuli et mitrae procuratorem, de speciali sedis apostolicae gratia<sup>1</sup>, cujus hic praetereo bullam, quia ter a nobis per tres et amplius quindenae rogata, nedum in promptu reperiri potuit; D. Joannem *Descamps*, refugii Montensis adornatorem; D. Franciscum de *Buzegnies*, auctorem reformationis S. Justiniae de Padua sive Cassinensis, cujus assumptioni intermortuus an. 1623, in ejus post modo locum suffecto R. D. Gaspare *Vincq*, S. Adriani 41 antea praesule; qui, cum rigidioris vitae institutum egregie promovisset, multaque alia laudabilia, praeter novae ecclesiae, an. demum 1640 benedictae fabricam, peregisset, Gandavum ad S. Petri regimen a rege fuit evocatus.

Ab ejus exitu feliciter ac laudabiliter hodie praeest R. adm. D. Martinus *Goufard*, Lutsemburgensis, ordine XLIV abbas, Bru-

<sup>1</sup> Opinor quod per Gregorium XIV, anno 1590, aut forte Innocentium IX, 1591, vel etiam Clementem VIII, 1592. Conjecturis his meis certitudinem cum tempore exspecto, nec enim hactenus scire potui. (Pa. B.)

xellis an. 1646 benedictus, ex quo tempore hoc utitur, symbolo :  
*Sustinuit.* Det ipsi Deus felicem et longam vitam, nec minus interea  
vires ac fortitudinem, ut infractos humeros sustinendis honoris sui  
oneribus domi forisque subjicere valeat : in quo voto desino.....



## DE FUNDATIONE

MONASTERII S. DIONYSII IN BROQUERIA, ET ABBATIBUS QUI ILLI PRAEFUERUNT, *auctore*  
D. GASPARO VINGQ, *abbate S. Dionysii.*

Patres nostri solis divinis intenti et circa illud unum necessarium a Christo Folio 1.  
domino beatae Marthae praedicatum occupati, parum aut nihil solliciti fuerunt posteros informare quodnam monasterium hoc Broqueroyanum initium habuerit, quemve progressum aut quinam illius gubernacula ab initio tenuerint; ac proinde fit ut suscipienti mihi de illius fundatione pauca dicere, et in perquirendis praelatis qui illi hactenus praefuerunt, aliquantulum operam dare, perdifficile sit certi quidpiam asserere.

Dum enim Richildem, ejusque filium Balduinum, Hannoniae comites, quos fundatores nostros merito veneramus, attentius considero; et ab illis praelatorum nostrorum seriem inchoare dispono, rerum obscuritas parumper subsistere et haesitare cogit. Re namque altius considerata, et lectis duobus praedictae Richildis nostrae de fundatione hujus monasterii diplomatibus, Folio 2.  
quae infra subijciam, illos concipio monasterii hujus restauratores potius quam primarios fundatores dici oportere: ex illis namque constare videtur hoc in loco abbatiam seu conventum aliquem monachorum jam olim antea extitisse, priusquam Richildis existeret. Sic enim illa loquitur in suis praedictis diplomatibus: « Occurrit mihi intentio relevationis de quodam locello » in honore sancti dedicati Dionysii, et statuere ibi fratres Deo militantes » juxta regulam S<sup>ti</sup> Benedicti. »

Verba haec *intentio ac elevationis de quodam locello* subobscura quidem, prima fronte, videntur, sed nihil minus satis significativa, ut certo conjici

possit Broqueroyanam hanc solitudinem monachorum habitatione jam antea fuisse nobilitatam. Quare mirum videtur praedecessores nostros illa minus advertisse et considerasse : nam cum Richildis dicat se intendere hunc locellum , ut ipsa loquitur , relevare , illum utique constat antea fuisse et stetisse. Relevari enim non potuit , nisi quod prius ceciderat ; nec cadere potuit nisi quod extiterat. Quamobrem cum pia mulier suis ambobus diplomatibus fateatur se hunc locum , etiam antea in honorem divi Dionysii dedicatum , relevare , dubitari non debet quin hic aliquis conventus antea fuerit , cujus verisimiliter adhuc aliqua extabant vestigia , quae causam illi dedere cur hic potius quam alibi construere maluerit ; dum enim hic locus jure haereditario ejus esset , sciretque , seu ex praedictis habitationis antiquae vestigiis , seu relatione majorum , illum ad honorem sancti Dionysii fuisse consecratum ac divinis laudibus celebratum , maxime Deo gratum acceptumque putavit non pati diutius prophanatum iri. Sicque operam et opes impendit ut ubi olim Deus cultus fuerat , denuo coleretur , et locus qui ferarum esse coeperat , tandem fieret iterum habitatio hominum tota mente Deo famulantium , ut post videbitur.

Folio 3.

Huic argumento accedit quod ex monumentis monasterii Lobbiensis refert magister Aegidius Waudaeus , in vita sancti Ursmari , quam anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo edidit , Montibus Hannoniae videlicet , Ratherium quemdam tunc hic existentis monasterii fuisse praelatum.

Hic vero Ratherius Lobbiani monasterii monachus erat , et , juxta praedictum Waudaeum , Viennensis comitis filius : vir sane apud imperatorem Ottonem primum , cui a consiliis erat , magni nominis et auctoritatis , ac in omni scientia vix alicui secundus. Sed vel infelicem vel principatui seu ecclesiis regendis minus aptum eum fuisse nemo temere dixerit : quater enim ad episcopi cathedram evectus , ut post videbitur ; quater quoque pulsus , vitam tandem egit privatus et clausit. Non omnis scilicet fert omnia tellus , nec Cereri apta procreandae est quae Baccho. Ut malus enim est aliquando princeps qui laude non parva vitam egerat privatam ; ita publicam saepe rem erexit qui familiarem pessumdederat. Is in artibus excolendis socios habuerat Squamium et Theoduinum , viros illis temporibus rara sapientia nobiles , eosque Lobbiani monasterii monachos.

Folio 4.

Sed quae Ratherium e monacho episcopum versarit fortuna paucis videamus. Primum ergo Hilduinum , olim abbatem Lobbiensem , virum genere et

eruditione clarum episcopatu Leodiensi, anno nongentesimo vigesimo, simoniace adepto, et paulo post eo pulsum in Italiam secutus, ab Hugone, Italiae rege, circa annum nongentesimum vigesimum nonum aut trigesimum, Veronensis ecclesiae episcopus constituitur, eoque, ab eodem, nulla forma iudicii canonici servata, anno nongentesimo trigesimo secundo ejicitur, ac Ticinum urbem, nunc Papiam, relegatur, quod ex levi conjectura creditus esset cum Milone, Veronensium comite, adversus eum in arma concitasse, et in urbem Veronam advocasse ac recepissé Arnoldum, Baioariae ducem. Aliquanto vero post tempore, seu quia regis indignatio paulatim lentesceret, et, pulsus perversae suspicionis tenebris, eluceret innocentia, seu quia praedictis novisque quotidie meritis sibi Ratherius rempublicam obstringeret, eum Hugo rex pristinae restituit dignitati: quo in munere, vitam sancte ac laudabiliter egit, multaque gessit pro divini numinis propagatione et salute commissi gregis usque ad tempora Berengerii, saevissimi in Italia tyranni, qui, cum Hlotario, Hugonis filio, in regnum successit. Ab eodem, quod inconcussa et digna pontifice christiano dicendi libertate detestabiles ejus mores vitamque publice exagitaret, rursus episcopatu Veronensi spoliatus, exilio damnatus est. Loco itaque exturbatus Ratherius, Lobbias, antiquae quietis amans, rediit. Non diu tamen ibi otiosus quietusve relinquitur. Aliquanto enim tempore reversus, Brunoni, praedicti Ottonis fratri, in magistrum assumitur, ut eum in sacris litteris perpoliret: quo satis innotescit quantus apud dictum Ottonem imperatorem fuerit Ratherius. Sed et hoc opere in tantum sibi Brunonis conciliavit amorem, ut ejus jam secundo episcopatu pulsae virtutem, et animi constantiam diu inhonoram non tulerit. Is enim, anno nongentesimo quinquagesimo tertio, ad Coloniensem episcopatum evectus, acceptae haustaeque scientiae memor, statim eodem anno episcopatu Leodiensi qui, sub id forte tempus, pastorem amiserat, Ratherium donavit.

Folio 5.

Sed nec eo episcopatu felix: vix enim illum ad unum annum rexerat, cum infensiores illi evadunt Leodii, quod in mores pravos hominum, tam verbis quam scriptis, mordaciter nimis, ut aliqui volunt, inveheretur, nullo conditionis hominum discrimine habito. Proinde ex potentioribus quidam nimium ejus dicendi libertate offensi, volentes ad eam ecclesiam promotum Baldericum, Raginerii, comitis Hannoniae, Longi-Colli vulgo dicti, nepotem, illum toto biennio tam graviter agitarunt, quod defectu sufficientis auxilii, episcopatu relicto, violentiae cedere debuit, retenta, ut aliqui volunt, ex



Folio 6.

episcopii vectigalibus modica pensione. Lobgium reversus, vix ibi biennium egerat, quando in Italiam rediit, ubi Otto Augustus, postquam ibi Berengarium debellasset, ecclesiae Veronensi eum restituit. Restitutus autem ecclesiae Veronensi, Ratherius ad ea quae subditorum regimen concernebant totus incubuit. Et ne cui officii sui parti deesset, multos sermones composuit usui pastorum suorum accommodos et synodalia decreta conscripsit, regimen totius cleri sui spectantia. Sed, o rerum inconstantiam! en tertium Veronensi insidet cathedrae Ratherius, at necdum extra teli jactum constitutus. Nam sive intrepidam coarguendi vitia libertatem non magis Veronenses ferre potuerint, quam Leodienses, ab homine praesertim bis terve episcopatu pulso, seu forsitan gravis esset civibus ille quem armorum terrore Otto Augustus reduxisset, diutius non mansit in episcopatu quam Otto in vita. Statim enim atque mortem oppetiit, tertio Veronenses exulatum pepulerunt, non considerantes quantum mali ac periculi, percusso pastore, immineret ovibus. Et certe merito cardinalis Baronius Veronensis ecclesiae deflet infelicitatem, cui frui non licuerit episcopo suo, magni isto tempore nominis viro. Ejus virtutem, sicut ex ungue leonem, ex insigni modestia demissioneque animi, quam ex scriptis ait emicare, plurimum commendat, quando numinis providentiae justoque ejus judicio et peccatis suis adscribere non dubitat tristem illam status sui inconstantiam: quod sane apte haeret cum infra scriptis et a se dictatis illis versibus, quos sepulchro suo apponi voluit. Pulsus ergo Verone tertio Ratherius equis, ut vult Vaudaeus, cui in hoc non valde assentior, cum multo auro argentoque ad suae professionis locum rediit. Sed nec hac vice latere ibi diu permittitur. Nam Lobgium reversus, abbatiis praeficitur: primum Altimontensi, deinde Broqueroyanae nostrae, ac demum S<sup>ti</sup> Amandi in Pabula, Lothario rege agente et conferente: quo sane miranda viri elucet humilitas, utpote qui, toties repetitae dignitatis episcopalis oblitus, abbatias suscipere ad regendum non recusat. Verum, illarum munus et onus non diu sustinuit. Vergente enim jam ad senium ejus aetate, Fulcuinus, abbas Lobbiensis, quem e sacro fonte levaverat, illum, ut negotiis procul sibi soli de caetero vacaret, recepit, et illi Alnense monasterium, quod Lobbiani monasterii membrum erat, cum proventibus aliquot paganorum vicinorum, pro reliqua sua sustentatione, assignavit. Is tandem, post longam variamque adeo fortunam, octogenario major obiit Namurci, apud ejus loci comitem, sibi singularem amicum, anno 974, die 24 Aprilis. Corpus Lobbias revectum; sepultum pon-

Folio 7.

tificaliter fuit supra montem, in capella S. Virginis, cum his quos ad sarcophagum suum inscribi voluit versibus :

Verone praesul, sed ter Ratherius exul,  
 Ante cucullatus, Lobbia, postque tuus,  
 Nobilis, urbanus, pro tempore morigeratus,  
 Qui inscribi proprio hoc petiit tumulo :  
 Conculcate, pedes hominum, sal infatuatum ;  
 Lector propitius subveniat precibus !

Rarum profecto humilitatis exemplum !

Sed mirum est quod manuscriptae Lobbiensis chronologiae auctor virum illum perillustrem, et quem scriptores summis laudibus efferunt, solus ille ignominiose depingat, et non modo mirae levitatis accuset; sed etiam simoniae labis macula ac sorde foetuisse doceat. Ait enim illum pecuniis seu thesauris e Verone secum allatis, a Lothario, Francorum rege, mercatum fuisse abbatiam S<sup>u</sup> Amandi, qua tamen vix, una nocte potitus sit, eam ex innata sibi levitate deserens. Quo facto, magno similiter pretio Altimontense Folio 8. monasterium sibi comparavisse, et, eo etiam relicto, Alnam rediisse. Sed ut illa absurda sunt, ita commenta mihi videntur. Hujusmodi enim levitates in nemine reperiri posse reor, nisi stultus sit, et omnis prorsus expertus rationis: quod de viro hoc dici non posse ex supra et huc usque dictis, satis supraque monstratur. Deinde, ut nihil auctor omisisse videatur, pro coronide adjungit eundem ecclesiam S<sup>u</sup> Dionysii similiter emisse, et monasterium Lobbiense vi invadere voluisse, auxilio pecunia comparato. Ejus verbis utar: « Claustrum, inquit, scilicet Lobbiense, in modum castelli cinxit, de mammona sibi residuo, quorundam principum adhoc empto adjutorio, ecclesia quoque S<sup>u</sup> Dionysii, quam emerat a Roberto comite, viginti librarum taxato pretio; hujus rei causa sponte caruit. » Sic ille; sed quis credat haec adeo manifesta facinora soli illi scriptori Lobbiano fuisse nota? Quis dicet Panvini-um, scriptorem de antiquitate urbis Veronensis, Sigonium de regno Italiae, Sigebertum, Trithemium, Baronium et novissime Bartholomeum Fisen, in historia Leodiensi nuperrime edita, sic ignominias nescisse Ratherii, ut earum nullus meminerit? Ecquis de viro annoso et ad primarias dignitates ecclesiae toties evecto haec cogitabat? indicent alii; ego, cum praedicto Baronio, ecclesiae Veronensis infelicitatem deflebo; utpote cui non licuerit

Folio 9.

frui episcopo suo Ratherio, scilicet magni, isto tempore, nominis viro; dicamque, cum Sigeberto, eum fuisse nimiae simplicitatis, sed experientia liberalium artium nominatum. Et certe meo iudicio linguam reperire facile non est quae istius viri virtutem et animi constantiam digne exprimere possit. Quater episcopatu donatur et quater episcopatu pellitur, sed, semper adversa fortuna fortior, in istius modi namque adversis, animo forti et tranquillo, utilem toties quoties ecclesiae navavit operam, ingenii sui monumentis posteritati relictis: nam, praeter illa quae ante memoravimus, non pauca alia scripsit opuscula, teste eodem Sigeberto, legentibus utilia. Et primo quidem Verone pulsus et Ticini seu Papias exulatus, librum edidit quem intitulavit: *Meditationes Ratherii, episcopi Veronensis, sed Lobbiensis monachi*. Item alium in quo faceta satis urbanitate deplorat aerumnas suas, multa suae causae interserens, quae possunt legentibus placere et prodesse. Leodio vero ejectus, scripsit librum cui titulum *Phrenesim*, et alium quem *Perpenticulum* nominavit; item alium quem praetitulavit *Infelix garritus*. Composuit insuper librum *de corpore et sanguine Domini*; item *de praedestinatione Dei*. Scripsit quoque *Agonosticon*; id est *Praeloquiorum libros sex*, et *Confessionum* librum unum. Ternas etiam ejusdem nuper edidit epistolas Chapeavillus, ex pervetusto codice Lobbiensi. Sed praecipuam gloriam illum in eo consecutum censeo, quod, sive primo sive ultimo, ut aliqui volunt, Verone pulsus, antropomorphitis qui Deum corporea mole formaque circumscribentes, insania sua graviter vexabant inficiebantque Italiam, fortiter occurrerit, confutatis illorum erroribus, insigni etiam composito libro, gentem illam Romanae reddiderit fidei. Ea occupatio viri vere christiana, et iis quae ex Lobbiano scriptore retulimus valde contraria. Virtus et vitium non confunduntur nec eadem pelle teguntur: et vetus proverbium est: fratrum quoque gratia rara. Ego vero Ratherium, qui tot praeclaris virtutibus claruit, cum labe simoniae vitam clausisse non existimem: non enim in suo senio pejor quam in anteriore vita fuisse putandus est.

Folio 10.

Haec de Ratherio nostro, nobilitatis genere, pietate, doctrina et praeallegatis dignitalibus viro perillustri. Argumento, quod ex Richildis diplomatibus supra deprompsi, adjicienda videbantur, cum enim, ex monumentis monasterii professionis illius, abbas noster fuisse probetur, quae ad ejus laudem faciebant praetermitti nullatenus debuerunt.

Quamdiu autem, aut quotannis huic abbatae praefuerit, aut quo anno eï

cesserit ignoramus quidem. Sed cum ab ejus morte usque ad annum quo Richildis hunc locellum relevare intendit, fuerint tantum anni centum et septem (anno enim millesimo octogesimo primo, prima hic jecit fundamenta), existimo illum aut ultimum aut ex ultimis abbatibus seu superioribus fuisse qui, ante monasterii eversionem, rexerunt. Et proinde certum videtur praeterita habitationis hic aliqua adhuc extitisse vestigia, quorum miserata Richildis, ad relevanda ea loca divinis laudibus idonea, mota fuit.

Bona vero derelicti seu diruti monasterii hujus cum nulla sciamus, illa tum ut vacantia ac derelicta, tum etiam ut, quod credi maxime potest, a proavis Richildis primitus profecta, in ejus forsitan aut avorum fiscum redierant, nemine reclamante, aut certe, quod magis existimo, ad alia pietatis opera Folio 11. fuere, everso monasterio, applicata: pia enim illae animae Richildis et Balduinus semel Deo donatis uti nolissent.

De caetero mihi dolendum est quod sicut scire nequeo quando aut quo auctore monasterium esse coepit; ita quoque tempus ignorem et causam qua esse desiit. Existimo siquidem Richildis proavos illi dedisse initia. Sed quia id mihi plane certum non est, aliis disquirendum relinquo, contentus ad praedictorum probationem viam aperuisse, ut qui volet, ad revolvendum priscarum rerum scriptores animetur, et suo studio dictis et dicendis adjiciat quod ignorantia nostra exprimere nequivit. His itaque omissis, ad Richildem nostram ejusque filium Balduinum propero.

*De secundaria fundatione monasterii sancti Dionysii in Broqueroya.*

Digestis iis quae de priore abbacia Broqueroyana ad notitiam nostram venerunt, nunc de praesentis, ac, Dei misericordia, existentis monasterii fundatione, praeter intentionem nostram, pauca dicere cogimur, ut ad praefatos quos requirimus et in ordinem redigere cupimus, nobis facilius pateat accessus.

Itaque id operis nobis aggredientibus longius forsitan fuisset petendum exordium et nostri Balduini, Richildisque matris ejus, quos ambos fundatores nostros merito veneramus, genealogiam describendum. Sed cum plerique Folio 12. chronologi historiam hujus Hannoniae nostrae tractaverint, et non parum in multis dissentiant, suscipiendum mihi non putavi singulorum opiniones re-

ferre ac discutere, maxime cum aliud nihil intendam quam, paucis hac de re necessario praemissis, abbates, qui huic loco ab initio praefuerunt, requirere et in ordinem redigere eorumque numerum, ex diversis monumentis et scriptis, quae longo usu ad manus nostras venerunt, referre.

De causa et origine monasterii Broqueriani. Item, de bello et discordiis Richildis nostrae adversus Robertum, Balduini mariti sui defuncti fratrem.

Tamen, id ipsum aggressurus, ut construendi monasterii hujus causa et origo evidentius possit erui, dicendum mihi necessarium putavi Richildem, Hannoniae comitissam, mortuo Hermanno, ducis Thuringiae filio, quem primi conjugii sui consortem habuerat maritum, in secundis nuptiis habuisse Balduinum, Balduini comitis Flandriae filium, qui, ratione uxoris, Balduinus Montensis dictus est, quique tandem, obitu patris sui, Flandriae comitatum comitatui Hannoniae conjunxit rexitque, sed annis paucis; paucis enim patri supervixit et, ut plerique volunt, nisi tribus, illum anno millesimo septuagesimo mortuum referentes.

Hic Balduinus sentiens sibi brevi e vita migrandum, quo pacem inter filios relinqueret, jure disponendae familiae suae, Arnulphum, primogenitum suum, Flandriae comitatus declaravit haeredem, Hannonia Balduino nostro relicta.

Hinc Robertus, cognomento Friso, illorum patruus, mox a fratris obitu, pupillarum tutelam, sibi testamenti tabulis delatam, exposcit.

Folio 13.

At Richildis, acri ac feroci mulier ingenio, renuit: unde factum est quod Robertus se inimicum declaraverit, et hostilia per Flandriam acta sint plurima, annis aliquot continuis; Richilde, eodem praedicto anno millesimo septuagesimo, multum negotii exhibente Roberto, et quidquid Roberti esset in Flandris, ut comitatum Alostanium, quatuor officia et insulas Zelandicas invadente, atque in fiscum redigente. Atque haec origo funesti in Flandria belli. Tanti animi erat haec mulier, ut non modo Robertum, verum et Hugonem, castellanum Osiacensem, ausa sit invadere, quod beatum Liebertum, Cameracensem episcopum, interfectis ejus cubiculariis, constrictum vinculis detineret. Cujus indignitate facti commota, Richildis castra movit ad Osiacum; idemque vi expugnavit, episcopum libertati restituens: in cujus beneficii mercedem, sola Lieberti benedictione contenta, rediit in Hannoniam, expensarum remuneratione spreta; sed haec per parentheses dicta sint.

Caeterum, anno 1071, Richildis bellum contra Robertum prorogat ope Philippi, regis Franciae, et franciscae nobilitatis. Sed, cum ad manus ventum esset prope Casseletum-Montem, Richildis vincitur, ipsisque pugnae agminibus immixta capitur. Robertus vero, dum avidius fugaces insectatur, ab

Hannoniensibus et ipse comprehenditur. Unde contigit ut libertatem sibi Robertus vindicarit demissione Richildis, quam sine lytro abire posse conventum est. Montenses, Richilde revisa, revixere animisque redintegratis, in Flandriam hostiliter reversi sunt, iterato infelices. Victoria enim Roberto Folio 14. denuo cessit inter Audomarum et Casseletum, Arnulpho, supradicto Flandriae comite, occumbente atque Richilde fugata; et quidem cum tanta strage, ut non desint qui viginti duo millia hominum hinc inde occubuisse tradant.

Mortuo itaque Arnulpho, fratre suo, Balduinus noster legitimam Flandriae successionem attigerat quidem. Sed Robertus, parta victoria, pacem cum Philippo, Francorum rege, componit et fidem ei praestat, estque proinde a rege Flandriae comes salutatus: quo fit ut habitis ac potitis antea auxiliis destituatur Richildis: nec tamen obinde animo cadit generosa mulier, quam geminus de filiis dolor accendebat, caeso altero, altero paterna hereditate pulso. Sed nullam ultra inveniens opem in Francis, ad episcopum Leodiensem Theoduinum convertitur, et Hannoniam illi offert, quem potentem et opulentum noverat, ut, accepta ab illo pecunia, bellum restauraret. Placuit Theoduiño conditio; et, incensus desiderio dilatandi imperii sui, ordines suos omnes convocat, et diserte adeo explicat ingens decus et potentiam quibus Leodiensem ecclesiam per hoc aucturi essent, ut statim propositum approbarint, et ad conficiendam quoquo modo pecuniam omnes una sententia decreverint. Solus Henricus, Germaniae rex (sine cujus auctoritate et approbatione, conventa irrita erant), conventis resistit. Leodii tunc erat, et ideo facilius preces auditurus. Ad eum venit cum Theoduiño Richildis, deprecatoresque adhibere Bertam reginam, Henrici conjugem, et quam plures episcopos, duces ac imperii proceres; videlicet Annonem Coloniensem, episcopos Willermum Ultrajectensem, Theodericum Virduunensem, Folio 15. Hermannum Bambergensem, Lietbertum Cameracensem, Gregorium Vercellensem, et Ermenfridum, Sedunensem; ternos item duces: Godefridum, Lotharingiae, Rodulphum, Alemaniae, et Welsonem, Bajoariae. Quis credat? nihil obtentum est. Re infecta, Leodio rex abit; et eum Richildis Aquas sequitur et rem urget. Et Theoduinus pariter officiis, obsequentia atque adeo muneribus Henricum tandem flectit, ut sancto Lamberto Hannoniam donaret Richildis, quam tamen episcopus mox Richildi filioque ejus Balduino, Leodiensis ecclesiae beneficio deinceps possidendam, traderet, hac pac-

tione, ut comes Hannoniae domino suo Leodiensi episcopo clientelam rite profiteretur, una cum castellanis Montensi, Bellomontio, Valentianensi, Chimacensi, aliisque magnatibus; omnibus vero bellis, adversus quoscumque militaret omnibus suis viribus, sed stipendia numerare teneretur episcopus, ex quo ex Hannonia pedem efferrent. Praecipua vero fuit ecclesiastici ordinis liberalitas, quae thesauros fere omnes exhaustit. Unum enim S<sup>u</sup> Lambertii collegium, teste Ægidio, vetere Leodiensium historico, praeter centum auri libras, aureum calicem, cum patena, auream crucem; duas armillas aureas, tabulam argenteam, et denique candelabra argentea, centum etiam septuaginta quinque marcas argenti pependit. Quae omnia tradita fuere Chimacensi comiti aliisque provinciae magnatibus, a quibus Hannoniae feuda omnia Leodiensi ecclesiae subdita et oppignorata fuerunt, salvo beatae Waltrudis allodiis. Hinc itaque grandi impetrata pecunia, Gothefredum Buloniensem, Eustachii, comitis Bononiae filium; Albertum Namurcensem; Henricum Lovaniensem, comitesque praeterea Altimontis et Montis-Acuti, in Arduenna, cum aliis multis, in societatem armorum sibi adjungit Richildis; et bellum, anno 1072, contra Flandros resumit. Sed Robertus, parum timens feminae jam secundo victae conatus, ejus copias in Hannoniam repellit, ad vicum usque Broqueroyam (qui nunc S<sup>u</sup> Dionysii dicitur), ubi magna hominum strages facta est, Montensibus ad interuersionem deletis. Unde profectum quod aliqui Broqueroyam dumetum mortuorum appellarunt, quanquam alii velint juxta fluvium Haynam id contigisse. His consentit Nicolaus *de Guyse*, aetatis nostrae scriptor, in suo Monte, Hannoniae metropoli: Sed, errores quorundam secutus, alia adjicit quae non satis videntur per limam justae examinis transisse. In primis se offert quod ait Richildem, anno 1076, miseratam praedictae cladis interfectorum ad Broqueroyam nostram, ibidem, in illorum refrigerium, monasterium hoc erexisse. Sed in his paucis duo contradictionem patiuntur: annus videlicet erecti monasterii et causa. Certissime enim constat monasterium hoc fundatum non fuisse praedicto anno 1076, qui a Nicolao *de Guyse* praenotatur; sed annis quinque postea: anno scilicet 1081. Et ejus rei fidem facit foundationis ejusdem loci instrumentum infra allegandum, quo nihil certius aut verius dici potest.

Interfectos vero praedicto praelio causam dedisse erectionis hujus monasterii credi utique non debet; et historias quae id referunt, pietate refertas

magis quam veras existimo; contrarium certum videtur: nam cum pii fundatores nostri, pluribus in locis, pias foundationes fecerint, etiam sine causa belli aut hujusmodi caedis, cur non idem hic fecisse putem? Maxime cum neque Richildis, quae huic monasterio dedit initium, neque Balduinus noster, matris vestigia secutus, usquam mentionem fecerint de dictis occisis, neque quod pro illorum refrigerio has aedes sacras intenderint erigere: quod dubio procul non omisissent in suis diplomatibus super erectione loci hujus confectis, si id habuissent in animo, sed cum istiusmodi nihil dixerint, utique credendum non est eo intuitu, monasterii hujus exordia a Richilde posita fuisse. Quare nihil certius aut verius dicturus mihi videor, quam si antiqua fundatorum instrumenta, quae hic asservantur secutus fuero. Ut ergo de Richildis intentione pateat, eam loquentem audiamus:

« In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Richildis, comitissa, mater Balduini comitis, filii Balduini comitis, qui tenuit principatum utriusque scilicet Flandrensis atque Hainocensis pagi, cernens totum mundum, in maligno positum, ruere ad occasum, atque cunctos mortales magis subditos peccatorum tenebris, quam veritatis et bonitatis tramiti, coepi tractare de salute mea et filii mei Balduini animae, mente sagaci; videlicet quod, construendo et relevando casum S<sup>ae</sup> Matris ecclesiae, possemus oculis placere superni arbitri. Pro talibus namque mihi saepe cogitanti et ingemiscenti occurrit mihi intentio relevationis de quodam locello in honore S<sup>i</sup> dedicati Dionysii, et statuere ibi fratres Deo militantes, juxta regulam S<sup>i</sup> Benedicti. Quapropter, pro remuneratione vitae coelestis, confero, ad usus inibi Deo servientium, cuncta quae adjacent praefato locello in terris, aquis, sylvis, cambis, molendino uno, et in omnibus ad ipsum locum pertinentibus, sanctae Dei genitrici Mariae Majoris-Silvae et altari praedicti Dionysii martyris, ea lege atque libera potestate ut nullus ibi habeat advocationem nec aliquem dominatum in nulla omnino re, nisi praenominati sancti et fratres ipsorum servientes altari. His etiam addo mansum unum in villa Montinium vocitata, cum duobus servis et cum eis qui ad ipsos pertinent, in omnibus rebus; scilicet in filiis et filiabus, ut idem servitium ipsi persolvant martyri et fratribus praefatae ecclesiae quod deberent mihi persolvere, et successoribus meis, in reliquo tempore. Ut autem haec corroborata et confirmata permaneant, in praesenti et futuro, idoneorum testium confirmatione describuntur, in praesenti scheda,



» nomina testium manifesta descriptione. Signum Balduini comitis, et matris  
 » ejus comitissae Richildis, qui haec statuunt praedictis sanctis. Signum  
 » Walteri; signum Gosuini et Walteri; signum Gileberti; signum Raginerii;  
 » signum Anselmi. Acta sunt autem haec in monte qui vocatur Castrilocus,  
 » anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo primo, indictione III<sup>a</sup>,  
 » concurrente III<sup>o</sup>, epacta VII<sup>a</sup>, regnante rege Romanorum Henrico, filio  
 » Henrici imperatoris, et vivente Balduino cum genitrice sua Richilde, prae-  
 » sidente autem Gerardo pontifice, post Liebertum, pontificem ecclesiae  
 » Cameracensis sedis. Ego Gosuinus, monachorum infimus, hanc chartam  
 » scripsi et subscripsi, et in patulo relegi. »

En Richildem audivimus. Illa armis terrenis fatigata, existimavit sibi secu-  
 rius pro acquisitione regni coelestis militandum, quam pro possessionibus  
 hujus mundi, quae possessae possessorem suum quandoque ducunt ad inter-  
 ritum. Quare animum transferens ad aeterna, coepit cogitare quid maxime  
 foret animae suae et sui filii proficuum. Sicque cernens erectionem piorum  
 locorum in quibus Deus colitur, Deo gratum, pro remuneratione vitae coe-  
 lestis, hoc construxit monasterium. Illa ejus intentio non alia; et in ejus  
 intentionis finem fidemque, praedictum dedit instrumentum: quod sua et  
 sui filii Balduini ac nobilium suorum subsignatione voluit esse ratum, et  
 solemne. Quodque morae impatiens, et, ne dilatione longa forsitan oblitera-  
 retur, curavit ut sub finem ejusdem anni quo supra, aut certe circa initium  
 sequentis, suum sortiretur effectum: nam primus abbas e monasterio Silvae-  
 Majoris, de quo infra, jam appulerat, cum anno 1082 novum ejusdem dona-  
 tionis foundationisque conderet instrumentum; quod utique sua et filii sui  
 Balduini aliorumque nobilium foederalium suorum subsignatione munitum  
 voluit. At illud hic quoque subjectum etiam audiamus:

Folio 20.

MS. 11.

« Prae spe servanda, inquit, Christo sunt cuncta dicanda, ipsius ut nomen  
 » nobis sit omnibus omen.

» Ego Richildis comitissa, mater Balduini comitis, filii magni Balduini,  
 » qui tenuit principatum utriusque scilicet Flandrensium atque Hainocensium  
 » pagi, cernens totum mundum ruere ad occasum, atque cunctos mortales  
 » magis subditos peccatorum tenebris, quam veritatis luci, coepi tractare  
 » de salute meae meique filii animae, quomodo possemus, sanctae matris  
 » ecclesiae casum relevando, oculis superni placere iudicis. Talia mihi saepe  
 » cogitanti ac ingemiscenti occurrit intentio relevationis de quodam locello

» S<sup>to</sup> Dionysio dedicato, et statuere ibi fratres juxta regulam S<sup>ti</sup> Benedicti  
 » Deo militantes. Tempore vero qui haec meo versabantur animo, erat  
 » incoeptum monasterium in loco, Silva-Major nuncupato; ibi Deus suos  
 » servos mira augebat dispositione, quippe cui tota famulabantur intentione.  
 » Huic igitur ecclesiae placuit praefatum locum subijcere, ut, ex tam nobili  
 » congregatione, abbatem accipiat semper, qui ecclesiam sancti Dionysii  
 » recte disponat. De nostra quidem circumjacenti possessione tantum loco  
 » contuli ut abbas honeste posset haberi. Dominus quidem Geraldus, Silvae-  
 » Majoris abbas, primus, de suis monachis illuc misit, primumque abbatem Folio 21.  
 » constituit. Census autem duodecim denariorum auri ibi constituitur, ut  
 » singulis annis, initio quadragesimae sanctae Mariae, in cujus honore Silvae-  
 » Majoris monasterium dedicatum est, persolvatur. Hunc vero locum et cae-  
 » tera pertinentia ad ipsum, ita omnium absolvimus potestate, ut nemini in  
 » eo quidquam juris vel dominationis sive advocacionis liceat habere, nisi  
 » abbati et fratribus ecclesiae. Sed et domnus Geraldus, Cameracensis epis-  
 » copus, episcopale jus quod in ecclesia sive altari habebat, Deo, propter  
 » christianae religionis culturam, condonavit, ut ibi degentes monachi omni  
 » prorsus inquietudine sint liberi. Quod si quando, quod absit, abbas sancti  
 » Dionysii contra regulam egerit, ad abbatem Silvae-Majoris ipse veniat, qui  
 » male acta ipse corrigat. Similiter et monachus qui abbati fuerit rebellis.  
 » Ut autem haec auctoris stabiliora habeantur, nobilium virorum testimonio  
 » roborantur. Signum Geraldus, Cameracensis episcopi; signum Anselmi de  
 » Ribodimonte, signum Balduini de Tornaco, signum Gillaberti (*sic*), prae-  
 » positi de Nivella, aliorumque multorum qui huic assertioni interfuerunt.  
 » Acta sunt itaque haec, anno ab incarnatione Domini 1082, indictione v<sup>ta</sup>,  
 » epacta xviii<sup>ta</sup>, concurrente v<sup>o</sup>, imperante Henrico, Romanorum rege. Signum  
 » Balduini comitis, signum Richildis, matris ejus. »

Toto hoc diplomate advertere facile est tantum abesse ut fundatrix monas-  
 terium hoc ad Broqueroyam nostram, in refrigerium occisorum, fundare inten-  
 derit, ut ne quidem toto textu ulla fiat illorum mentio. Et cum, in ambobus Folio 22.  
 instrumentis suis, praeallegatis iisdem verbis repetat id a se fieri, pro sua et  
 filii sui salute, omnis alia prorsus intentio secludi perhibetur, nec de alia qua-  
 quam praesumi debere. Quare veteres chronologi hoc loco hallucinati sunt,  
 opinantes Richildem, praedictorum occisorum intuitu, monasterium hoc  
 erexisse; ea, non dubito, ratione decepti, quod, in aut circa locum commisi

praëlii, illud fundasset, idque annis non adeo multos post rei eventum. Quod sane praegnans ratio fuit ita opinandi. Sed quoniam versamur in examinandis antiquioribus qui hac de re scripserunt, et novissime Nicolao *de Guyse*, quem supra citavi, ex suo Monte metropoli, cum bona ipsius gratia, priusquam caetera persequar, ex illo eodem adjiciam adhuc pauca verba quae imbecillitas ingenii mei non satis fateor, comprehendit.

Is, historiae suae filum proseguendo, dicit Montenses necdum caede antedicta satiatos, pro innato sibi genio, ejus verba sunt, altis erectos cervicibus, non destitisse aliquid hostilitatis semper in Flandros moliri; atque inde factum quod summus pontifex sanctum Arnulphum Pammelium, natione Aldenardensem, professione benedictinum Suessionicae urbis, sedandorum tumultuum causa, in Hannoniam delegaverit anno 1080.

Quae quidem, quantum ad rei substantiam, etsi rejicienda non sint, tamen valde dubitari potest num chronologi id referentes, accurate satis adventus sancti Arnulphi et confoederatae per eum concordiae, quae anno 1085 ab ipsis facta perhibetur, tempus et annos examinaverint. Nam cum antea, etiam ex eodem Nicolao, monstraverim bellum Richildis adversus Robertum coepisse anno 1070, sequeretur annis quindecim continuis bellatum fuisse, e quibus quinque in pace componenda fuissent impensi. Quae ut prorsus rejicere non audeo, ita non sine scrupulo facile admiserim. Vulgo enim dicitur: si vis nubere, nube pari; ita similiter nisi in parem aut debiliorem arma sunt sumenda, cum enim fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possidet. Quae vero comparatio Hannoniae ad Flandriam. Se longe inferiorem damno suo nimio experta tertio fuerat Richildis, quam ut ad tot annos bellum protrahere potuisset, sine evidenti jactura sua, et totius provinciae suae depopulatione.

Si obijciatur Richildem a Franco et Leodiensibus, imo et a Germano suppetias magnas habuisse, inficias non eo. Hoc enim jam antea manifestius evasit quam ut negari possit; verum cum illorum suppetiis tertio prostrata Richildis, putare non debuit iis destituta inimicum triumphare posse.

Leodienses, certe priore largitione thesaurorum ecclesiae prorsus exhausti, quo de caetero opitularentur non habebant. Si qua vero aliunde fuerint continuata auxilia, perexigua fuisse putanda sunt, et ad bellum offensivum, ut bellum erat Richildis, insufficientia. Praeterea a saepedicta clade, qua, anno 1072, Montenses ad Broqueroyam nostram deleti fuerunt, ad manuum

consertationem ventum fuisse nusquam legitur: quo profecto credere difficile est bellum ad annum 1085 prorogatum fuisse: quod autem ait dictus Nicolaus, cum iis a quibus ipse illa sumpsit, Montenses post cladem illam hostilitates semper in Flandros exercuisse, credo; sed hostilitates illas ad annum usque 1085 continuasse, credere non possum. Et si credendum foret; multo amplius foret credendum Robertum; totis illis istius modi hostilitatis annis, irrisisse, contempsisse et floccipendisse Montensium hostilitates, et eum sola Flandria contentum, Flandriam voluisse, injuste licet, retinere; Hannoniam non invadere potuisset enim. Et isthinc profecto colligere licet eum nisi lacessitum, nunquam in campum prodiisse.

Folio 24.

Praeterea quis credet Richildem tam parum summo pontifici detulisse, ejusque legatum sanctum Arnulphum tam exiguae fuisse auctoritatis, ut annos quinque impendere debuerit ad pacem inter duas tantum personas componendum? Richildis, ut ante monstravi, imbecilliorē se noverat quam ut Flandriam e Roberti manibus eriperet. Quorsum igitur, auctoritate pontificia etiam mediante, non cessisset Roberti violentiae potentiaeque? Discordiae causa erat, quod Robertus Flandriae comitatum usurpabat: concordiae materia illi ut potentiori et obstinato comitatum cedere, sicut tandem cessus fuit; sed, ut ego opinor, ad ejus vitam tantum, nam Balduini nostri successores plerique utrumque comitatum tenuerunt. At Richildis sedi apostolicae tam obsequens, tamque religiosa erat, quod maluisset, non modo Flandria, sed et Hannonia simul omnibusque bonis spoliari, potius quam ejusdem legatum tot annis distrahere. Quare aestimandum censeo sanctum Arnulphum, diu ante annum 1080, contra Nicolai Guisii opinionem, sedandi belli causa in Hannoniam appulisse, et Richildem atque Robertum ad concordiam induxisse, non anno 1085, quem dictus Nicolaus ex aliis paci tribuit, sed etiam diu ante annum 1081: hoc est diu priusquam Richildis animum transferret ad erectionem monasterii hujus, quod et ipso anno erectum seu inchoatum, antea, per primum ejusdem Richildis instrumentum sufficienter docui quodque nisi parta pace, coeptum existimo. Nam fundare monasteria opus est mentis tranquillae, non autem armorum strepitibus distractae. At hic opinionem meam inseruisse sufficiat: modo videamus, sed paucis, iterati diplomatis causam.

Folio 25.

Richildis per novum diploma priori; sine dubio, detractum non voluit adeo, ut non tam novum quam prioris confirmativum fuerit. Nam, licet in

eo nulla prioris mentio fiat, ad illud tamen referri certum est et evidens his ejusdem instrumenti verbis : « De nostra quidem circumjacenti possessione » tantum loco contuli, ut abbas honeste posset haberi. » Verbum *contuli* praeteritum respicit; et ita indubie loquitur intuitu prioris instrumenti. Alias enim illi dicendum fuerat *confero* non *contuli*.

Folio 26.

Sed ne cuiquam mirum videatur quod, pro una et eadem re, duplex scriptura proferatur, dicam quod, sicut semel inventis addere difficile non est, ita Richildi nostrae, post primam scripturam, plura occurrerunt quae illi voluit esse annexa et incorporata, quaeque causam illi dedere cur ad aliud instrumentum condendum processerit. Primo siquidem instrumento, uti et secundo, clarum est monasterium hoc Broqueroyanum ad honorem beatae Mariae Silvae-Majoris et sancti Dionysii fuisse institutum.

Silva-Major autem locus est in dioecesi Burdegalensi, itinere dierum ad minus quindecim hinc distans, in quo non pridem monasterium benedictinum erectum erat, adhuc sub primo abbate militans. Et quia observantiae regularis valde florentis erat, loci sanctitate mota Richildis, primum inde, pro hoc loco, abbatem adscivit. Et certe jam appulerat, ut ante dixi, priusquam ad novum instrumentum procederet, ut haec ejusdem instrumenti verba testantur : « Domnus itaque Geraldus, inquiunt, Silvae-Majoris abbas, » primus de suis monachis illuc misit primumque abbatem constituit. » Videns enim pia mulier, ad regendum monasterium suum venerabilem adeo virum sibi e Sylva-Majore destinatum, ejus sanctitatem admirata, dixit intra se quod olim regina Saba ad Salomonem : « Vicisti famam virtutibus tuis! » Sicque cogitare coepit optime monasterio suo consuli, si, quoties vacare contingeret, novus abbas ex eodem loco haberetur. Itaque hoc animo versanti visum est, nequaquam satis monasterium erexisse, et fratribus, qui ibi Deo essent famulaturi, dotem pro temporis ratione assignasse, nisi etiam quoad utrumque hominem nihil deesset provideret. Et haec sine dubio potior iterandi instrumenti ratio fuit, quo scilicet per novum instrumentum sanciret, ut hoc suum monasterium « ex tam nobili » congregatione, ejus sunt verba, abbatem semper susciperet. » Insignis sane Richildis nostrae animi pietas! Sed nec ibi zeli sui finem ponit. Praecavens enim ne suum hoc decretum aut lapsu temporis, aut loci distantia obliteraretur aliquando, voluit hoc monasterium abbati Silvae-Majoris in omnibus esse subjectum; opinata majorem cautelam aut assecurationem apponi vel

Folio 27.

excogitari non posse pro conservatione istius decreti sui, quam si monasterium a praedicto semper dependeat. Quare nihil omittere volens eorum quae ad ejus rei firmitatem quoquo modo facere poterant, domnum Gerárdum; episcopum Cameracensem, induxit ut jus episcopale, seu jurisdictionem omnem quae illi in abbatem et monachos novellae hujus familiae competebat, cederet abbati Silvae-Majoris: uti fecit, cum ut fratres, inquit textus; omni inquietudine essent liberi, tum maxime, ut opinor, ne si sub sua cura et regimine familiam hanc etiam retinisset, minor in eam fuisset auctoritas Silvae-Majoris, cujus jugum temporis lapsu facilius excuti contigisset et Richildis infringi decretum. Sic itaque Broqueroyanum monasterium, ab omni episcopali jurisdictione exemptum, annis trecentis quadraginta quatuor aut circiter sub directione Silvae-Majoris extitit, ad annum videlicet millesimum quadringentesimum vigesimum sextum inclusive, ad sextum Augusti, ut infra patebit cum de Guilliemo d'Assonleville, abbate vigesimo nono, dicam: quo contigit ut, successu temporis, et refrigescente forsán charitate, graves controversiae quandoque ortae fuerint. Sed de his postea, cum de Petro abbate duodecimo mihi erit sermo. Folio 28.

Sed hic advertendum est quod, quanquam Richildis diplomate sancitur ut abbas sancti Dionysii e Silva-Majore semper perpetuisque temporibus assumeretur, sciri tamen non potest plures quam primum inde fuisse assumptos, licet omnino credendum sit religiosos hujus loci eo oblivionis tunc non processisse, ut a benevolae fundatricis suae decreto deviare tam cito voluerint; certumque videatur non modo primum abbatem, sed etiam plures successive ex eo loco evocatos fuisse. Sed sicut licitum est pie sancteque ordinata, auctoritate majorum quandoque pro ratione et varietate temporum, in aliud mutare, ita cum haec familia, successu temporis, enutrisset religiosos, pietate et litteratura non minus conspicuos quam qui e Silva-Majore potuissent assumi, visum fuit, opinor, rationi consentaneum hos extraneis praeferre. Sed quia, inconsulto et repugnante abbate Silvae-Majoris, id fieri nequiret, existimo conventum fuisse cum illo, quod deinceps quidem hinc abbates assumerentur, sed ea praecautioe et lege quod ad novelli abbatis electionem procedi non posset, nisi prius obtenta, toties quoties foret opus; abbatis Silvae-Majoris licentia; qua mediante, sic electus sese personaliter eidem praesentaret, confirmationem obtenturus; et una munus benedictionis recipiendi facultatem. Folio 29.

Sed posset quis hic mirari et quaerere quo pacto Richildis foundationem hanc facere potuit, cum filium haberet haeredem? respondetur Balduinum tunc adhuc fuisse in minoribus; quia tamen emancipationi proximus erat, ejus consilium requisivit mater et assensum; ut satis inde constat quod utrumque Richildis instrumentum hujus foundationis sit matris et pariter filii subsignatione roboratum.

Attamen ne quid dubii ea de re remaneret posteris, pius comes Balduinus statim emancipatus et a Dionysianis ad majorem securitatem verisimiliter requisitus, instrumentum particulare confecit, biennio post ab ultimo matris, anno scilicet millesimo octogesimo quarto; quod hic descriptum volui:

MS. 8.

Folio 30.

« In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Balduinus, comes  
 » de *Hainau*, nobilissimae Richildis comitissae filius, dum audissem a bonis  
 » praedicatoribus, et scirem veraciter justorum et impiorum merita per reve-  
 » lationem atque ostensionem sanctarum scripturarum dissimiliter remune-  
 » rari, psalterio puerorum acclamante: justi haereditabunt terram et habi-  
 » tabunt in saeculum saeculi super eam, injusti autem disperibunt simul  
 » reliquiae impiorum interibunt; et iterum in eodem subsequuntur pueri  
 » lectitantes, et divitibus hujus mundi significantes: nolite sperare in ini-  
 » quitate; et rapinas nolite concupiscere; divitiae si affluant, nolite cor appo-  
 » nere, quia tunc, id est, in die judicii, reddet unicuique juxta opera sua;  
 » Dei inspiratione compunctus, et matris praedictae confortatione vigoratus,  
 » tunc consensit mihi cor meum, et coepi disponere, qualiter in tempore  
 » opportuno, dum tempus est, aliquid proficui mihi assumerem, quod in  
 » illo die ante Christi tribunal adstans remunerandus offerrem. Hoc autem  
 » est dispositionis meae optabile mihi proficuum. Noverint tam praesentes  
 » quam posterum quod, in meo allodio, hoc est in villa quae sancti Dionysii  
 » appellatur, monachorum ordinem sub abbatis potestate constituo, ad quo-  
 » rum usus idem allodium, sicuti jure haereditario, usque nunc, possedi  
 » liberum ab omni terræ dominatione, a modo possidendum, ad honorem  
 » Dei et beatae Mariae semper virginis, liberrima concessione sancto martyri  
 » Christi Dionysio trado. Ut vero radicari et fundari merear cum antecesso-  
 » ribus in terra viventium; concedo adhuc eidem loco servos et ancillas sicut  
 » designat subtitulatio: Odam de *Merbes*, cum sororibus suis et earum pos-  
 » teritate futura; Odam de Senephyo, cum filiis et filiabus ejus; Ricueram

Folio 31.

» de *Bilchi* (*Bliqui*?) et quinque filias ipsius; Ricueram; Renscellam<sup>1</sup>; Hulsen-  
 » dem; Tietdendem; Stahineldem; Hargerum coquum, et uxorem ejus; Ghis-  
 » lam et filium *Yburgem*; Robertum et uxorem ejus; Lieiardem; Alardum  
 » cambarium, quem de manu Segardi de *Ceocs*<sup>2</sup> suscepti et eidem loco con-  
 » cessi. Item concedo Normannos qui in eadem villa degerint, ea conditione  
 » ut si anno et una die ibi manserint, postea ibi et ubicumque in comitatu  
 » meo, abbas vel monachi jure possideant sempiterno. Si vero ad an-  
 » num diemque non pervenerint, solum dum ibi habebuntur, sub ditione  
 » abbatis et monachorum erunt. Albanos etiam similiter trado, quamdiu  
 » videlicet ibi manserint venientes; quos, ea solum conditione, Theodericus  
 » de Avesnis, qui eis feodatus est, multo precatu, in manu mea reddidit.  
 » Has itaque donationis meae oblationes ab omni advocacione humana,  
 » praeter abbatis, liberas clamo ab omni terrena potestate et dominatione  
 » absolvo. Nulli amodo comitum; principum, castellanorum aliarumve po-  
 » testatum liceat ex his surripere quidquam: quod si quis ausus fuerit prae-  
 » sumere, nisi desierit, potenter aeterna sustineat tormenta. Ut autem hoc  
 » ratum permaneat, sicut oportet, nobiles meos et principes et potentes,  
 » sicut praesentes sunt, ad testimonium appello; et subnotare censeo signum  
 » Gosuini de Montibus; signum Theoderici de Avesnis; signum Theoderici de  
 » Aldenarda, signum Segardi de *Ceos*, signum Manassae de Betunia, signum  
 » Fastredi, signum Walteri de *Lens*, signum Walteri de Chirvia, signum Anselmi  
 » de *Morbes*<sup>3</sup>, signum Folechini; castellani, signum Anselmi de Ribodimonte.  
 » signum Baldrici de *Rosin*, signum Widonis; senescalci, signum Rodulphi,  
 » fratris ejus, signum Gonscelini, signum Wasselini Brunoldi, signum Lieberti.  
 » Iterum, consilio mei domni Gerardi, Cameracensis episcopi, consilio, inquam,  
 » salubri, et praescriptorum nobilium meorum assensu, quasi divino fervore  
 » inflammatus; ecclesiam sancti Petri, quae sita est in Montibus, inter duo  
 » monasteria, sanctae Waldetrudis videlicet, et sancti Germani, cum om-  
 » nibus appenditiis suis; eidem sancti Dionysii coenobio liberaliter trado,  
 » ita ut canonici ipsius ecclesiae subijaceant potestati abbatis, et, obeun-  
 » tibus illis, in usus monachorum sancto Dionysio servientium, prae-  
 » bendae ipsorum cedant; majoria et submajoria; et ut, ita dicam, molin-

Folio 32.

<sup>1</sup> Rensaellam?<sup>3</sup> *Merbes*?<sup>2</sup> *Ceocs*, plus bas *Ceos*.



An. 1084.

» dini et molendinaria, sancti Dionysii in manu et potestate abbatis sint;  
 » ita ut nullus haeres in eis constituatur, sed abbas ad libitum suum et  
 » profectum eas praeordinet. Actum, anno incarnati Verbi millesimo octo-  
 » gesimo quarto, indictione vij, epacta vj, regnante et imperante Henrico  
 » rege, duce Godefrido, Rainaldo, Remensi archiepiscopo, et Cameracensi  
 » pontifice Gerardo. »

Folio 33.

Hoc diplomate donationem a Richilde, matre sua, factam non infirmare, sed roborare voluit Balduinus; maxime cum, ad hoc diploma condendum, dicat se matris confortatione vigoratum. In nullo proinde toto textu illi contradicet; quo satis probatur matris donationem non displicuisse filio; sed filium donationi quam fecerat mater, superaddere voluisse, ut remonstravit. Nam donationi matris ecclesiam sancti Petri, cujus ipsa mentionem non fecerat, adjecit, ut ipse praeallegato suo testatur diplomate, his verbis : « Quasi divino fervore inflammatus, ecclesiam sancti Petri quae sita est in » Montibus, inter duo monasteria, sanctae Waldetrudis scilicet et sancti » Germani, cum omnibus appenditiis suis, eidem sancti Dionysii coenobio » liberaliter trado, etc. » Albanos quoque, ad sanctum Dionysium habitatum venientes, abbati Broqueroyano tradidit Balduinus, et illius servituti subjecit quamdiu Dionysianum haberent domicilium. Sed et familias plures servorum et ancillarum quas Richildis generalibus tantum terminis monasterio subjecerat, hic nominatim omnes specificat, addendo etiam Normannos qui in eadem villa degerint, ea conditione ut si uno anno et una die ibi manerent, eos post modum possideret abbas, ubicumque, per totum comitatum, illos habitare contingeret. Ab his Normannis, quod per parentheses dictum sit, servitutum illam ortam esse nemo dubitet quam vocamus *le droict de sainteurs*<sup>1</sup> et *francque origine*, quamque etiam nunc familiae quaedam per meliorem catellum nobis in morte persolvunt, ubicumque habitent in Hannoniae comitatu, idque ad exclusionem dominorum temporalium locorum in quibus degunt. De hoc jure tractant chartae seu consuetudines provinciae hujus, cap. centesimo vigesimo quinto.

Folio 34.

Ex his omnibus videre est matris et filii cor unum fuisse, et in idem pietatis opus ambo conspirasse. Quod certe vel ex eo quoque constat quod, cum

<sup>1</sup> *Sainteurs, saintiers, saints*, hommes qui se déclaraient serfs de quelques saints (Brussel, p. 943). — Serfs d'église. (*Glossaire de l'ancien droit français*.) Voir notre t. I, pp. 196, 424, 447, 558, 580.

Richildis voluerit, et, suo diplomate decreverit ut hujus loci abbas e Silva-Majore assumeretur, Balduinus suo non contradixit, sed contra decretum matris, suo silentio, confirmavit. Nam cum sciret primum abbatem extunc inde fuisse assumptum. Si matris decreto fuisset contrarius, suo statuto viam praecludendo decrevisset pro futuro, quo utique evidens est nec in eo quidem matri contradixisse et utriusque voluntatem fuisse uniformem. O! vere duo lumina, mater et filius, etiam nunc in ecclesia Dei, et ante Deum, non dubito, lucentia! Utinam atque utinam hujus aevi principes et reliqua nobilitas in hos aliosque similes istius antiqui et vere aurei saeculi oculos mentes pie conjiciant! Cessarent bella, cessarent haerèses! At quia, malignis his temporibus, plures reperiuntur qui beneficia, monasteriis et ecclesiis a piis principibus aliisque devotis personis olim collata, nunc manu sacrilega diripiunt, pias foundationes evertunt, vota et oblationes alio transferunt, et in piorum fidelium testamenta irrumpunt, perpauca vero qui ecclesiarum jura defendunt, aut ecclesiasticis patrocinantur: hinc dolor, hinc lacrymae! et dum quaerentes per fas et nefas quae sua sunt, Deum in servis ejus deserunt, et ab eodem merito deseruntur, ad quem, quaeso modo, ingreditur causa ecclesiae, pupilli et viduae, certe dum nemo est qui recogitet corde, gemunt populi sub onere miseriarum et fides catholica, quae pro aris et focis cuique esse debet, in praedam datur et direptionem inimicis crucifixi? Longe alius profecto Balduinus; longe alia Richildis: ambo eodem zelo devotionis ferventes; ambo Dei honorem et animarum suarum salutem rebus omnibus praeferentes. « Dum tempus erat aliquid proficui sibi assumere » studuerunt quod in die ultimi examinis, ante Christi tribunal adstantes, remunerandi offerrent. Quis horum principum non miretur pietatem? Quis ignoret quantae curae eis fuit ne piae donationes oblationesque, quas Deo et servis ejus offerebant, successu temporis vel hominum malitia, perirent aliquando? Hoc ne eveniret, omni industria studuerunt eas roborare et reddere securas. Hinc Balduinus noster execratur in illos qui unquam huic donationi suae contrairent, et quidem iis verbis ac terminis, qui timoratae menti merito terrorem injiciant. Sic enim loquitur. « Nulli amodo, inquit, comitum, principum, castellanorum aliorumve » potestatum liceat ex his surripere quicquam: quod si quis potentum ausus fuerit praesumere, nisi desierit, potenter tormenta sustineat aeterna! »

Ea qualis foris intusque fuerit Balduinus! sed hic occurrit scrupulus. Cum enim multi fuerint Balduini, iique Hannoniae comites, quaeri posset quisnam ex

Folio 35.

Folio 36.

omnibus fuerit Balduinus noster? at Balduinum audiamus, Balduini nostri filium, in charta seu diplomate quod, patris sui vestigia secutus, dedit anno 1117, *De servis et ancillis*, ut praefert titulus sancti Dionysii in Broqueröya. Is, spero, removebit scrupulum. « In nomine sanctae et individuae Trinitatis, inquit, » sicut erat in principio, et nunc et semper et in saecula saeculorum, amen.

« Ego Balduinus, comes Hainonensium, filius generosae memoriae, Balduini Hierosolimitani, et Idae, uxoris ejus, dum lectioni divinae legis, per quam dirigitur omnis ad Deum intentio, auditum praebuissem, etc. »

Ecce, hic Balduinus se filium dicit Balduini Ierosolimitani et Idae, uxoris ejus. Et licet istinc necdum colligi certo possit num Ierosolimitanus ille fuerit is de quo quaestio est, ex sequentibus, in eodem textu, paucis interpositis, difficultas enucleatur. « Fiducia enim, inquit, magna est coram Summo de eleemosyna. Unde respectu supernae miserationis, ut credo, juvandus, pro eleemosina, coenobium sancti Dionysii, martyris Christi, quod pater meus in juris sui allodio constituit honorifice, exopto; et quidquid concessit libere et sine advocatia ad eundem locum, sic concedendo affirmo, nec quicquam ex his surripere gestio, verum etiam maledictionibus patris mei quas praesumptoribus intulit, fiat, fiat; succlamo, etc. »

Folio 37.

Quid plura? quem supra Balduinum Ierosolimitanum dixit, jam patrem vocat suum, et hujus coenobii sancti Dionysii fundatorem pronuntiat: quo totius dubii et difficultatis solvitur nodus. Addam illum passim apud scriptores vocari Balduinum, istius nominis primum Hannoniae comitem: primum, inquam, jure haereditario. Nam etsi ejus pater vocatus fuerit Balduinus Montensis, is tamen Hannoniae comes non fuit nisi jure cum Richilde conjugii. Sed hic notandum venit quod, praeter hunc nostrum, alium quoque Hannoniae comitem fuisse peregrinum, eumque, quantum conjicio, utique Balduinum nomine. Nam Balduinum quemdam Flandriae et Hannoniae comitem vixisse anno millesimo ducentesimo; scimus ex ejus quodam instrumento; cui titulus est: « *Charta Balduini, comitis de Villa de Hosdeng*, » formato et expedito super acquisitione bonorum quorundam ipsi comiti foederalium; quae Maria, filia Clementiae de *Hosdeng*; et Anselmus, maritus ejus, dicto comite annuente, contulerunt huic monasterio; partim et maxime, ut opinor, zelo pietatis et eleemosinae, partimque intuitu ineundae permutationis in partem terrae quam abbatia habebat in dominio de Lembeca, minoris, ut existimo, valoris et pretii; sed quae forsitan dictis Mariae et Anselmo erat

MS. 2.

commoda. Cum ergo haec donatio seu permutatio transacta sit, jam dicto anno millesimo ducentesimo, et ex alio instrumento, statim allegando, intelligamus quod anno millesimo ducentesimo tertio, aliquis Hannoniae comes peregrinabatur, non sine probabilitate videtur hic idem fuisse Balduinus. Non enim ita statim post dictum annum millesimum ducentesimum, putandus est mortuus, quin ad tempus aut annos plures supervixerit. Qui si mortuus fuisset, ejus successor, utpote novellus comes et haeres patriae, non statim, adepto comitatu, peregrinationem longinquam fuisset ingressus, juvene forsân uxore relicta et de successore haerede adhuc incertus. Quo argumento satis probatur illum unum et eundem fuisse qui anno millesimo ducentesimo, ut diximus, vivebat, et qui, anno millesimo ducentesimo tertio, peregrinabatur, Balduinus nomine, ut ex rationibus allegatis satis probari videtur; quique credendus est saltem, aliquo tempore ante annum millesimum ducentesimum tertium, peregrinatum iisse, potius quam praecise dicto anno millesimo ducentesimo tertio, quo peregrinum agnoscimus ex charta domni Willelmi patruï, pro eleemosina quam fecit Clementia de *Hosdeng* et de *Goegnies*. Hic Willelmus, peregrinantis comitis erat patruus, et ab eo regendae provinciae interea temporis constitutus, qui, potestate sibi commissa, nobis, jure foederali remisso, confirmavit donationem quam Clementia de *Hosdeng*, supradictae Mariae mater, fecerat huic monasterio, in dominiis de *Hosdeng* et *Goegnies*, tam in terris cultis et incultis, quam in nemoribus et aquis, servis quoque et ancillis, anno saepe dicto millesimo ducentesimo tertio, dum dominus comes Flandriae et Hannoniae, inquit Willelmus, pro honore Domini nostri Jhesu Christi, peregrinabatur; et dubio procul in terram sanctam: nam, illis temporibus, peregrinatio illa etiam nobilibus et magnatibus personis frequens erat. At quia hoc e re nostra non est quam tractandam suscepimus, missum facio.

Nunc, cum Richilde, Martino, primo abbati nostro, obviam procedamus; et illi, ut a beata virgine Silvae-Majoris nobis destinato, una acclamemus: Benedictus qui venit in nomine Domini!

Gaudia Richildis quis capiet? cum gaudio Spiritus sancti suscepit eum, et locuta est quae habebat in corde suo. Ille vero optatis frustratam noluit esse Richildem; adeo enim cum alumnis quos secum adduxisse putandus est firma vitae monasticae jecit fundamenta, quod super impositum spiritale aedificium etiam nunc perduret, ea firmitate ut in illius pietatem et obser-

vantiam regularem successores omnesque posteri videantur successisse. In tanto enim vigore adhuc ibi est proficiendi zelus, ut aliis exemplo merito sit. Felicia itaque Silvae-Majoris germina quorum semen in semetipso permanet super terram! Porro quo monachismus vigeret semper, monasterium construxit, eo loco qui vitae solitariae et contemplandis divinis maxime sit commodus; et, vitata aedificiorum superfluitate et fastu, ea solum erexit quae conservandae disciplinae essent necessaria, monasticae paupertatis memor semper et amans. Loci situs profunda vallis inter duos montes arcta, quorum altitudo in tantum aedificia superat, ut vix adventantes ea prius videant quam ingrediantur. Illam fluviolus perfluit, molae frumentariae et aliarum commoditatum copiam praebens. Sed et fonticulus ex horto ipsius monasterii per plumbeos canales in claustrum educitur aquae salientis in altitudinem pedum..... in pirum plumbeum, artificiose sane et qualia Albertus, Belgarum princeps, sibi fieri in Mariae-Monte et alibi voluit: quod per sex sui partes seu rivulos aquam remittit in vas lapideum, e quo postmodum in diversas monasterii officinas defluit: commodum sane cuius valor aestimari nequit.

Folio 40.

Hic vir Martinus omni acceptione dignus et spectatae vitae fuit, cuius adventu piis tam nobilis et religiosae feminae conatibus factum est satis. Et proinde dolendum mihi antiquitatem et temporum injuriam ademisse quidquid de ter quaterve venerando viro hoc dicere oportuisset. Nihil enim aliud de illo scimus quam quod Avernis in concilio Urbani papae II. Claremonte habito, interfuit anno 1096, mense Novembri. In eo autem concilio, officium beatæ Mariae, quod hic aut ibi in particularibus monasteriis tantum legi consueverat, recitari quotidie ab omnibus ecclesiasticis decretum fuit, ut notat Radulph., propos. 20. Sed quia illi, ut diximus, interfuit Martinus noster, constat eum ad minus annos decem et quinque rexisse. Sed non putandus est ita praecise post actum illum e vita sublatus, quin adhuc ad plures annos vixerit; caeterum e vita migravit die.... Illum diu in coelestibus antea praevenerat Richildis, et dilecto suo Martino, inter divos, locum praeparaverat. Illa siquidem, anno 1085, e vivis abierat, praeclarum documentum relinquens praeteritas vitae culpas insigni poenitudine diluendi. Ut enim (*quod*) per animi ferociam et habendi cupidinem in utraque comitatus Flandrici parte peccaverat, voluntariis suppliciis ac genitibus abstergeret, in angustum se monasterii Messinensis locum jam ante abstruserat, varium mendicis obse-

MS. 8.

Folio 41.

quium exhibuerat, exesa lepra vilium hominum membra contrectaverat curaveratque; in lectum, ad quietem, corpus nunquam deposuerat; omnem lineam vestem sibi interdixerat, media quotidie membra domuerat, sexta semper feria, praeter panem; nihil gustaverat. Proinde amavit eam Dominus, et gloria et honore coronavit eam. Nos vero pia animi recordatione ejus in nos recolamus beneficia, imitemur exempla, ut qui illius in terra eleemosynis vivimus, ejus consortio in coelis non privemur. At, ea in beata pace relicta, ad Martini nostri successorem transeamus.

Heribertus seu Herbertus praedicto Martino fit immediatus successor. Sed utrum ex eodem monasterio Silvae-Majoris, quo et praedecessor, evocatus fuerit licet ignoremus, credimus tamen et illum et plures alios successive inde fuisse assumptos. Neque enim credendum est religiosos istius temporis, tam cito a Richildis intentione et solemni decreto recessisse. Interfuit concilio Calisti papae II, Rhemis celebrato, teste Burchardo episcopo in charta sua super possessione ecclesiae sancti Petri, ecclesiae beati Dionysii adjudicata.

Ad hujus Hereberti petitionem, antedictus Burchardus episcopus altaria de *Houdeng* et ejus succursus de *Goegnies* et de *Lembeca*, aut monasterio dedit, aut, quod textus instrumenti significare videtur, jam ante donata confirmavit: uti eodem instrumento confirmat allodium quod *Codescalcus* de *Gotignies* apud Peronam habebat et huic ecclesiae dederat; item allodia de *Marijolio* et de *Triveriis*; quae tamen illa sint jam ignoramus; item partem quam in decima de *Houdeng* habebat *Herimandus* de *Hableng* et huic loco in eleemosynam contulerat. Haec omnia, uno et eodem instrumento, confirmavit Burchardus sub Heriberto nostro, sub data anni 1119. Sed hic oritur difficultas: nam *Balduinus* qui *Heriberto* successit, ex instrumento dicti Burchardi episcopi, confirmantis donationem pagi de *Obrechies* a *Balduino* comite, *Balduini* nostri filio, monasterio factam, vixisse dignoscitur in abbatiali dignitate anno 1117, id est ante datam praedictam biennio. Quare si anno 1117, vixit *Balduinus* abbatiali dignitate potitus, procul dubio *Heribertus* praedecessor non potuit ad annum 1117 pervenisse; at putandum est errore scriptum 1117 pro 1119. Quia cum *Heribertus* perhibeatur certe interfuisse concilio Calisti, Rhemis celebrato, et *Calistus*, juxta *Bellarminum* *De scriptor. eccles.*, non sit ad universalis ecclesiae regimen assumptus ante annum 1119, necesse est *Heribertum* ad eum annum quoque pervenisse, et *Calistum*, primo ponti-

Folio 42.

MS. 7 et 8.

MS. 7, pag. 1.

Houden; Gognies, Lembec.

MS pag. 2.

Obrechies.

Folio 43.

MS. 32 et 33.

Balduinus.

MS. 6.

MS. 11.

Folio 44.

ficatus sui anno, dictum concilium habuisse. Sed et necesse etiam est dictum Heribertum eodem anno mortuum et Balduinum illi statim successisse, quia extat bulla, per Balduinum a dicto Calisto impetrata, super confirmatione ecclesiae et honorum sancti Dionysii, etiam saepius repetito anno 1119, idque decimo octavo Novembris. Caeterum Heribertus moritur 28 Octobris anno, ut putamus, 1119. Balduinus de quo jam aliqua disceptavimus, fit Heriberto successor. Hoc, Balduino regente, anno 1128, septimo calendas Maii, primo noctis crepusculo, tota ecclesia Dyonyisiana, cum omnibus appenditiis suis, id est toto monasterio et tota villa, penitus arsit, salvo thesauro et armario, teste Sigeberto. Sub ejus regimine monasterio accessit altare de Nasta, dono Nicolai, episcopi Cameracensis, anno 1138; uti antea, anno videlicet 1125, accesserat altare de Canata, a Burchardo episcopo, viro sane, ut plura instrumenta testantur, in hoc monasterium benevolo. Utpote cui inter caetera beneficia, etiam indulget quod omnes Christi fideles totius episcopatus, non excommunicati, possint in ecclesia sancti Dionysii ad christianitatis officia admitti tam in morte, quam in vita, possintque, tempore generalis interdicti, remotis laicis et cessantibus campanis, officia divina celebrare. Hic Balduinus noster litem sustinuit contra canonicos sanctae Waldetrudis pro ecclesia sanctorum Petri et Pauli Montibus, quasi eam sine jure occuparet. At saepe dictus Burchardus episcopus controversiam omnem ad patres synodi quae tunc Montibus habebatur examinandam terminandamque tradidit; qui, auditis et debite examinatis, hinc inde, ambarum partium rationibus, indicaverunt praenominatum abbatem dictam ecclesiam sanctorum Petri et Pauli canonice possedisse, ac deinceps possessurum, imposito contradicentibus silentio, sub poena excommunicationis, quousque respiscant: idque anno millesimo centesimo vigesimo tertio.

Folio 45.

Sed quoniam in controversiam hanc pro ecclesia sanctorum Petri et Pauli incidimus, ad illius elucidationem nonnulla dicenda sunt, priusquam abbatum seriem persequamur. Non enim una omnium est opinio de illa ecclesia, et personarum qualitate quae illam occuparunt. Alii namque ibi monachos fuisse volunt; alii vero canonicos. Sed ut hoc manifestius evadat, disquirendum primo nobis est et praemittendum quod virgines canonissae Montenses, ex suis monumentis hinc inde ex diversis scriptoribus compilatis, dicunt sanctam Waldetrudem, quam fundatricem et patronam venerantur, filiabus suis Aldetrude et Maldeberta Deo dicatis, mundum quoque, mariti exemplo, fas-

tidiisse, et locum rerum coelestium contemplationi opportunum elegisse in monte cui turris inerat, olim (ut aiunt), a Julio-Cesare aedificata : quam idiomate nostro, vulgari vocant : *la tour au bron*<sup>1</sup>.

Secundo, volunt sanctam Waldetrudem juxta eam turrim domum erexisse, et capellam ad honorem apostolorum Petri et Pauli, eremum seu solitudinem beatae Waldetrudis etiam nunc appellatam; in qua constituerit monachos ad subeunda quotidiana altaris munia.

Tertio, asserunt quod sancta Waldetrudis cum locum illum diu incolisset, tandem construxerit aliam ecclesiam, consilio SS. Autberti et Ghisleni; in qua canonissas et canonicos instituerit : illas ad subeundum opus Dei; hos vero ad promovenda tuendaque istius novae ecclesiae jura.

Et addunt quod, diu postea, per Richildem scilicet comitissam, antedicti monachi translati fuerint ad ecclesiam sancti Dionysii in Broqueroya, constitutis in locum illorum quatuordecim capellanis majoris altaris, qui hodie dicuntur et sunt (ut aiunt), canonici sancti Germani, monachorum dote in dotem dictorum capellanorum, simulque in erectionem seu foundationem plurimum capellaniarum conversa, quas, uti et omnes alias ecclesiae suae praebendas, conferendi jus suae abbatissae competeret. Dicunt enim quod sancta Waldetrudis voluerit suis abbatissam praeesse, quae proventuum et allodiorum, quae ipsa largiter contulerat, partem tertiam possideret, assignatis aliis duabus tertiis canonissis et canonicis antedictis ad subeundum quod erat sui respective officii. Sed horum pleraque censuram patiuntur, et in primis capella apostolorum Petri et Pauli studiose a nobis est visitanda.

Folio 46.

*Utrum sancta Waldetrudis monachos constituerit in capella apostolorum Petri et Pauli, an vero canonicos.*

Sanctam Waldetrudem in capella apostolorum Petri et Pauli non constituisse monachos plura argumenta mihi diu suaserunt. In primis, non videbatur admittendum quod sancti Autbertus et Ghislenus, quorum consiliis innixa, Richildis cuncta sua agebat et disponebat opera, voluissent eam quotidianis uti ministeriis monachorum, ad canendas missas et alia altaris peragenda munia. Non enim ignorabant illi sancti viri, silentii et solitudinis ama-

<sup>1</sup> Autrement la tour *Aubron* ou *Auberon*.



Folio 47.

tores, solitudinem monachis esse propriam, et non expedire animabus illorum discursum extra claustra, et multo minus servitia quotidiana praestare femellis quarum vel solus aspectus nocivus est et periculosus, multoque periculosior frequens conversatio quae in tam sedulo ministerio vitari non potuisset; etiamsi aliunde causa eas frequentandi nulla alia quandoque fuisset, quam quod viri mulierisque ea sit in alterutrum proclivitas, ut facillime et quasi glutino quodam, utriusque copulentur affectus. Praeterea decentius conformiusque statui videbatur saeculares viros hujusmodi servire feminis, quam regulares perpetuo illarum servitio esse mancipatos, cum illorum sit potius aut vitae contemplativae operam dare, aut, cum necessitas requirit, catechisandis docendisque rudibus insudare.

His accedebat Balduini nostri auctoritas, in suprascripto diplomate suo super fundatione ecclesiae beati Dionysii, quae sane praeferenda est omnibus quae in contrarium possent afferri. Ejus verba repeto: « Ita ut canonici, » inquit, ipsius ecclesiae (sanctorum Petri et Pauli) deinceps subiaceant potestati abbatis, et, obeuntibus illis, in usus monachorum sancto Dionysio servientium praebendae eorum cedant. » Quid putares clarius? quid firmitus? Ecce Balduinus eos canonicos vocat, non monachos. Et quod ad majorem probationem facit, utroque utitur vocabulo, et monachum a canonico distinguit, statuens ut praebenda, hoc est proventus annuus, cujuslibet canonici in usus cedat monachorum.

Folio 48.

Haec omnia, prima fronte, fortia videbantur nimis, quam ut expugnari, aut iis contradici posset. Sed quia aequitatis ratio postulat ut, inaudita parte, nemo condemnetur, audire eos cogimur qui alterius sunt opinionis, quique asserunt monachos in dicta capella fuisse a Waldetrude constitutos; cujus credulitatis quoque sunt virgines canonissae, ut jam paulo ante praemisimus. Quis vero illas et omnes priscos scriptores falsitatis accusabit? fateor, res obscura. Balduini enim diploma supra allegatum, quo illos canonicos vocat, nec falli nec fallere potest. Sed nec historici in unam et eandem opinionem concurrentes a veritate deviasse dicendi sunt. Cum ergo neutra pars, salva justitia, damnari possit, utramque partem conciliare oportet.

Valde equidem contraria sunt: monachos fuisse in capella SS. Petri et Pauli, et monachos ibi non fuisse, sed canonicos. At si rem profundius introspeciamus, facile erit avertere neutram partem falsi argui posse, ut paucis ostendemus.

Primum ergo, certum est sanctam Waldetrudem monachos in saepedicta capella SS. Petri et Pauli, primitus constituisse, ut constans est omnium sententia. Sed, sicut in caeteris rebus humanis, nihil ita stabile firmumque est aut fuit umquam, quod mutationi non esset obnoxium : ita dicti monachi, ob graves ecclesiae persecutiones, a suo primario instituto immobiles quoque non fuerunt. Sed verisimile est et certum mihi videtur, quod, per adventum Normannorum, anno octingentesimo octogesimo et sequentibus, ipsi sedibus pulsati, dispersionis suae tempore, monasterio suo diruto, et personarum numero paulatim deficientes, aut statum omnino mutaverint, Folio 49. aut certe in diuturno epulatu suo qui superstites erant, saeculares sacerdotes sibi associaverint, et eos monasterii sui (diruti licet), et proventuum suorum haeredes constituerint, ne lapsu temporis (se mortuis omnibus), aut perirent, aut primo venientes indebite illos occuparent. Tantas namque tum oppiditum monasteriis depopulatis et incendio concrematis, strages Belgio intulerunt Normanni, temporibus illis, ut praedicti monachi ac caeteri fideles, religione sub modio posita, aut vagari aut latitare annis multis debuerint. Quare mirum non est si, futuro tempore prospicientes, praebendarios sacerdotes in locum suum statuerint, inter quos, pace reddita, si qui superessent, vitae reliquum ducerent, monachatu forsitan rejecto. Id enim facilius eo fieri poterat quod, temporibus illis, monachi vita, statuto magis, quam voto firmaretur, ac proinde ab ea resilire, sola episcopi dispensatione, difficile non erat, ut infra evidentius ostendemus, cum de Waldetrudanis virginibus nobis erit sermo. In praesenti vero sufficiat demonstrasse sacerdotes ecclesiae SS. Petri et Pauli, in prima sui institutione, fuisse religiosos. Qui, licet solemniter voto non ligarentur, non ideo tamen desinebant esse veri religiosi. Nam summi pontifices totaque Dei ecclesia taliter in monasteriis degentes, pro veris religiosis semper amplexa est; nec aliam voti solemnitatem tunc temporis ad eum statum perficiendum ab illis requisivit. Quamobrem cum in saepedicta Folio 50. capella monachos fuisse indubitanter asserimus, primariam illorum institutionem respicimus non illam, qua postmodum temporum injuria in canonicos praebendarios evaserunt; etiam, duobus prope saeculis, evaserant, priusquam Balduinus noster praedictum suum diploma conderet. Quare cum idem Balduinus illos canonicos vocat, juxta id quod pro tempore erant, non autem quod ante tempora multa fuerant, loquitur. Quo videre et judicare facile est neutram partem a veritate deviasse. Nam quod monachi primitus

fuerint in dicta capella SS. Petri et Pauli docent omnes. Sed cum a vita monastica annis pene ducentis defecissent, ac in praebendarios evasissent, in dubium verti non poterat quin vere canonici aut essent, aut quos saltem populus canonicos appellare consuevisset; ac ita errasse non potuit Baldwinus, dum populi usum communem secutus, canonicos illos appellavit.

Cum itaque monachi omni dubio procul primitus fuerint, dubium quoque esse non debet quin ex monasterio Altimontensi prodierint, aliquibus forsitan e monasterio Ghisleniensi mutuatis. Quis neget enim sanctis Vincentio et Ghisleno cordi fuisse, ut piis sanctae Waldetrudis desideriis fieret satis? Illorum monasteria in primario devotionis fervorisque ardore erant, et proinde ex iis assumpti putandi sunt. Nam devotis et peritis directoribus opus erat ad formandum, quoad utrumque hominem, non solum eos qui isti recens erectae virorum familiae SS. Petri et Pauli adscriberentur, sed etiam sacras virgines quae, abdicatis quae offert mundus gaudiis, sub beatae Waldetrudis disciplina ad vexillum evolarent crucis. Quapropter existimandum censeo sanctum Vincentium, intuitu seu rogatu dilectae quondam conjugis, viros omnino praeclaros misisse, nec eos umquam revocasse, ut, iis magistris, utraque familia tam virorum quam sacrarum virginum, Benedictinis perfecte imbueretur institutis, et novis semper, temporis diuturnitate, proficerent incrementis. Imo plane Vincentius credendus est, quod, cum hoc pacto Waldetrudanis virginibus providisset de alimento animae, providerit quoque praedictis monachis de alimento corporis; alias enim Waldetrudi oneri fuissent magno nimis. Quare verisimile est quod iis alendis diviserit Vincentius partem aliquam fundorum seu proventuum quos ipse ad Altimontem tulerat, et inter caetera, forsán pagus seu dominium d'Obourg annumerari posset. Ratio ob quam in eam opinionem feror, est, praeterquam quod istius pagi donator<sup>1</sup> hactenus non nobis innotuit, Altimontenses monachi, ex veteribus quibusdam monumentis suis, pagum illum suum olim fuisse dicunt, uti mihi retulit Petrus *le Jeune*, ejus loci abbas, cum annis millesimo sexcentesimo trigesimo secundo, tertio et quarto, deputationem patriae seu provinciae Hannoniae una subiremus. Quod si ita sit et pagus ille, ut facile assentior, per translationem praebendarum sacerdotum capellae SS. Petri et Pauli ad Broqueroyam nostram accessit, non accessit tamen liber, sed diversis advo-

Folio 51.

Obourg.

Folio 52.

<sup>1</sup> Le MS : *donatorem*.

catis subjectus, ut patet in manuscripto, foliis in margine citatis. Sed haec MS. 2 p., c. 1 et 2. diligentius aliis disquirenda relinquo.

Probato autem sufficienter per antedicta, quod sancta Waldetrudis ad suum et suarum regimen obeundaque altaris officia, monachos elegerit et constituerit, in saepe repetita capella apostolorum Petri et Pauli, affirmare quoque audebo sanctam Aldegundem, aemulam ejus sororem, idem etiam Malbodii praestitisse: id est monachos assumpsisse qui, quotidiano pariter officio altaris fungerentur in ecclesia sua suarumque virginum, quique earumdem conscientias regerent. Illi communi quadra, more monastico, viventes, *duodecim fratres* vocabantur, ut antiqua ecclesiae Malbodiensis probant monumenta, in quibus non alio quam *duodecim fratrum* nomine nuncupabantur. Quo satis datur intelligi olim quoque monachos fuisse qui tandem etiam, et, ut opinor, Normannorum causa, in canonicos evaserunt, quales hodie cernimus. Nec mirum est tales ab illa fuisse electos et assumptos: cum enim sancta Waldetrudis et sancta Aldegundis, germanae sorores essent, et, eodem tempore, religionem amplexae, eandem quoque vitae rationem sibi statuisse credendae sunt, et ministros altaris ejusdem sui instituti assumpsisse. Sed, his omissis, quorsum canonici SS. Petri et Pauli esse desierint, paucis discutiamus.

*Cur canonici sanctorum Petri et Pauli extincti fuere.*

Hactenus ostendimus monachos primitus locatos fuisse in capella apostolorum Petri et Pauli, qui, successu temporis, in canonicos evaserint, ac tandem in dominium abbatis Broqueroyani devenerint, quousque, iis mortuis, singulorum eorum praebendae omnes cederent ad usus dicti abbatis et ejus monachorum, Deo, sub tutela et patronatu divi Dionysii, servientium: modo videamus quid ita et quorsum sic extincti fuere. Fateor, difficile. Existimo tamen, ob causas diversas, id evenisse, et quidem, primo, ex affectu quo pius fundator ferebatur in hanc novellam familiam suam, quam ampliore dote, per illorum extinctionem, cupiebat auctam. Secundo, quod generosus comes Balduinus judicaret nobiles virgines Waldetrudanas nobilitatas iri, si praelatus quispiam vicinus illarum susciperet curam, earumque ageret pastorem loco decani, seu superioris canonicorum sanctorum Petri et

Pauli, quotidiana sacramentorum administratione Germanistis monachis, uti vicariis suis, relicta. Tertio, quod canonici sanctorum Petri et Pauli, eo tempore, ultra necessarii non essent virginibus sacris sanctae Waldetrudis, quando quidem jam diu, ab anno scilicet nongentesimo quinquagesimo septimo, hoc est annis centum et viginti quinque, aut amplius, antequam eorum praebendae ad Dionysianum monasterium transferrentur, monachi sancti Germani in ecclesia dictarum virginum quotidiana sacra operabantur, quique, opinor, illarum confessiones (ut praemittitur), saltem extra tempus paschale, excipiebant, et reliqua sacramenta, uti Petrensium vicarii, ministrabant, quoties opus erat, aut ad id operis requirebantur. Quarto, quod forsitan defluere inciperent, nec ita bonum sui et sacerdotii odorem populo christiano spargerent, uti assolet iis qui pane abundant et otio. Has praedictas rationes esse censeo potiores cur Petrenses canonicos paulatim extinguere, et eorum praebendas ad Broqueroyanam hanc familiam suam, adhuc prima religione florentem, transferri Balduinus voluerit. Sed nunc videamus num inde Broqueroyana familia ditior facta sit.

Folio 54.

*Quinam in patrimonium canonicorum ecclesiae SS. Petri et Pauli  
introierint.*

Nunc breviter examinandum est quinam patrimonium ecclesiae sanctorum Petri et Pauli, possessoribus mortuis, fecerint suum. Ut hoc enucleari et veritas facilius elici possit, canonissarum Montensium ea de re sententiam, quam supra retulimus, huc revocare oportet, et videre num veritate fulciatur.

Affirmant illae dotem seu patrimonium istius extinctae familiae cecidisse partim in foundationem seu dotem quatuordecim capellanorum majoris altaris, quos hodie canonicos sancti Germani vocant, partimque in erectionem plurium capellaniarum, quas conferendi jus abbatissae suae competeret, fuisse conversam. Verum in ea re refellenda non est adeo laborandum. Quam enim a veritate dissideat, ex supra allegato Balduini diplomate ita liquet, ut nullus omnino dubitandi locus relictus sit. Nam ita loquitur: « Quasi divino fer-  
» vore, inquit, inflammatum, ecclesiam sancti Petri, quae sita est in mon-  
» tibus, inter duo monasteria, sanctae Waldetrudis videlicet, et sancti Ger-  
» mani, cum omnibus appenditiis suis, eidem Beati Dionysii coenobio  
» liberaliter trado, ita ut canonici ipsius ecclesiae subjaceant potestati abbatis

Folio 55.

» et, obeuntibus illis, in usus monachorum sancto Dionysio servientium » prae-bendae ipsorum cedant. » Quid clarius? Nihil ita authenticum, quam quod talis instrumenti veritate nititur. Cum enim Balduinus comes dicit : « Et, obeuntibus illis, in usus monachorum sancto Dionysio servientium » prae-bendae ipsorum cedant, » tota solvitur quaestio. Et cum idem comes asserat ecclesiam sancti Petri sitam inter duo monasteria, sanctae Waldétrudis videlicet, et sancti Germani, constat monasterium sancti Germani extitisse, priusquam sacerdotes sancti Petri in dominium Broqueroyani abbatis devenirent. Et certe jam extiterat annis circiter centum viginti quinque ante monasterii hujus foundationem, ab anno videlicet nongentesimo quinquagesimo septimo, quo Bruno, archiepiscopus Coloniensis, Ottonis primi imperatoris frater, mandante Romano pontifice, restaurandis ecclesiis Belgicis operam dabat, quique hoc, eodem anno, monasterio sancti Germani dedit initium. Et proinde verum esse non potest quod ex patrimonio sancti Petri fundati seu dotati fuerint quatuordecim capellani, qui hodie dicuntur canonici sancti Germani. Quare mirum est quod chronologi, e quibus canonissae sua sumpserunt, sic in hac materia hallucinati sunt, mirumque quod dictae canonissae aliud nihil habeant documenti, quam quae ex non satis oculatis scriptoribus compilata asservant et aequae ac vera amplexantur. Quo fit Folio 56. ut permultos secum trahant in errorem, adeo ut nemo adverterit hactenus praedictum patrimonium fuisse a Balduino huic suo monasterio donatum, et a Burchardo episcopo simulque a patribus synodi Montensis (de quo supra) eidem adjudicatum, atque a pluribus comitibus Hannoniae, quorum instrumenta hic asservantur in libro pergamineo descripta, confirmatum. Verum, ne venerabilibus canonissis et scriptoribus a quibus sua sumpserunt bellum indixisse videar, illorum opinionem atque meam conciliare oportet. Dicam ergo quod, quamquam patrimonium sancti Petri (quantum pendebat ex intentione donantis) non fuerit in quatuordecim capellanorum dotem conversum, ut jam et rationibus et auctoritate probavi, tamen Balduinus comes qui, per allegata diplomata sua, illud nobis donasse probatur, per illa non vetuit quominus idipsum redonare possemus. Quare cum, praeter pagum de *Oboury*, quem, cum dubio, supra notavi huic loco devolutum, inter proventus hujus monasterii, nihil certo dici possit ex supra dicto patrimonio provenisse, facile concedam abbates et religiosos istius aevi, utpote monasticae paupertatis amatores, non sua quaesiisse, sed, pacis et mutuae

Folio 57.

concordiae causa, sponte et liberaliter magna ex parte cēsisse donatis; atque ita fieri potuit ut ex una parte dicti patrimonii plures capellaniae fundatae et dotatae fuerint, et ex altera proventus annuus monachorum sancti Germani, partim intuitu communis ordinis Benedictini, partimque officii quotidiani quo ex antea fungebantur; et deinceps eos fungi oporteret, auctus fuerit. Unde non immerito quis dicat abbatiam Broqueroyanam capellaniarum sanctae Waldetrudis et collegii sancti Germani magna ex parte fundatricem. Magnum sane beneficium! Et beneficium beneficio accessorium: Beneficium enim jam olim fratres sancti Germani acceperant a sacerdotibus seu canonicis sancti Petri, cum in illos munus quotidianum majoris altaris ecclesiae sanctae Waldetrudis transferri permiserunt. Neque enim; iis invitis, id fieri potuit. Quare voluntarie et ultro, servatis solummodo praerogativis pastoralibus, ut id fieret consenserunt; sibi solis de caetero perfectius servire et vacare cupientes. Itaque istiusmodi mutatio facta non fuit sine detractioe aliqua proventuum et praeeminentiarum ecclesiae sancti Petri. Quin imo si Jacobo Guisio credimus, Nicolao Guisio referente in suo Monte, Hannoniae metropoli, cap. 30; omnium altarium oppidi Montensis oblationes canonici sancti Petri, priusquam huc transferrentur, praedictis fratribus sancti Germani cesserant, sub ea annui census recognitione, qua annis singulis obstringebantur; et quae, ut idem ait, in dominium transiit monasterii sancti Dionysii quaeque eidem etiam nunc annis singulis penditur; sed Jacobi Guisii opinio non mihi satis videtur veritati consona. Quare, cum ipsius bona gratia, pensatis circumstantiis, dicam mihi visum potius et probabilius canonicos sancti Petri praedictis oblationum juribus nusquam cēsisse priusquam in abbatis venirent potestatem; sed nec abbatem, statim cum coepit canonicis dominari, illa jura in praedictos fratres transtulisse, sed multis annis postea. Nam fratres sancti Germani jurium istorum confirmationem prius petiverunt sub Lucio tertio qui; annis circiter centum, universalem regebat ecclesiam, postquam canonici sancti Petri in abbatis transierant dominium: quod sane indicium probabile est, imo certum, dictos fratres sancti Germani jura praedicta non a canonicis, sed ab ipsomet abbate habuisse, et non statim; sed diu postquam in bonorum et dependentiarum familiae sancti Petri possessionem introisset. Si enim praedicti fratres sancti Germani juribus iis potiebantur priusquam domus sancti Petri extingueretur, ut quid illorum confirmationem procurare tamdiu distulerunt? Ecquare annis centum expec-

Folio 58.

tatum est postquam abbas in plenaria possessione istius extinctae familiae esset? Certe nemo est qui non statim procuret ut a se legitime acquisita, aut quoquo modo sibi debite collata, confirmentur, et qua decet auctoritate roborentur. Sed si id ad annorum centuriam aut amplius differat, jam Folio 59. robur aliud illi opus non est, quam tam antiqui et immemorialis temporis possessio. Imo risu dignus haberetur quisquis possessa primum, post annos centum, a sanctissimo domino confirmari postularet. Et istinc profecto Jacobus Guisius, et qui eum hac in re sequuntur, videri et dici possunt non penitius rem examinasse. Sed quantum ad hoc attinet quod Germanistae, annis singulis, recognitionem sancto Dionysio pendunt, facile assentior id procedere ob beneficium altarium civitatis et maxime ecclesiae sanctae Waldetrudis ipsis collatum, non quidem a canonicis sancti Petri, ut vult Guisius, sed ab ipso abbate Broqueroyano collatum, diu postquam illis dominari coepit (ut praemissum est), sibi tantum paucorum altarium patronatu servato, uti sicut beneficiorum registra, non modo monasterii, sed et Cameracense ac Lovaniense aperte probant; dum abbatem capelliarum in Cantiprato et leprosiae Montensis collatorem sine controversia asserunt, licet modo in contrarium contrarius praevaleat usus. Sed jam pauca de canonicis sancti Germani in particulari dicamus.

*Utrum canonici sancti Germani primitus fuerint religiosi.*

Canonicos sancti Germani (contra canonissarum Montensium opinionem) extitisse, priusquam abbas sancti Dionysii in locum canonicorum sancti Petri succederet, sufficienter hactenus probatum est. Sed quia hinc inde saepius monachos et fratres illos nuncupavi, et multi passim tales fuisse mecum opinentur, aliquot lines scribere de illorum primaria vitae conditione materia compellit. Dicam ergo primum quae ex aliis refert Nicolaus Folio 60. Guisius, in suo Monte metropoli, cap. 30; et haec ejus sunt verba: « Circa » annum 957 (hoc est annis. 76 ab incoepta clade Normannorum), Bruno, » Coloniensis archiepiscopus, frater Ottonis imperatoris, incumbit reparationi dirutarum a Normannis ecclesiarum in Hannonia, atque disciplinam » restituit ecclesiasticam, accepta a pontifice summo nuntii apostolici auctoritatem. Idem Castriloci diruto jam monachorum sancti Petri monas-



» terio, clericos in parochia sancti Germani constituit, qui ad aedem domi-  
» cellarum capituli sanctae Waldetrudis sacra litarent... »

Ex his necdum colligi potest utrum canonici sancti Germani religiosi fuerint olim; fuisse tamen ex sequentibus videre est. Textu praeallegato Nicolai Guisii simpliciter quidem clerici vocantur, sed clerici nomen non est religiosus seu monachis incompetent; nam patres societatis quaquam veri, et proprie loquendo, religiosi, a concilio Tridentino clerici vocantur. Quare hoc est sufficiens ut quis eos numquam religiosos fuisse probet, maxime cum non desint rationes et argumenta quae primitus illos religiosos fuisse convincunt. In primis se offert Balduini nostri auctoritas qui, cum in suo diplomate dicat (ut saepius ejus verba citavi), ecclesiam SS. Petri et Pauli, sitam inter duo monasteria sanctae Waldetrudis et sancti Germani, vix a quoquam dubitari potest quin, priscis temporibus, religiosi fuerint. Nomen enim monasterii hoc designat semperque designavit. Et licet plerique, inter quos auctor chronici Cameracensis, capitula seu collegia saecularia quandoque vocaverint monasteria, fatendum tamen est illos monasterii nomen improprie usurpasse: nam qui alio sensu aut significatione, quam pro solitudine seu monachorum habitatione, eo nomine utitur, vim et etymologiam istius tam triti vocabuli ignorare videtur.

Folio 61.

Ostendi quidem poterit olim canonicos plerosque vixisse communiter, maxime in primitiva ecclesia, cum non modo clericis sed et aliis Christi fidelibus distribuebatur prout cuique opus erat; sed illi tamen domicilia sua monasteria passim non vocabant, uti nec temporibus nostris communiter in saeculo viventes, quales modo sunt patres oratorii et pleraeque devotae virgines (quas devotarias vocamus) domos suas monasteria vocant, sed nec ita vocari vellent. Cum itaque monasterii nomen non alio sensu quam pro solitudine seu monachorum habitatione, juxta verbi etymologiam, accipi debeat, cur, in hoc casu, praeallegatum diploma Balduini a vera et magis usitata significatione deviasse dicetur? Sed et hinc quoque monachi et quidem Benedictini fuisse probantur quod diversa diversorum comitum Hannoniae diplomata, quorum transcripta hic asservantur, subsignata sint (inter alios foedales) a praeposito sancti Germani. Praepositi vero nomen regulae sancti Benedicti maxime congruit; quem enim hodie priorem dicimus, ille praepositum vocat: de quo caput habet integrum in dicta regula sua ordine sexagesimum quintum. Unde etiam nunc pleraque parva monasteria, quae-

dam ab aliis dependentia, quaedam etiam libera, praepositurae vocantur. Huic rei probandae adblanditur antedictus Lucius III. Nam in bulla praedictorum jurium confirmativa, quam ad illos dedit anno suo pontificatus primo, quamque ipsi adhuc hodie asservant, loquitur simpliciter praeposito et fratribus sancti Germani, quibus terminis non alios intelligi voluit quam priorem et istius loci religiosos. Folio 62.

Si quis objiciat quod in ecclesiis collegiatis dignitates sint quas praepositorum vocant, ac proinde, per praepositi nomen, nihil ad nostrum intentum concludi, respondetur id nequaquam generale esse quod ecclesiae collegiatae praepositorum habent. Et quantum ad ecclesiam sancti Germani attinet, ex quo in praebendam conversa est, illa dici non potest hujusmodi dignitatem habuisse. Si enim habuit, quorsum periit, moris est quod capitula collegiata, pro decore ecclesiae suae, dignitates suas augeant non minuant. Periit tamen illa, si umquam fuit, in ecclesia sancti Germani; sed numquam ibi fuisse, vel inde probatur quod nec illorum monumenta, nec aliquis scriptorum mutationis hujusmodi mentionem facit. Deus bone! periisset praepositurae dignitas in loco tam celebri ut est civitas Montensis, aliarum civitatum et reliquae provinciae caput! ubi, si usquam alibi, personas graves et dignitate sublimes, status utriusque, tam ecclesiastici quam saecularis, residere convenit.

Addam rationibus praedictis Germanistas non fuisse aliam ob causam a Brunone institutos, quam quod Bruno cerneret sacerdotes sanctorum Petri et Pauli a monachatu defecisse. Cum enim vir religiosus esset et a Ratherio, Benedictino, eruditus, sanctimonialibus Waldetrudanis censuit deinceps, uti antea, serviendum a ministris quotidianis ejusdem sui instituti Benedictini, cujus olim fuerant praedicti sacerdotes sanctorum Petri et Pauli, qui, uti jam abjecto jugo monastico, nec cupientes de caetero quotidiana illa servitute premi, facile consenserunt Germanistas a Brunone institui, et onus quotidiani servitii (alias ecclesiae seu familiae suae annexum), in illos transferri, nihil sibi, praeter pastoralis officii praerogativas, reservando. Folio 63.

Ex antedictis omnibus evadit manifestum Germanistas non modo primitus fuisse religiosos; sed etiam tales adhuc a dicto Lucio III inventos, anno primo pontificatus sui, qui juxta Belarminum *de Scriptor Eccles.*, erat millesimus centesimus octuagesimus primus, idque ita, ob rationem ante allegatam, censendum arbitramur. Quare autem aut quando defecerint, non est facile scire; sed verisimile est eos, non diu post dictum Lucium, in monachatu

perstitisse, et id forsā suāsu virginū sanctae Waldetrudis; utpote, quae cum, ut infra dicemus, jam ab Innocentio II defecissent: hoc est annis circiter 51, usque ad Lucii tempora, voluerunt et ministros suos quoque deficere, ne sibi probro diutius verteretur quod ministris suis, in prima sua vocatione perseverantibus, ipsae quoque mutassent et habitum. Sed ecquid mirum quod Brunonem diximus Germanistas primitus instituisse monachos? Certe quemadmodum ecclesiam diversorum graduum et ordinum speciosa varietate ornatam conspicimus; ita Benedictinus ordo, licet magna semper religionum diversitate et habituum atque observantiarum varietate ornatus et circumdatus extiterit, et monachus, toto orbe diffusus, omnibus praecepta et normam bene vivendi dederit, praecipue tamen, priscis illis temporibus, magnam partem christianismi sui habuit imitorem. Tunc enim non modo particulares personae; ut nunc conspicimus, sed etiam oppida et integrae civitates atque regna magna ex parte monachismum amplectebantur, vivendo singuli per familias suas, modo quo poterant, secundum regulam sancti Benedicti. Et certe nobiles familiae quibus, ob defectum sufficientium temporalium, grave erat numerosae proli, utriusque sexus, providere, et sortem condignam ac statui correspondentem invenire, domum suam convertebant in monasterium, et filii simul cum filiabus, hoc est fratres cum velatis sororibus convivebant, regulam observantes et a viciniore praelato dependentes. Illam vitae rationem multae etiam particulares virgines secutae fuerunt, quae, velo de manu episcopi accepto, vitam monasticam in domibus parentum agebant. Ejus rei fidem nobis faciunt sancta Gudula et aliae complures quas recensere ratio non requirit. Taliter sub regula, extra monasteria, viventes conversorum et conversarum nomina sortitos existimo, et eos fuisse quos familiares suos ordo vocare consuevit, quorum etiam nunc quotidie post lectum martyrologium et pretiosa memoriam facit his verbis: « Commemoratio omnium fratrum familiarum ordinis nostri, atque benefactorum nostrorum, quibus subjungitur *de profundis* et collecta. » Sed ne cui forsā in historiis Benedictinis minus versato haec praedicta gratis dicta esse videantur, audiat paucula quae hic subjicimus quaeque chronicus ordinis inter multa alia refert, ex Bertoldo Constantiensi: *En ce temps; dit-il, fleurissoit en Allemagne, en plusieurs lieux, la vie commune, non-seulement entre les religieux, moines et prestres, mais aussi entre les séculiers, lesquels, volontairement et avec grande dévotion s'offroient de vivre en communauté. Et*

Folio 64.

Folio 65.

*jacoit que, quant aux habits, ils fussent différents des prestres et moines, toutesfois, quant aux mérites et forme de vivre, tous estoient semblables, imitant celui qui ne vint point estre servy, ains pour estre serviteur de tous. Ceux-cy renonçoient au monde et s'offroient eux mesmes et leur moyens aux monastères des moines qui vivoient régulièrement, affin qu'estans sous leur obédience, n'ayant rien de propre, ils s'occupassent et méritassent les servir.» Et puis, il adjouste: « Cette façon de vivre fleurissoit en ce temps là, particulièrement en Allemagne, ou plusieurs villes entières se donnoient aux monastères et taschoient à l'envy l'un de l'autre, de s'avancer en saincteté et perfection. »*

Hoc modo itaque cum monasteria tot personarum capacia non essent, civitates et oppida pro monasteriis habebantur; adeo quod omnis generis homines presbyteri, coloni et artifices, vitam vivebant communem, dependentes ab obedientia vicini praelati, qui singulis providebat prout opus habebant. Sic abbas celeberrimi monasterii Luxoviensis 600 olim aluit religiosos eosque, sine dubio, degentes in diversis per oppidum habitaculis, cum monasterium, quod hodie cernitur, non sit tot personarum capax. Sic quoque in Hannonia nostra Altimontensema abbatiam, vel hoc titulo laude non exigua dignam ex chronico Cameracensi, trecentos religiosos habuisse scimus. Et cum locum ipsum satis de se angustum cernamus, totum pagum in monachismum conversum fuisse probabiliter putamus. Ubi vero loca capacia erant, multos monachos intra septa recipere: multitudo dividebatur per diversas cellas seu decanias in quibus monachi, sub obedientia unius decani, ad aemulationem viventes, sese virtute praevenire satagebant. Disponebantur enim majores congregationes ut aut simili modo quo Gandavi, Bruxellae, Mechliniae et alibi in Belgio, cernimus Beguinarum domicilia. Illae namque virgines aliqualem formam antiquae nostrae religionis retinuisse mihi videntur, licet religiosae dici non possint, cum nec vota solemnia habeant, nec regulam ex approbatis profiteantur. Sed, his omissis, nobis sufficiat sufficienter, ut opinor, ostendisse canonicos sancti Germani primitus fuisse religiosos eosque Benedictinos. Nunc an sancta Waldetrudis religiosa fuerit videamus.

Folio 66.

*Utrum sancta Waldetrudis canonissas instituerit an vero religiosas; et an ipsa religiosa fuerit?*

Res sane difficilis haec est, et adeo obscura ut ex densis ejus tenebris lucem quis vix eruat. Tamen, ut a me coeptum proseguar, tentabo, pro mea tenuitate, ad quaestionem hanc respondere, et, rationibus auctoribusque probatis et instrumentis authenticis probare sanctam Waldetrudem non canonissas, ut modernae domicellae Montenses astruunt, sed religiosas, quarum ipsa caput fuit, instituisse. Id audacius aggrediar quod me existimem venia dignum, si, post multos qui hac in re hallucinantur, hallucinatus forsitan in aliquibus fuero: quod tamen vitare conabor; proinde ab ovo, quod aiunt, ordiendum putavi.

Cum itaque sancta Waldetrudis mundanam adhuc et saecularem vitam, caste licet et sancte, cum Maldegario, marito suo, ageret, sanctus Guislenus Castrilocum, arbustis et vepribus consitum, sibi delegerat, ibique cum sociis suis, Lamberto et Bellirio, vitae viaeque comitibus, sedem figere cogitaverat, donec ursae indicio sacras ejus vestes asportantis, alio se a Deo vocatum intellexit. Quare cum inde, ursam secutus, migrasset, et in loco qui illi etiam hodie sacer est ecclesiam aedificasset, multi undique populi ad ejus consecrationem confluerunt. Sancti quoque Autbertus et Amandus illic non defuere, qui ut nusquam occasionem disseminandi verbi Dei intermittebant, ita quoque ad populum conciones tunc habuerunt. Illorum vero verba ceciderunt in terram bonam et fecerunt fructum in abundantia: nam Maldegarius et Waldetrudis, conjuges, quos devotio ad illam solemnitatem compulerat, adeo compuncti recesserunt, ut exinde de saeculi renuntiatione cogitare coeperint, susceptis jam prolibus quatuor: Landrico videlicet et Dentelino, masculis, atque Aldetrudi et Maldeberta, femellis.

Quare Maldegarius ad Sambram fluvium, in municipio quod Mons-Altus dicitur, monasterium construxit, ubi, monastico habitu per manus sancti Autberti suscepto, sub sanctae conversationis regula sese humiliter reclusit, Maldegarii nomine in Vincentium, quod tam viriliter mundum vicisset, mutato: idque, ut quidem Wionius noster ait, referente Nicola Guisio in Monte metropoli, anno 606.

Waldetrudis vero, mariti exemplo a mundi turbiniibus, aliquantis post annis, secessum quaesivit, salutis aeternae curam illi crebro suggerente Guisleno, qui paratam ad saeculi renuntiationem hortatur ut Castrilocom deligeret, utpote, opportunum, quo vitam, ab hominum conversatione remotam, tute transigeret. Cujus monita velut aeternitatis cibum alendae familiae dispensans Waldetrudis, ibidem ab Aya, cognata germana, et Hydulpho, ejus marito (quos comitatus Hannoniae relinquebat haeredes), petiit sibi cellam aedificari. Sed visa postmodum aedificii per Hydulphum constructi magnificentia, pia mulier quae pauperem Christum pauper sequi optabat, et illius indigentiam imitari, vehementer indoluit. At collapsum illud sequenti nocte cernens, et superni numinis providentiam admirata, ut cella minor humiliorque erigeretur exposcit. Quod Hydulphus, magno licet moerore affectus (quod eo opere se indignum judicaret), verbis tamen et orationibus sancti Guisleni confortatus, non segniter complevit, aedificata quoque a se capella (de qua supra plura diximus) quam ad honorem SS. apostolorum Petri et Pauli pia mulier voluit esse dicatam. Folio 69.

Haec hucusque non valde controvertuntur: nec iis canonissae Montenses contradicunt quidem, sed opinantur, ut supra dixi, quod sancta Waldetrudis successu temporis non loca illa humilia diu habitasset, ecclesiam aliam, hortatu sanctorum Autherti et Guisleni, aedificaverit et illi multa bona et allodia contulerit, eorum parte tertia abbatissae suae dignitati alendae assignata et duabus aliis partibus canonissis et canonicis praedictis pro suis respective officiis reservata. Sed haec subsistere posse non videntur. Quomodo enim habuit Waldetrudis unde ecclesiam alteram aedificare potuerit, eamque sine dubio amplam et sumptuosam, quae credenda est non retinuisse unde construeret primam et quidem humilem et pauperem? Quomodo, inquam, isti secundae ecclesiae multa bona et allodia contulerit illa pia mulier quae, praeter modicam monasterioli sui dotem, nihil sibi retinuit? Neque profecto sanctus Guislenus, quo doctore et direttore utebatur, id consilii dedisset. Is enim evangelicam doctrinam secutus, putandus est illi suasisse quatenus omnibus pauperibus distributis, expedita ad vexillum evolaret crucis. Deus bone! didicisset Waldetrudis in humilitate superbiam? Paulo ante viderat superba aedificia menti suae contraria ejici divinitus, et cellam pauperem sibi (ut optabat) aedificari, superbium postea quaesiisset aedificium? Suasisset sanctus Guislenus fieri novam ecclesiam amplam et superbam qui, post Folio 70.

superbum aedificium lapsum; Hydulpho suaserat aedificare pauperculum? Neque enim noverat, hujus aevi more, pallio specioso honoris Dei mentem vanam operire, humilitate sopita. Praeterea si ad secundam ecclesiam erigendam habebat media Waldetrudis, quare ab Hydulpho sibi petiit aedificari primam? quare non sibi, ut ipsa optabat, aedificium humile ipsamet aedificavit? Profecto si sumptu Waldetrudis aedificabat Hydulphus, Hydulphus opus illi non erat. Alium enim, in aedificiis dirigendis, Hydulpho peritiorem facile reperisset architectum. Ista certe non mihi videntur veritati consona, et multo minus quod aiunt sanctam Waldetrudem canonissas (quod difficultatis nostrae nodus est) in jam dicta ecclesia sua constituisse. Non enim congruebat paupertas, quam erat amplexa, cum vita canonissarum quae saecularis est et corporalibus solatiis commoda. Quin imo credenda est Waldetrudis non aliam vitae rationem inuisse quam Vincentius, maritus ejus, qui sine controversia monasticam amplexus fuisse scitur; quamque Aldegundis, ejus germana soror, cui ipsamet ut religionem amplecteretur persuasit, et illi proprias filias Aldetrudem et Maldebertam, ad eandem religionem instituendas, ac tandem in ea velandas tradidit, sua ex humilitate ad hoc inducta: quod putaret illas a sorore perfectius educandas formandasque, quam si matri suae praesentes mansissent. Sed quorsum sororem et filias fuit ad religionem cohortata, nisi quia ipsa religionem experta, et torrente voluptatis illius inebriata, peroptabat illas illius sapore quoque inebriari, et illam ut tutissimum salutis portum ingredi et amplecti?

Habitationem monachalem quam antiqui et moderni monasterium vocant, et Zacharius papa, asceterium, a sancto Gregorio nostro cella vocatur, cum scribit venerabilem Scholasticam, die sequenti post colloquium cum fratre habitum, ad cellam propriam recessisse. Quod cellae nomen olim usitatissimum fuit pro religiosa habitatione, idque non unius tantum personae, sed etiam plurium, qualis vocabuli usus frequens est apud S. Gregorium, et in primis lib. 2 *Dialog.* cap. 9, ubi, cum agit de aedificatione monasterii Casinensis, sic loquitur: « Quadam die dum fratres habitacula cellae construerent, lapis in medio jacebat quem in aedificium levare consueverant. » Iterum; cap. 12 *de monachis qui contra regulam extra monasterium comederant*, scribit hoc modo: « Mōs enim cellae fuit ut quoties ad responsum aliquod fratres egrederentur, cibum potumque extra cellam minime sumerent; » et alibi idem sanctus pluries: quibus locis certum est eum nomine

cellae non aliud intelligere quam monasterium et asceterium, seu plurium religiosorum habitationem. Ut proinde certum sit non dissimili significatione hic accipi debere, licet aliqui chronologi, quos canonissae Montenses secutae sunt, vocabuli cellae vim et usum non satis considerantes, male verterint; et domum seu domunculam significare interpretati sint. Sed hi non satis versati in rebus monasticis, per hoc, noscuntur: nam in veterum scriptis frequens est ille loquendi modus quo cellae nomen accipitur pro parvo aliquo monasterio, sive ab altero majore dependente, sive non, qualia post modum vocari coeperunt prioratus. Quo sensu, in Bibliotheca Cluniacensi, coll. 3, sancti Odonis, c. 22, sic scribitur: « Nam ipse Ganslinus cum fratribus cellae Dolensis nuper fuerat, a quibus ea voluntate rediit, ut vestem protinus mutaret nihilque proprium exinde haberet. » Et alibi, saepius in eadem Bibliotheca. Sed et sanctus Bernardus eodem sensu loquitur, cum, epistola 253, Guarinum abbatem laudat quod synagogas satanae, id est cellulas extra caenobium, in quibus tres vel quatuor fratres sine ordine, sine disciplina habitare solebant, destrueret. Quo etiam sensu et significatione monasterium sanctae Waldetrudis cellam fuisse vocatum nemo dubitet; nempe quod non esset amplum et ingens asceterium, sed paucarum virginum, quarum numerus numerum forte non excederet duodenum, conformiter menti sancti Benedicti qui, cum duodecim monasteria construxisset, singulis imposuit monachos duodecim, praeter patres qui ibi praeesent. Paucas fuisse vel inde colligi potest quod nisi parvam et humilem cellam voluerit ab Hydulpho sibi aedificari, ac proinde multarum virginum incapacem.

Folio 72.

Verum quantus fuerit earum numerus, parum ad praesentem quaestionem attinet. Tantum enim disquirendum suscepit, num sancta Waldetrudis ejusque sectatrices primitus fuerint alumnae vitae monasticae: fuisse autem rationes huc usque allegatae probant. Sed ne iis solummodo et propriis meis adinventionibus niti videar, auctores aliquot, fide dignos, qui idem testantur proferam. Inprimis se offert Franciscus Baraeus, olim prior Aquicinctinus, vir in historiis bene versatus. Is, in sua descriptione manuscripta monasteriorum Belgii, virgines sanctae Waldetrudis sub regula sancti Benedicti vixisse probat. Illum sequitur Jacobus *Froy*, abbas quondam Hasnoniensis, in suo tractatu de sanctis Hannoniae; et haec ejus sunt verba: « Ut confirmetur (inquit) institutum hujus abbatae (videlicet sanctae Waldetrudis,

F. Baraeus.

Folio 73.



de qua loquitur), originem habuisse a Benedictinis, ex eo manifestum esse potest quod omnia monasteria quae erexit sanctus Amandus, ad regulam et ordinem sancti Benedicti retulerit, non tantum virorum sed etiam virginum. Sed hic forsitan quis objiciet sanctam Waldetrudem, sanctos Autbertum et Guislenum solos patres habuisse et suae conversionis adjuutores; ac proinde praetactum Jacobum *Froy* hallucinari in sancto Amando. Sed meminerit lector superius a me ostensum sanctos Autbertum et Amandum conciones habuisse ad populum, in consecratione ecclesiae sancti Guisleni, et ex earum audivisse sanctos Maldegarium et Waldetrudem compunctos de relinquendo mundo deliberasse. Quare dubium non est quin sanctus Amandus plurimum collaboraverit circa utriusque conjugis conversionem. Imo credendum prorsus existimo quod sancta illa anima, quae rerum coelestium majore in dies ardebat desiderio, istius sancti frequentissima quoque consuetudine uteretur. At hoc responsi vice sufficiat.

Ut autem in ore duorum aut trium stet omne verbum, prodeat quoque Antonius *Yepes*, abbas sancti Benedicti, Valladoletani, Chronicorum Benedictinorum auctor, qui, cum sit scriptor doctissimus et rerum antiquarum scrutator perspicacissimus pariter et fidelissimus, nihil prisca temporis in rebus monasticis reliquit intactum, et ea quidem solertia et judicio, ut a nullo hactenus contradictionem passus sit. Quin contra, in pretio et existimatione habitus a plerisque religionibus ad communis mensae lectionem adhibetur, quo ejus doctrinae particeps tota reddatur communitas. Is clare et copiose vitas sanctorum Vincentii et Waldetrudis, et totius eorum parentelae tractans, tom. 2. p. 397, c. 4 et seq., ait sanctam Waldetrudem a sancto Autberto religionis velum accepisse et sese, cum aliquibus virginibus, in antedicta cella sua reclusisse.

Plures auctores pro istius rei probatione producere superfluum est. Qui enim productis credere noluerit, nec aliis pluribus crediturus esset. Attamen ne quid, ex parte nostra, rei probandae desit ad rationes allegatas et praecitatos auctores, diversa quoque ex antiquitatis diplomatibus testimonia in medium prodibunt. In primis verba supra scripti diplomatis Balduini nostri huic affirmandae rei, vel sola, sufficere possunt: illa proinde hic repeto: « Iterum, consilio domini mei Gerardi, inquit, Cameracensis episcopi, » consilio, inquam, salubri, et praescriptorum nobilium meorum assensu, » quasi divino fervore inflammatus, ecclesiam sancti Petri quae sita est in

» Montibus, inter duo monasteria, sanctae Waldetrudis videlicet et sancti  
 » Germani, cum omnibus appenditiis suis, eidem beati Dionysii coenobio  
 » liberaliter trado; ita ut canonici ipsius ecclesiae subjaceant potestati ab-  
 » batis, et, obeuntibus illis, in usus monachorum, sancto Dionysio servien-  
 » tium, praebendae ipsorum cedant. »

Quid adhuc restat ambiguitatis? En foundationis loci hujus instrumentum  
 affirmat ecclesiam sancti Petri inter duo monasteria sitam, Sanctae Walde-  
 trudis et sancti Germani; et plura alia fundamenta pontificum et Hannoniae Folio 75.  
 comitum, praedictae foundationis confirmativa, id ipsum testantur, et iisdem  
 utuntur terminis, ecclesiam, videlicet sancti Petri, inter duo monasteria  
 praedicta sitam. Quare dubium esse non debet quin monasticae vitae alum-  
 nae olim fuerint canonissae Montenses. Hoc enim monasterii nomen designat,  
 ut supra probatum est, ubi de vi et usu istius vocabuli dixi satis, cum de  
 canonicis sancti Germani mihi esset sermo: quare hic repetendum non duxi.  
 Attamen si necdum probatum satis et monasterii nomine quos perperam uti  
 velit et per nefas in aliam torquere significationem, audiat quid supradictus  
 Burchardus episcopus super possessione ecclesiae beati Petri Montibus (uti  
 titulus sonat), ecclesiae beati Dionysii adjudicata, dicat. « Unde, inquit,  
 » nobis a synodo iudicium requirentibus, abbates, archidiaconi, cum per-  
 » sonis, iudicare abbatem et successores suos, sancti Petri, de qua agitur,  
 » ecclesiam canonicè deinceps possessuros, et, praefatis canonicis seu *mo-*  
 » *nialibus*, super hoc minime responsuros. Eorum igitur iudico assen-  
 » tientes, calumniatores, si emerint, quoad resipiscant, excommunica-  
 » mus, etc. »

Quid ultra? Ecce quas monasteriales jam diximus, Burchardus moniales  
 vocat; quod tergiversari non potest. Quid enim eo nomine apertius dici vel  
 excogitari potest ad praesentis quaestionis solutionem? Quis, inquam, hoc  
 tempore canonissas Montenses dixerit esse moniales? Aut quis illas tali nomine  
 appellarit unquam? Aut quis etiam olim, in praxi ecclesiae Romanae, hoc no-  
 mine probet nuncupatas virgines quae vel re ipsa non essent, vel saltem non  
 haberentur religiosae? Sane adhuc hoc tempore Romani pontifices, in suis  
 decretis et constitutionibus, nomine monialis et sanctimonialis, quae eadem Folio 76.  
 sunt, passim et absolute utuntur pro religiosa, ut pene infinitis posset exem-  
 plis probari. Quibus etiam conformiter loquitur Conc. Trid., sess. 25. c. 5,  
*de Regularibus*, praecipiens episcopis ut, in omnibus monasteriis, procurent

clausuram sanctimonialium; et infra subdit: « Nemini autem sanctimonialium liceat, post professionem, exire a monasterio, etiam ad breve tempus, etc. » Ubi, nisi velit contendere omnes devotas seu canonissas virtute concilii recludendas esse in monasteriis, necessario fatendum est per sanctimoniales intelligi veras et solas religiosas.

Bonifacius papa, qui fere primus edidit constitutionem generalem de clausura, in sua bulla (*Periculoso ac detestabili*), quae habetur in 6 tit. *de Regul.*, utitur nomine monialis: unde Conc. Trid., loco citato, innovans hanc bullam in eodem proposito de clausura, et utens nomine sanctimonialis, satis ostendit haec duo nomina prorsus idem significare, et pro eodem esse accipienda. Sicut etiam in jure passim accipiuntur, quod nunc uno, nunc altero utitur, nec id nisi pro religiosa, ut videre est, cap. *Veniens*, et cap. *Monialibus, de sententia excom.*, et pluribus aliis locis, quae hic recitare opus non est. Per allegata enim satis constat Burchardum episcopum per nomen moniales intelligi voluisse religiosas. Quo fit ut ad quaestionis hujus decisionem nihil ultra requiri debeat.

Folio 77.

Addo tamen ex superabundanti materia et copia rationum quod Lucius papa III<sup>us</sup>, in quadam bulla, quam ad illas dedit quamque adhuc hodie asservant, expresse religiosas, sub regula sancti Augustini militantes, pronuntiat. Quod quidem testimonium, omni acceptione dignum, sufficit ad eam quaestionem seu controversiam terminandam: nam quod ibi ordinis sancti Augustini nuncupentur, parum ad rem attinet. Cum enim in qualitate ordinis hoc loco non laboremus, nec ibi haereat nodus difficultatis nostrae, satis mihi est quod vel ea auctoritate pontificia, cui reluctari non licet, religiosae olim fuisse probentur. Quamobrem a plurium productione desisto, concludendo sanctam Waldetrudem non modo in saepedicta cella, sibi ab Hydulpho constructa, coenobiticam vitam indubie exercuisse, sed etiam ejus alumnae, diu posteaquam canonici sancti Petri extincti fuere, in vitae monasticae observantia, ex diplomatibus praeallegatis Balduini nostri, Burchardi episcopi et Lucii III papae, perstitisse constat. Et proinde audenter iterum adstruo sanctam Waldetrudem aliam ecclesiam nunquam aedificasse, nec, ut supradixi, quo aedificaret retinuisse. Ab initio enim conversionis suae, ea illius fuit semper humilitas et paupertatis amor, ut nudum Christum nuda usque ad mortem secuta sit. Nec obest quod partem pagi de *Framerie* (de quo infra) sancto Guisleno dederit: aliud est enim particulam patrimonii

seu dotis annuae dare, et aliud thesauros aut reservasse aut accumulasse, qui ad construendam ecclesiam forent necessarii. Id certe amplexae paupertati consonum non fuisset. Si vero quaerat quis unde modernis virginibus sanctae Waldetrudis et illarum ecclesiae tantum patrimonium? Responsio in promptu est, quae sequitur. Hydulphus et Aya, conjuges, sanctae Waldetrudis in Hannoniae comitatum successores, honoribus et divitiis mundi non satiati, ad illum fontem conversi, cujus aquae saliunt in vitam aeternam, ambo religiosam vitam amplexi sunt, nulla prole relicta. Ille Lobbiis; illa vero in Castriloco reliquum vitae actura, ubi, clara miraculis, diem tandem clausit extremum. Quae cum praedives esset, cellae seu monasteriolo Waldetrudano multa bona contulit secum, quae, etiam mortua, viva voce confirmavit: quod haeredes juridica contradictione donationem irritam esse vellent. Quare hodiernum ecclesiae sanctae Waldetrudis patrimonium Ayae magis, quam Waldetrudi est ascribendum; uti Hydulpho, Sonegiensis olim abbatiae patrimonium potest ascribi. Non quidem quod Hydulphum sonegiis aliquid putem elargitum, sed Vincentium ex bonis per Hydulphum, cum Lobbium ingrederetur, Altimonti donatis aedem suam Sonegiensem munificentissime dotasse. Hydulphus enim et Aya, conjuges, ambo mundum et mundana fastidientes ac relinquentes, Vincentii et Waldetrudis intuitu, a quibus comitatus successionem acceperant, ambo monasteria Altimontense et Castrilocense proventibus auxerunt, alendis tum pauperibus, tum multis ad religionem confluentibus, qui, cum uno loco capi non possent, causam (opinor) dedere Vincentio cur ad aedificandum Sonegiense coenobium animum adjecerit, illudque ample dotaverit bonis, ut praemittitur, ab Hydulpho Altimonti donatis.

Folio 79.

Quantum autem ad saepedictae secundariae ecclesiae constructionem atinet, illa neque Waldetrudi (quod canonissae volunt), neque Ayae est imputanda, sed Sigiberto regi. Is enim, in expiationem animae recens defuncti patris sui Dagoberti, quod Brunulphum, Clotildis, Ayae sororis, filium, e mundo tolli mandasset, eam ecclesiam aedificaverit ad honorem Beatae Virginis, Waldetrude jam mortua, et miraculis corusca.

Si quid amplioris dotis virginibus Waldetrudanis accessit, praeter illam quam beata Aya primariae dotellae addidit, est eidem Sigiberto tribuendum. Traditur enim in jam dicta, quam construxerat, ecclesia, triginta praebendis, totidem nobilibus puellis, instituisse, quae in eadem Deiparae Virginis

Folio 80.

aede Christi mancparentur obsequio, sub B. Waldetrudis instituto, ut ex aliis refert Nicolaus Guisius qui, licet utatur nomine praebendae, non tamen illico intelligendum est de praebenda canonicali capi debere. Nam, quamquam praebendae nomen canonico seu canonissae maxime congruat, aequè tamen poni et intelligi potest pro annuo proventu qui ad triginta puellas, in religione alendas, sufficere possit, conformiter quotidiano usui loquendi, quo portionem quotidianae refectionis unius religiosi praebendam dicimus. Et proinde forsàn est quod istius rei non ignarus, dictus Guisius, toto opusculo suo, controversiam illam religiosque fuerint an canonissae virgines sanctae Waldetrudis non tangit. Cum enim Montensis esset maluit prudenter dissimulare quam aut contra agnitam a se veritatem definire, aut, quod canonissis gratum non foret, loqui. Quoties enim de illis habet sermonem, nec canonissas nec religiosas, sed simpliciter modo virgines, modo nobiles puellas, modoque nobilium puellarum congregationem illas nuncupat: Quod indicium sane est illum magis propendisse quod religiosae fuerint, et illum ausum non fuisse vera fari; ideo dubio procul quod veritas odium pariat.

Folio 82.

Sed hic se offert pater Jacobus Simonis, Soc. Jesu, novissimus auctor vitae sanctae Waldetrudis, quam lingua gallica edidit Atrebatii, anno 1629. Is, cum in ea scribenda laboraret, saepius mecum contendit (agebat enim Montibus), quod sancta Waldetrudis religiosa non fuisset. Sed, lectis chroniceis Benedictinis aliisque quam pluribus qui religiosam fuisse dicunt, ac denique lecto diplomate quodam Lucii III, papae, quo Waldetrudanas ordinis sancti Augustini religiosas nuncupat, debuit, per totius historiae suae cursum, sic de sancta Waldetrude, ac si religiosa fuisset, loqui ei fateri illam, adhortationibus sancti Ghisleni, religionis habitum anxie desiderasse; et illam tandem velum de manu sancti Autberti suscepisse, ut videre est in historia ipsius, lib. 2, cap III, ubi sic loquitur: *La fin monstra la sainte intention qu'ils avoyent (sçavoir saint Ghislain et sainte Wauldrud); en leurs devis spirituels: car comme St Ghislain ne regardoit rien plus que la perfection de cette bonne dame, aussi en voyoit-il l'effect réussir selon son grand désir. Et de vray, elle mouroit de jour en jour au monde, jusque là que, n'en pouvant plus gouter, elle désira de s'afubler de l'habit de la religion, etc.* Et, eodem libro 2, cap VI, adjungit: *C'est (assçavoir en son petit monastère édifié par Hydulphe), où se rendit nostre sainte, par la réception du sacré voile qu'elle receut de cette façon, etc.*

Haec fateri debuit pater Simonis, veluti veritati consentanea; et nihilominus semel confessam a se veritatem in dubium revocare maluit, quam quod Folio 82. ingratum foret canonissis asserere. Nam cum sciret illis odiosum a quoquam dici, quod sancta Waldetrudis religiosa fuerit unquam, voluit dolorem, toto opusculo illis incussum, delinire, et vulnus a se inflictum, velut emplastro quodam, operire. Cum enim docuisset, ut jam allegavimus, sanctam Waldetrudem habitum velumque religionis anxie et desiderasse, et tandem suscepisse, ne auditu hoc duriusculum esset, annotationem ad praedictum cap. VI libri sui adjecit, in calce operis, qua probare nititur eam, non ideo quod velum acceperit, religiosam fuisse. Et haec ejus sunt verba: *Pour en dire ce qu'il m'en semble, dit-il, je n'oserois assurer que mesme leur bonne Ste Wauldrud auroit jamais esté religieuse, comme nous prenons ce nom à présent, etc.*

His sane et similibus sanctae Waldetrudi religionis honor detrahitur et meritum; utque avis discolor depingitur et contra prophetae increpationem, in utramque partem claudicare. Sic profecto illi et ejus alumnis contingere potuisset quod olim religioso cuidam contigisse fertur. Is cum, nocte quadam, vestitus habitu partim monastico partimque saeculari, inventus fuisset in actu sibi illicito, indeque graviter percuteretur, clamare fortiter percussori coepit: se religiosum, nec percuti posse sine excommunicationis incursione. At percussor respondit: dimitteret scrupulum, certus quod nequaquam ea parte percuteretur qua religiosus erat, sed qua saecularis, solummodo lueret pro meritis.

Proh dolor! sunt qui sanctam Waldetrudem ita vestiunt, et iis patrocina- Folio 83. tur pater Simonis; ac, in plausibilis sui dicti probationem, duobus his praecipue utitur argumentis quae sequuntur. Primum est, quod sancta Waldetrudis bonorum suorum temporalium videatur administrationem proprietatemque sibi reservasse, et quod, die quadam, cum post mortem sancti Amandi a sancta Aldegunde, quam inviserat, reverteretur, dederit sancto Ghisleno partem loci seu pagi de *Framerie*: quod facere, inquit, non potuisset, si fuisset religiosa.

Sed ad hoc responderi potest: id potuisse Waldetrudem, communicato suo, ante discessum, conventu; maxime cum regula sancti Benedicti quam erat amplexa, ut post dicemus, absoluta sit, et plenariam, in omnibus, praebet superiori facultatem; maximeque quod, iis temporibus, inhibi-

tiones juris canonici de non alienandis rebus ecclesiae, nondum ut jam emanassent. Verum si, ad convincendum reverendi patris Simonis, argumentum hoc non sufficit, velim mihi responderi unde, aut quibus bonis, seu quomodo sanctus Vincentius potuerit aedificare et liberaliter adeo dotare monasterium suum Sonegiense? Religiosus erat, paupertatem monasticam amplexus fuerat; fecit tamen. Si ad hoc mihi responsum fuerit, totius dubii patebit solutis, quia potentior aut voto solutior non fuit Vincentius ad construendum atque dotandum Sonegiense coenobium, per applicationem bonorum Altimontensi monasterio (ut suppono), ab Hydulpho cum religionem ingrederetur donatorum, quam Waldetrudis, per partem dioti pagi de Framerie, ad charitatem erga monasterium Ghisleniense exercendam.

Folio 84.

Rationibus allegatis, prorsus simile exemplum adduco, quo admodum probatur Waldetrudis id, quamquam religiosa, potuisse. Trithemius, lib. 3, *de Viris illustribus ordinis sancti Benedicti*, cap. CXXXIII, narrat de sancta Irmina, filia Dagoberti regis, abbatissa monasterii in horreo Treviris quod sancto Willibrordo medietatem fisci Epternacensis, cum omnibus suis appendiciis, pro constituendo monasterio fratrum, contulerit, quem de suo patrimonio hactenus possederat. Ne vero dicatur illud contulisse, antequam religiosa esset, videat lector cap. CLXXVII ejusdem libri, de sancto Willibrordo, ubi videbit dictam sanctam Irminam idipsum, non nisi cum jam abbatissa esset, dedisse.

Alterum reverendi patris Simonis argumentum est, quod, sub Ludovico Pio, Nivellenses virgines (ad quas etiam Montenses ac Malbodienses sui defendendi causa concurrerant), fortiter restiterint episcopo cuidam Leodiensi, nomine Walcando, quod illas ad tria vota, sub regula sancti Benedicti, emittenda astringere vellet. Quod facere non tentasset (inquit), si vota emittere consuevissent; inde concludens quod illa nunquam emiserant. Quia (inquit), cum a Waldetrude ad Ludovicum Pium, medii tantum fuerint circiter centum et sexaginta anni, credibile non est eas sic sui oblitae fuisse, ut tantillo intervallo suave religionis jugum exuerint. Et addit dictum Walcandum, cum efficere nullo modo posset ut vitam monasticam amplecterentur, illis nova seu particularia quaedam statuta dedisse.

Folio 85.

Verum ad hoc dici potest non requiri multas annorum centurias ut conventus aliquis, aut etiam plures, maxime hujusmodi virginum a cujusvis jurisdictione exemptarum, a primaeva religione deficient, et vota etiam emittere

postponant. Quin tamen Nivellenses virgines ac reliquae canonissae (contra patris Simonis opinionem), vota primitus emisissent dubium esse non debet; simplicia quidem, et quae nubendi viam et aditum non praecludebant, sed quae nihilominus, vere et proprie loquendo, religiosas illas efficiebant, et eo modo prorsus religiosas, quo nomen istud etiam nunc usurpamus, ut post, paucis videbitur.

Certe pater Simonis, asserendo religiosas non fuisse, prout nomen illud accipimus, non bene adverterat (nam quandoque bonus dormitat Homerus) quod, priscis illis temporibus, non tam voto, quam statuto religio consisteret.

Quid ut evidentius adverti possit, notandum est, cum Hieronimo Plato, lib. 2 *De bono status religiosi*, cap. 21, quod, initio nascentis ecclesiae, monachi non expresse quidem ac publice vota emittebant, sed illorum professio ex generali omnium sensu et consensu ita erat religioso statui annexa, ut etiamsi voce nulla facta esset promissio, tamen intelligeretur simul cum statu suscepta ejus promissionis obligatio. Hoc opinor similiter modo (etsi non cum tanto vinculo), quo nunc castitatis votum in ordinibus accipiendis includitur. (Idque ex quodam Basilii loco, epistola Folio 86. videlicet 2<sup>da</sup> ad Amphilochem, can. 10 (ut idem Platus notat), intelligi potest, ubi ait eos qui se monachorum ordini addicerent, tacite coelibatum admittere consuevisse. Atque hoc tam diu servatum est, quamdiu prisca illa pietas ac verecundia satis fuit ad homines in officio continendos. Postea tamen commodius securiusque visum est (ut idem Basilius ibidem decernit), expressam castitatis promissionem exigere. Et primum quidem eo modo, ut si quis, rupto voto, matrimonium iniisset, peccaret quidem, sed matrimonium validum ratumque esset.

Declarant hoc veterum patrum sententiae: Cypriani in primis, in epistola ad Pomponium, et Hieronimi ad Demetriadem; ubi ita de monialibus loquuntur; ut si se continere non possent, quod professae erant, eas potius ad nubendum hortentur, quod jam ne peccatum quidem fuisset, accedente legitima episcopi dispensatione. Idque idem ab Epiphanio, *haeresi 61<sup>a</sup> contra apostolic.*, consuli videmus. Augustinus vero, lib. *de Bono viduitatis*, cap. 9 et 10, quosdam etiam aperte confutat quod harum conjugium, conjugium esse negabant.

At veterum patrum testimonia non sunt a nobis requirenda, cum vivis



Folio 87.

atque presentibus uti possimus. Monasterium Dononiense, olim Benedictinarum virginum, non longe a Vallenchenis, vulgari nostro *Denain*, nobis exemplo est. Nam, in prima sui institutione, etsi more caeterorum istius antiqui temporis, emisserint votum simplex observandae Benedictinae religionis, tamen, successu temporis, eo oblivionis virgines istius monasterii lapsae sunt, ut votum aliud, ab omni memoria, non fecerint, quam observandae consuetudinis loci, sine dubio, praecautiois gratia; ne videlicet earum vota simplicia servandae regulae monasticae, transirent (ut alibi) in solemnia, perderentque jus maritandi. Quo contigit ut illas paulatim declinantes in obligationes adduxerit dominus cum operantibus iniquitatem. Nostris enim temporibus et non ita multis retro annis, una existius loci virginibus oblita pudoris, nupsit. et post examinata istius monasterii vota, et ratificatum per iudices ecclesiasticos matrimonium, reliquae omnes, circa annum 1633, prorsus saecularisatae, in canonissas transierunt. Quantum vero ad voti formam attinet, inter dictas Dononienses et priscos religiosos discrepantia nulla erat. Sed, modernis temporibus, hoc intererat discrimen: quod Dononienses nec haberi, nec dici religiosa poterant, ex quo ea (ut theologi nostri loquuntur), voti solemnitas irrepsit in religiosorum ordines, qua eis ad matrimonium obstrusus fuit aditus. Contra vero, moniales seu religiosi primorum saeculorum, etsi ad connubia transire poterant, maxime accedente episcopi loci dispensatione, vere tamen et proprie loquendo, religiosi erant. Nam ecclesia pro talibus semper illos amplexa est, nec aliud ad eum statum perficiendum ab illis unquam requisivit. Quapropter si quaerat quis eademve fuerit, saeculis illis, religiosae vitae forma quae nunc est, nihil plane ambigi debet qui simillima fuerit, atque omnino eadem; idque negare vel haereticum sit vel propemodum, ut Hieronimus Platus ait, loco supra citato. Nam pisco illo tempore, non solum paupertatem et continentiam, atque erga praepositos suos obedientiam observabant; sed etiam, temporis progressu (ut ante diximus), omnes, aut fere omnes votis sese obstringebant, ita ut ab illo statu deficere illicitum, probrosum, ac citra episcopi dispensationem, plane nefarium esset. Illud tantum intererat, si quid intererat, quod necdum tanta inerat monasticis hisce votis auctoritas atque haec voti solemnitas quae connubia irrita facit, etiam opere consummata.

Folio 88.

Quando autem, aut quo pontifice, illa voti solemnitas sit in ecclesiam introducta, et generaliter recepta, paucis nobis disquirendum est.

Innocens pontifex primus, qui ecclesiam gubernare coepit anno 402, et concilia quaedam, regularium connubia dirimi iubent; sed poenae cujusdam loco constituunt (quod sine dubio facere poterant), ut thorus separaretur, non quia ipsum connubii vinculum non valuisset; atque hanc ipsam poenam constat, illo tempore, non ab ecclesia generaliter fuisse receptam, teste eodem Plato, loco quo supra. Quo etiam ibidem referente, Leo primus, pontifex, qui, post Innocentium fuit annis circiter viginti, etiamsi peractum id esse doceat, non tamen de nuptiis rescindendis mentionem ullam facit. Et Gelasius qui, anno 492, eandem sedem tenuit, has quidem moniales ad propositum unde exciderant adhortatur; non tamen compellit, nec matrimonium ipsum infirmat. Quin et Gregorius ipse, quo nullus ante pontifex Severior in hoc genere fuerat, cum, crebris decretis et exemplis, eos qui conjugium contrahissent sejungi et in monasterium retrudi jubeat, nihil tamen dicit quo conjugium non valuisse intelligatur. Imo vero quod valuisse existimaverit, ex eo etiam intelligitur quod homilia 38, in *Evang.*, narrat de Gordiana, amita, quae, se postquam, una cum duabus sororibus, Deo dicasset, mortuis illis, oblita ut, ipse ait, dominici timoris, oblita pudoris ac reverentiae, oblita consecrationis, maritum acceperat et cum eo deinceps vixerat. Folio 89.

Plures quidem episcopi religiosi, in suis dioecesibus, nuptias interdixere, ut videre est, apud eundem Basilium, in regulis fusioribus, cap. 14, et lib. *de Virginitate*, ac exempla ad Amphilochium. Sed istorum episcoporum, in suis dioecesibus, prohibitiva matrimonium contrahi tantum fuisse possunt; non autem matrimonii vinculum solventia seu irritantia. Sed omnium primus qui religiosorum matrimonia solvit, fuisse videtur Innocentius secundus, pontifex maximus, qui, anno 1139, in Romana synodo generali, constituit ut religiosi omnino matrimonium omne interdiceret; idque ita ut, si contraherent, nullam vim haberet: Quod quidem tunc primum generali ecclesiae consensu decretum, in generalem usum receptum fuit; et forsitan suadente ac hortante divo Bernardo qui, tempore dicti Innocentii, maxime floruit, quique, ut erat vitae monasticae pariter ac castimoniae amans, ad hoc moveri potuit, exemplo monachi cujusdam Pultariensis monasterii, qui, uxore consentiente, monachatum amplexus, ea mortua, ad secundas nuptias publice ac solemniter, juxta morem caeterorum hominum, inconsulto episcopo, transierat. De quo, idem Bernardus epistola 76 ad Artandum, dicti Pul- Folio 90.

tariensis monasterii abbatem. Sed haec hac de re sufficiant ut manifestum sit religiosa vota eam quidem vim habuisse semper ut matrimonium illicitum efficerent; illam autem vim, ut etiam nullum ac irritum redderent, temporis progressu et quasi gradatim introductam, ac sub praedicto Innocentii secundi decreto, et usu generali fuisse receptam.

Quare, ut ad patrem Simonis ejusque argumentum redeamus, non sequitur quod Nivellenses virgines vota nunquam emiserint, et religiosae proinde non fuerint, ut pater Simonis probare nititur eo argumento, quod Walcandus episcopus illas ad emittenda vota, juxta regulam sancti Benedicti, cogere voluerit. Sed parum refert hoc agitare: nam sive vota emiserint, sive non emiserint, religiosae tamen erant, juxta id temporis et ecclesiae consuetudinem; ut ante ostendimus. Vota tamen illas initio habuisse verisimile valde est. Cum enim de sancta Gertrude non dubitetur quin vota habuerit credendum utique est alumnas ab abbatisa sua non discrepasse. Sed quemadmodum natura nostra ad malum pravumque prona est, ita facile admiserim quod sancta Gertrude, anno 664 mortua, ad Walcandum, qui episcopisare coepit anno 809. (hoc est annis centum et quadraginta quatuor post sanctae Gertrudis mortem), virgines illae, primario religionis fervore sopito; sensim inceperint deficere, et vota forsitan etiam omittere, aut nisi vovere, juxta loci sui consuetudinem; ut de Bononiensibus ante diximus; atque ita Walcandus, illas inveniens ab antiquo monasticae vitae vigore emancipatas, ad normam pristinam, et votis paupertatis, castitatis et obedientiae conformem, et ad iustarum Benedictinae regulae, a qua paulatim defecerant, reducere voluisse. Sed quia magnae molis est feminarum condere gentem, advertens illas rebelles et obstinatas; atque ita relaxatas, quod vix ad praecipuas regulae austeritates cogi possent, consultum judicavit illis nova statuta condere, quae nec pristinum religionis rigorem tenerent, nec ab eo prorsus recederent; atque eo sensu, Annales Hannoniae, ex quibus praedicta assertio desumpta videtur, intelligendi sunt.

Paulo ante patrem Simonis, prodierat nobilis dominus Guillelmus de *Rebreviettes* qui, in vita sanctae Gertrudis Nivellensis, quam aetate nostra edidit Parisiis, parte 3, cap. 25, dicit (de Nivellensibus loquens), illas fuisse religiosas saeculares, ac eo nomine olim appellari voluisse. Sed verba implicat; et proinde familiae virginum quae religiosae non essent, nec esse, nec dici religiosae saeculares potuerunt, nisi eo modo quo homines, pie et de-

Folio 91.

Folio 92.

vote in saeculo viventes, religiosos seu religiose vivere dicimus; aut nisi per religiosas saeculares intelligi voluerunt sibi ad saeculum per connubia patuisse regressum, ad eorum differentiam qui decreto antedicti Innocentii secundi gaudio illo privilegio maritandi se privarunt. Sed quocumque sensu illa verba intelligantur, nihil obest quo minus religiosae verae fuerint, ut ante sufficienter docuimus. Et certe, cum idem auctor sanctam Gertrudem fateatur religiosam fuisse, ejus alumnas religiosas non fuisse sine injuria nemo dicet: nam juxta tritum proverbium: Patrem sequitur sua proles; et sanctus Amandus, sanctae Gertrudis director, non approbasset subditas virgines suae abbatissae non esse voto et vita conformes. Deus enim inhabitare facit unius moris in domo.

Hisce rationibus addam cum Gregorio Colvenerio, doctore Duacensi, et ejus verba referam, qui, in notis suis ad librum secundum Chronici Cameracensis, de Jacobo Guisio, sic ait: « Neque auctori nostro, inquit, adversatur » Jacobus Guisius in Annalibus Hannoniae; lib. II, cap. 3, quia ibidem fatetur jam antea fuisse in Castriloco monasterium, in quo erant nonnae, id est sanctimonialia. »

Sanctimonialia, inquam ego, militantes sub regula sancti Benedicti, sicut saepius antea hinc inde dixi, nec retracto: nam virgines sanctae Waldetrudis, istius ordinis, religiosas fuisse vel satis indicat probatque, quod in prima institutione monasterii sui Castrilocensis, cum historiographis omnibus, ipsaemet fateantur abbatissam sibi praefuisse, sub qua principem locum tenebat praeposita, temporalibus, et decana, spiritualibus administrandis. Haec enim omnia ita regulae sancti Benedicti conformia sunt, ut appositius quid dici non possit. Praeposita namque est illa quam hodie priorissam vocamus, ut supra docui, cum de canonicis sancti Germani dicerem. Decana vero, est illa quae, post priorissam, primum tenet locum, quam suppriorissam, modernis temporibus, appellamus. De praeposito seu praeposita sanctissimus pater Benedictus integrum habet caput, in regula ordine sexagesimum quintum. Sed et decani seu decanae nomen in eadem regula, notissimum. Nam etiam de decanis monasterii particulare caput ibidem quoque habetur: in quo divus pater sic suos instruit: « Si major, inquit, fuerit congregatio, constituantur decani qui sollicitudinem gerant super decanias suas. » Et iterum: « Tales eligantur in quibus securus abbas partiatur onera sua. » Et illorum saepius alibi meminit.

Folio 93.

Cum ergo in directione familiae suae et suarum officialium appellatione regulam secutae sint olim Benedictinam, Benedictinae quoque observatione fuisse dicendae sunt.

Verum huic assertioni nostrae posset opponi bulla quaedam pontificia, quam Lucius tertius, pontifex maximus, ad illas dedit, quamque hodie adhuc asservant. In illa enim nuncupantur religiosae, ordinis sancti Augustini, quo everti, prima fronte, videtur opinio nostra, qua Benedictinas fuisse dicimus. Nullum enim eo testimonio majus pro parte opponente desiderari posset. Cum enim ibidem dicantur religiosae, quin religiosae fuerint dubitari non debet; et cum ibidem perhibeantur ord. S<sup>ti</sup> Augustini, a Benedictinis secluduntur.

Folio 94.

Attamen testimonium illud, primo intuitu, magnum est quidem, sed unum contra multa quae attulimus, non infimae etiam considerationis: quo fit quod sperem, fore ut bulla illa parum aut nihil omnino nobis adversetur, si tempus quo prodijt consideretur. Sed ut hoc aperte possit ostendi, examinandum nobis primum est quandonam, aut quo pontifice, virgines illae aliaeque hujusmodi in Belgio nostro, religiosae esse desierint. Sed hoc opus, hic labor est. Id disquiri potest, certe et indubitanter asseverari non potest. Dicam tamen quod ea de re probabilius mihi visum est, et quod verum existimo.

*Quando Waldetrudanae virgines desierunt esse religiosae.*

Diu quidem mihi persuaseram quod, sicut de monachis sancti Petri diximus, ita quod praedictae virgines quoque, Normannorum tyrannide afflictas nimis, et diuturno exulatu, inedia forsitan, et sexcentis aliis incommodis periculisque vexatae, religionis jugum excussissent, maxime quod, iis casibus, sine notabili sui infamia, aut obloquio hominum id facere poterant, accedente praesertim episcopi dispensatione; verum illarum virtus et fortitudo in adversis hujusmodi major fuit, utpote quae barbarorum istorum rabiem, magna animi constantia, superarunt: nam amplius quam duobus saeculis post Normannorum cladem, diplomata Balduini nostri et Burchardi episcopi superius allegata, religiosas fuisse testantur. Et Burchardi quidem diploma, ad annum 1123, quo virgines sanctae Waldetrudis moniales vocat, monachatum tunc necdum deseruisse satis indicat. Sed paucis post annis eas defecisse, mihi certum vi-

detur; nec diutius in statu monastico, quam ad annum 1139, quo Innocentius secundus, pontifex maximus, in Romana synodo constituit, ut supra diximus, ut religiosi matrimonium non contraherent, et, si contraherent, nullam vim haberet. Quo contigit ut praedictae virgines, per publicationem illius decreti, advertentes de caetero ad matrimonia religiosi utriusque sexus viam praeccludi, censuerunt habitum statumque mutare ne nubendi jus perderent. Atque ab eo decreto est, quod hic et alibi (maxime in Alemmania), canonissae virgines esse coeperunt in ecclesia Dei; dum plerique conventus inde occasionem sumpsere statum mutandi. Aliqui quidem, habitu mutato, ut hodie esse conspicimus praedictas virgines canonissas; alii etiam, habitu retento, qualiter ad nostra usque tempora extiterunt virgines Bononienses, quae, ut ante diximus, vovere consueverant secundum regulam sancti Benedicti, ceperunt postmodum vovere, secundum statuta seu consuetudinem sui monasterii. Qua in re, non solum infirmitas feminei sexus, sive fragilitatis dedit indicium, sed etiam virorum familiae antiquam suam libertatem manutenendam esse censuerunt. Et certe non aberravero, si (ut de caeteris taceam) abbatiam sancti Vincentii Sonegiis, inter illas quae sic defecerunt, annumeravero. Nam licet plerique putent eam a Brunone, Ottonis primi fratre, saecularisatam, tamen verius dicendum puto quod ab ipso Brunone qui, circa annum 957, ad restaurandas ecclesias venit, fuerit reformata, nec a monachatu defecisse ante praedictum Innocentii secundum decretum. Id probari posse videtur per hoc quod Sonegienses Camberonensi paupertati, in suis primordiis compatientes, eleemosynam sint elargiti centum bonariorum terrae arabilis, sub onere quinti manipuli, ut in eorum archivis continetur his verbis: « Fratres de Sonegiis dederunt fratribus de Camberone centum bonaria terrae ad quintam garbam, sic tamen quod debebunt marlare » de suo marlario. » Ista verba illos adhuc tunc temporis probant fuisse religiosos. Nam etsi facile concedamus istis saeculis canonicos fratres vocari potuisse, negamus tamen canonicorum collegia similes unquam eleemosynas fecisse monachis; et non nisi de proventu annuo suo succurrisse miseris, non autem stabili et permanenti doti suae detraxisse. At Camberonam a divo Bernardo fundatam nemo dubitat; dubitatque nemo divum Bernardum et Innocentium secundum eodem tempore floruisse; maxime circa annum 1139, annis scilicet 178, aut circiter, post Brunonem, et proinde fratres de Sonegiis omnino putandi sunt donationem praedictam, vivo Bernardo, fecisse,

Folio 95.

Folio 96.

ante promulgationem synodi Innocentii secundi, dum adhuc religiosi essent, et non nisi dicta synodo publicata, de mutandis statu et amictu cogitasse. Cum enim saeculis illis perpauca essent in coenebiis, sacris initiati maritandi privilegio (quo accedente episcopi dispensatione gaudebant), privari noluerunt. Sed his omissis, ad Waldetrudem et ejus alumnas revertamur.

Cum itaque et ipsae nostrae Montenses virgines, diviso in praebendas monasterii sui patrimonio, canonissae tunc esse et vocari voluerint, fuissent que, a dicto Innocentii decreto ad Lucium tertium, jam annis quadraginta duobus protalibus ab omnibus habitae, non potest non esse verum quod, sub nomine et titulo canonissarum ecclesiae sanctae Waldetrudis, libellum suum ad Lucium pontificem formaverint, qui dubio procul, eo nomine percepto, putavit illas esse canonissas regulares, et consequenter ordinis sancti Augustini cujus communiter sunt canonici quos regulares nuncupamus: quod sane, in formando diplomate suo, erroris causam praebuit, vocando illas regulares dicti ordinis, cujus nunquam fuerant. Quod cum ita sit, hoc Lucii diplomate nihil inferri potest in praejudicium sententiae qua hucusque sustinuimus ac probavimus saepe dictas virgines sanctae Waldetrudis primitus religiosas ordinis sancti Benedicti. Addi posset quod, in bullis pontificum, quandoque errores interveniant, non tantum ex ignorantia seu inadvertentia, sed plerumque amore novae pecuniae, Romae, a scriptoribus, committuntur: quod re ipsa, recenti et vivo pene exemplo probari potest. Nam Henricus de *Busegnies*, cum uti hic, ita in abbacia sancti Adriani oppidi Gerardimontensis, immediatus meus praedecessor esset, et ibi existens anno 1612, mitram sibi et successoribus Romae impetrasset, reperit in bulla concessionis scriptum *ordinis Cisterciensis loco ordinis sancti Benedicti*. Super quo errore consultus Matthias Hovius, archiepiscopus Mechliniensis, respondit errorem non esse substantialem, et hujusmodi errores sibi etiam saepius contigisse; et romanistas sponte et scienter illos committere; quatenus sollicitantes minus quandoque versati in praxi illorum, Romam recurrant pro nova bulla quam *perinde valere* vocant, sicque iteratam pecuniam accipiant. Attamen, in presenti casu, hoc intervenisse non opinamur. Sed nec ideo et non alia causa hic id referimus, quam ut ostendamus quanti momenti sit res et testimonia cum suis circumstantiis examinare ac discutere, priusquam certa consequentia ex eis statuatur. Quantum autem ad quaestionem, quam huc usque deduximus,

Folio 97.

Folio 98.

religiosane fuerit sancta Waldetrudis cum suis alumnis, ita respondisse et probasse videmur fuisse religiosam, et quidem ordinis sancti Benedicti, ut aliquid superaddere velle superfluum sit.

De canonicis vero sanctae Waldetrudis, quos canonissae nostrae Montenses a sancta Waldetrude asserunt institutos, nonnulla quoque dicenda forent et unde initium traxerint disquirendum. Sed haec parum moror. Neque enim intentionis meae fuit de illis quidquam loqui, nec formalem de omnibus quae illae sustinent disquisitionem suscipere. Uno tamen hoc verbulo dicam illos a me non videri a sancta Waldetrude institutos: nam cum praefatae canonissae dicant quod fuerint instituti in secunda ecclesia, quam volunt sanctam Waldetrudem aedificasse, sequitur illos a sancta Waldetrude non fuisse institutos, utpote quae secundam ecclesiam nunquam aedificaverit, ut sufficienter, opinor, supra probavi. Quapropter Sigebertum regem existimo potius illorum auctorem fuisse, quam Waldetrudem. Sicut enim antea illum monstravi, Waldetrude jam mortua, ecclesiam illam quam secundam dicimus aedificasse, et de suis dotalibus bonis proventum annuum dedisse qui ad triginta virgines, in ea, per annos singulos, alendas sufficeret; ita probabilis videtur ab eodem canonicos illos institutos fuisse qui adauctae dotis dictae ecclesiae, et monasterii sanctae Waldetrudis curam gererent, quamquam, his temporibus, juri tuendo capituli sanctae Waldetrudis aut ecclesiae non plus implicentur, quam quod, annis singulis, sistere se debeant computibus audiendis, sub mulcta unius floreni. Caetera aliis curiosius examinandum relinquo. Folio 99.

*Quis olim fuerit virginum sanctae Waldetrudis verus et legitimus pastor. Et cur abbas sancti Dionysii, in illarum ecclesia, solemnia sacra faciat?*

Hujus quaestionis solutio multum pendet ex iis quae ipsaemet canonissae astruunt, videlicet monachos capellae apostolorum Petri et Pauli ad monasterium sancti Dionysii fuisse translatos. Nam etsi qui capellam illam inhabitabant, proprie loquendo, translati non fuerint ad monasterium sancti Dionysii: dominium tamen in illos et illorum dotem seu patrimonium eo translatum fuit, saltem quantum pendebat ex intentione donantis, ut ex supra scripto Balduini nostri diplomate liquido constat, quoque constituitur



*ut obeuntibus aliis (cononicis scilicet), in usus monachorum sancto Dionysio servientium praebendae eorum cedant.*

Idipsum aliis pluribus instrumentis donationis Balduini confirmativis astrui potest, et in primis charta seu instrumentum Burchardi episcopi Cameracensis, *super possessione ecclesiae beati Petri in Montibus*, ut est titulus, *ecclesiae beati Dionysii adjudicata*, per se sufficit. Allo enim, in Dionysianam benevolus pontifex excommunicat omnes praedictae donationi reclamantes, quousque resipiscant.

Folio 100.

Hoc pro fundamento solvendae quaestionis posito, dicam quod cum canonissae asserant, ut saepius repetivi, sacerdotes seu monachos praedictae capellae fundatos fuisse a sancta Waldetrude, ad munia altaris subeunda, consequenter videtur dubitari non debere quin illius loci praepositum (seu quocumque alio nomine nuncupatum), verum et legitimum suum et suarum virginum habuerit agnoveritque pastorem. Ecquem enim alium? Nec civitas Montensis erat; locus arbustis et vepribus consitus erat; ferarum habitatio erat, non hominum.

Si quis forsan supradictos canonicos, quos canonissae volunt a sancta Waldetrude institutos, curam habuisse animarum contendere velit, jam ante responsum est et iterum respondetur: quod cum ii dicantur instituti in secunda ecclesia, quam dicunt canonissae sanctam Waldetrudem aedificasse, constat quod, ante istius ecclesiae constructionem, non erant; et per consequens non possunt curam animarum habuisse, priusquam essent. Sed cum secundam ecclesiam nunquam construxerit Waldetrudis, ut saepius docui, illa non potest eos habuisse pastores. Sed esto quod ab ea instituti fuissent (quod plane negamus), curam tamen animarum exercuisse dici non possunt, cum simpliciter ad jura tuenda instituti dicantur. Contra vero cum monachi SS. Petri et Pauli perhibeantur instituti ad quotidiana altaris subeunda munia (quae sane pastoralia sunt), nemo negabit illorum superiorem, verum et legitimum istarum sacrarum virginum fuisse pastorem, et inferiores domesticos, velut illius capellanos, quotidiana altaris exercuisse officia. Istinc infertur abbatem sancti Dionysii legitimum et primitivum canonissarum fuisse, et jure adhuc esse pastorem, utpote qui, non modo in praebendas sacerdotum sancti Petri, iis morte extinctis, successit, sed etiam in dignitatem pastorem et omnia jura, prerogativa istius collegii introisse credendus est. Et forte non aberravero, si moniales et canonicos sanctae Waldetrudis inde dixero olim causam

Folio 101.

sumpsisse litigii, quod viderent abbatem sancti Dionysii sese sensim intro-  
mittere in praebendas et reliqua jura ecclesiae sancti Petri. Videntes enim  
patrimonium sui pastoris et olim sacellanorum suorum, una cum omnibus  
juribus, praeceminentiis et praerogativis transferri ad alienos, succensere et  
obmurmurare coeperunt. Nam, anno 1123, abbati Broqueroyano litem mo-  
verunt coram saepedicto Burchardo episcopo, synodum Montibus tunc cele-  
brante (ut supra notavimus, cum de Balduino abbate tertio diceremus),  
qui, debite auditis partibus, et re bene examinata, a se et synodi patribus  
judicavit praedictum abbatem legitime canonicos sancti Petri et eorum prae-  
bendas possedisse, et deinceps possessurum. Quis ergo negabit abbatem etiam  
in dignitatem pastorem, adhuc iis viventibus, introisse, quandoquidem  
illa dignitas familiae sibi adjudicatae erat annexa? Certe, quemadmodum  
senes ordinarie res memoratu dignas narrant filiis, et filii filiis suis, et filii  
eorum generationi alteri; ita audivi ego a senibus plerisque oppidi Montensis  
se a parentum habere traditione: consuetum olim fuisse quod virgines sanctae  
Waldetrudis, semel saltem annis singulis, abbati Broequeroyano confite-  
rentur. Huic opinioni adblanditur villa huic monasterio proxima, quam  
seniores nostri ex avita traditione affirmant a domicellis sanctae Waldetrudis  
nomen accepisse *curtim domicellarum*, vulgari nostro, *la Cour des Dames*,  
quod videlicet, semel in anno, confessionis gratia, illuc convenirent: idque  
fortassis quod tunc, uti et nunc, mulieribus ad monasterium non pateret  
ingressus, ne quidem ad ecclesiam, ut, in pluribus monasteriis benedictinis,  
olim in more et praxi fuit, utque etiam nunc, in universo ordine Carthusia-  
norum, stricte videmus observari.

Folio 102.

Quomodo mulieribus ad  
ecclesiam non patuit  
ingressus, cum una  
tamen fuerit populi et  
religiosorum ecclesia  
solis cancellis distinc-  
ta?

Nec cuiquam mirum videri debet quod moniales, seu post modum cano-  
nissae sanctae Waldetrudis, annis singulis, ad abbatem, confessionis gratia,  
venirent, cum satis constet inter historicos provinciae Hannoniae sanctam  
Waldetrudem idem, dum viveret, practicasse et, confessionis consiliique  
causa, sanctum Ghislenum adiiisse, non semel, sed per totam vitam, quoties  
ejus spiritualibus colloquiis et Dei verbi pabulo cupiebat saturari: quod illis  
frequens erat.

Quod etsi facile putem esse verum, tum ob avitam illam traditionem de  
patre in filium, et simul praedicti loci appellationem, tum etiam quod aetas  
illa, nescia mali, multa admittebat quae nunc censuram paterentur; tamen,  
quia authenticum et indubitatum non est, nolim in ea re probanda istius-

Folio 103.

modi fulero niti, nec temporibus his praxim illam probarem. Promptius enim multo fuisset et decentius abbatem exolvendi officii causa ad eas omnes, statis certisque temporibus, proficisci, quam, explendi praecepti annuae confessionis gratia, ad eum tam procul venire, et extra proprios limites progredi; maxime cum parum doceat moniales, seu post modum canonissas, etiam confessionis praetextu, tam procul cursitare. Quod autem sancta Waldetrudis simile quid practicaverit, id ab inde in exemplum trahi non debuit, multa enim sanctis licuerunt quae nobis merito prohibentur.

Folio 104.

Quod vero annuam confessionem canonissarum abbas, modernis temporibus, non excipit, minime concludit nunquam excepsisse. Imo contra, ut earum virginum verus et legitimus pastor; jus annuae confessionis audiendae, sine dubio diu retinuisse et exercuisse putandus est. Sed pro majore bono, et spirituali profectu animarum, cum coeperint boni sacerdotes Montibus multiplicari, maxime anno 1238, per adventum fratrum minorum, ordinis sancti Francisci, abbas, non tam quaerens quae sua erant, quam quae Jesu-Christi, facile dissimulavit, aut etiam permisit ut iis uterentur et cuicumque vellent legitime approbato, etiam in Paschate confiterentur, nihil sibi aliud retinens, in signum pastoralis officii ac dignitatis, quam jus faciendi sacra solemnia, tam per se, quam per suos religiosos, in majore altari ecclesiae sanctae Waldetrudis. Quo profectum est, et usque nunc continuatum, quod soli abbati Brocqueroyano competat, ad exclusionem quorumcumque, jus canendi missas exequiarum canonissarum aliorumque nobilium. Proinde hic notatum velim quod, cum olim solus abbas, cum suis, et canonici sancti Germani sacra facere possent in majore altari, in consuetudinem venit quod exequiarum missae pro canonissis et nobilibus cantarentur in navi ecclesiae, non autem in choro, eo quod alias abbas vocandus fuisset. Qui quidem modus agendi perseveravit usque ad annum 1471, quo quidam magister noster Nicolaus *Desmarets*, doctor sorbonicus, et prior scholarium Montensium, canonissis consuetudinem illam abbatem invitandi, uti indecentem exprobaverit, suaseritque illas ecclesiae suae esse dominas, nec abbatem sancti Dionysii impedire posse quominus suo jure ac libertate uterentur, invitando quemcumque vellent ad facienda sacra in ecclesia sua. Quod quidem, quia plausible erat, persuasum difficile non fuit, ut videbitur statim ex iis quae homo ille, quasi turbando jura aliena rem praeclaram et sorbonico doctore dignam fecisset, scripto reliquit ad posteros. Ea hic lubens refero : *Le xiii<sup>e</sup> jour du*

mois de janvier, mil iij lxxj, je chantay (inquit ille) la première fois messe solemnelle au grand autel de l'église Madame sainte Wauldrud, pour l'obsèque qui fut fait pour l'âme de très-noble et très-illustre princesse madame la ducesse de Bourgogne, vefve et douagière de monsieur le duc Philippe, et mère de monseigneur le duc Charles, lors regnant; et paiay les vins aux vicaires, pour la première fois. Le viij<sup>e</sup> jour de febvrier ensuivant, ceste mesme année, je chantay encor la messe au grand autel de sainte Wauldrud, et fis l'obsèque de mademoiselle de Borse, chanoinesse de ladicté église. Et fut la première fois que mesdamoiselles commencèrent faire les obsèques, et mettre les représentations des corps de leurs compagnes chanoinesses en leur chœur, chantant et célébrant sa grande messe au grand autel: car, auparavant jusques à ce jour, elles avoyent de tout temps accoustumé faire tous les obsèques, vigiles et messes, au milieu de la nefve de leur église, comme encor se fait ainsi, pour les autres gens. Mais, à ma persuasion raisonnable, commencèrent, ce jour, faire et chanter singulièrement et spécialement en leur chœur, pour leurs compagnes chanoinesses, à la différence des autres. Semblablement aussi, pour les obsèques, services et représentations des nobles personnes et grands seigneurs trespassez, se font en leur chœur présentement, comme chose honeste et raisonnable, à la différence des autres bourgeois et personnes communes: ce que devant point ne se faisoit; ains se faisoient en la nefve de l'église, comme dit est. Et si ne permettoient mes damoiselles chanter quelque messe au grand autel de leur église, par autres que par les chanoines de saint Germain, par l'abbé et religieux de saint Denys en Brocqueroye, ou par un docteur en théologie, disant, pour toute raison, que c'estoit leur usance, et l'avoyent ainsi coustumé faire de tout temps: laquelle chose fut ainsi modérée par mon exhortation. Car, comme je leur dis, et déclaray, trop plus grand honneur et révérence estoit à elles et à leur église, permettre ou faire chanter messes solemnelles, pour elles, ou pour autres seigneurs trespassez, ou, en quelque grande et notable procession, par prélats, que autres simples religieux de saint Denys, ou autres simples prestres chanoines de saint Germain; et c'estoit une coustume, laquelle n'estoit fondée en nuls titres ny causes raisonnables, si il n'y en avoit autres que point ne m'eussent dict; et c'estoit contre la mode, coustume honeste, et bons usages de tous autres colleges; et pouvoit sembler qu'elles estoyent subjectes ausdicts chanoines de saint Germain et religieux de saint Denys; dont elles n'avoyent ny fran-

Folio 105.

Folio 106.

*chise, ny liberté en leur église qui leur devoit céder en grande vergongne, si ainsi en estoit : pourquoy méritoirement elles devoient cela changer et muer, en démontrant que, sans nulles servitudes, elles estoient seules dames et maistresses en leur église : si pouvoient cela et autres choses simplement faites, accoustumées, ou entendues, par bon conseil, par bonne prudence et discrétion, changer et muer en mieux; et pouvoient les faire dire et chanter par tous ceux qui bon leur sembleroit, et raison le voudroit. Et où elles avoyent de coustume, qu'un docteur en théologie le pouvoit bien chanter, je leur respondy que ce n'estoit que bien faict, et chose honeste pour elles, bien aussi décente et raisonnable. Mais elles devoient bien permettre, ou mieux par un abbé bénit, ou mesme par autres prélats; lesquels représentoyent saint Pierre par dignité et autorité, comme par les docteurs en théologie, lesquels représentent saint Paul par doctrine et science; et, de faict, se devoient les deux joindre ensemble. Lesquelles choses bien entendues, elles crurent conseil. Parquoy lesdicts services, obsèques et messes se sont tousjors depuis faits et chantez au grand autel, par abbez et prélats, comme par docteurs en théologie, quand ils ont esté requis de le faire. Plusieurs autres services ay-je faict en ladicté église de sainte Wauldrud, et pour les chanoinesses, et pour plusieurs autres nobles gens, hommes et femmes. Et haec quidem reformator ille, quae hic inserta volui. Concordant autem de verbo ad verbum, teste signatura reverendi domini Martini Colini; abbatis eorumdem scholarium Montensium, qui mihi ea ministravit, 25 die mensis Aprilis, anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo.*

Folio 107.

Deus bone! quid non molitur honoris et auri sacra fames? fames, inquam, videri et vocari ab hominibus rabbi. Ille magister nunc, exturbato abbate sancti Dionysii, se, uti proximiorum ecclesiae sanctae Waldetrudis, putavit vocandum, quoties in ea ecclesia sacra solemnia facienda essent, ut se saepius fecisse gloriatur, et fecisse credo. Sed fecit, cum qui reclamaret non esset. Nam, eo tempore quo sic mutavit quadrata rotundis, monasterium Broqueroyanum in commendam habebat magister Ferricus de Cluniaco, notarius apostolicus, et consiliarius ducis Burgundiae, cui, triennio post, successit Philibertus Cardinalis: adeo quod illi difficile non fuit jura abbatialia; si non (ut volunt) prorsus extinguere, saltem obscurare, dubiaque reddere: cum, quia commendatarii (ut plurimum), non tam juribus tuendis, quam fructibus colligendis intenti sunt; tum etiam, quia unus et alter prae-

dictorum in remotis nimis agebant, quam ut advertere possent injuriam Folio 108.  
 quam inuasor ille juris alieni, monasterio inferebat, quam si scissent, sine  
 dubio, iste principis, hic Romani pontificis (cui proximus erat) auctoritatem  
 compressissent, ut tandem alter eorum, aut certe (quod magis credo), Hen-  
 ricus de *Berghes*, eorum immediatus successor, utique commendatarius;  
 compressit. Cum enim esset juris utriusque doctor, fulseritque dignitate epis-  
 copali in ecclesia Cameracensi, abbas existens, et agens in partibus, sine con-  
 troversia, credendus est monasterium suum ab jam dicta injuria defendisse,  
 resque si non omnino in statum pristinum, saltem in eum modum quem  
 hodie cernimus, restituisse. Sic videlicet quod principales exequiae et so-  
 lemnitates extraordinariae celebrentur quidem in choro; sed per abbatem  
 sancti Dionysii, ad exclusionem quorumcumque, et adempta virginibus  
 sanctae Waldetrudis quemlibet invitandi libertate, qua praedictus magister  
 noster eas gaudere voluerat.

Henricus itaque, quem jam dictae injuriae vindicem existimo et veneror,  
 oculatior multo fuit magistro nostro; utpote qui optime advertit consuetu-  
 dinem illam convocandi abbatem sancti Dionysii, ad facienda sacra solemn-  
 ia in ecclesia sanctae Waldetrudis, plurium saeculorum duratione firmatam,  
 non fuisse nisi legitimo jure introductam, et praefatum abbatem ad jura  
 et praerogativas ecclesiae sancti Petri successorem primitivum esse, aut  
 fuisse virginum sanctae Waldetrudis pastorem. Qui licet non amplius sacra-  
 menta ministret, et quotidiana officia obeant canonici sancti Germani, tamen Folio 109.  
 quod est juris praerogativi, ut est altare majus praedictae ecclesiae, nunquam  
 deserere nec debuit nec potuit, tum quia jura et dignitates sui monasterii  
 tenetur servare illibatas, tum etiam quia credendum est quod comes Baldui-  
 nus, in hanc novellam familiam suam benevolus, transferendo praebendas  
 sancti Petri ad Broqueroyam nostram, intenderit volueritque cum prae-  
 bendis dignitatem pastorem, quae illis annexa erat, perpetuo transferre;  
 Gerardo, episcopo Cameracensi, cooperante et confirmante, ut patet ex  
 charta seu diplomate dicti comitis super foundationem ecclesiae sancti Dionysii,  
 quod ecclesiam sancti Petri dat huic monasterio cum omnibus appenditiis  
 suis.

Advertisse proinde debuerat magister noster quod cum canonissae Mon-  
 tenses a jurisdictione episcopi sint semperque probabiliter fuerint exemptae,  
 non decere eas sine pastore esse, velut oves vagas et errantes. Et hoc unum,

quod nullum pastorem agnoscunt, satis indicat non fuisse sic ab initio, et sanctam Waldetrudem non erexisse familiam, familiam, inquam, feminei sexus, quae sui juris esset, sine pastore, sine duce et nullum habens communitorem, cum ipse Deus, et Dei filius subdi voluerit ipse, et homines super capita nostra constitui. Videat ergo magister noster num probrosum fuit olim canonissis abbati subfuisse, et non potius honorificum praelatum habuisse sibi praepositum, et animarum suarum pastorem. Sed hac de re sufficiat. Ex praedictis enim satis adverti potest quisnam virginum sanctae Waldetrudis verus et legitimus fuerit olim, modoque jure sit pastor. Nunc Balduino abbati, a quo diu digressi sumus, finem imponamus.

Folio 110.

Balduinus igitur abbas, de quo supra, cum ad minus rexisset ab anno 1119 inclusive (quo abbatem fuisse reperimus) usque ad annum 1138 quo adhuc in vivis fuisse, supra docuimus, tandem ultimo julii efflavit animam.

Quis autem ex duobus proximè sequentibus Balduino immediatus successor fuerit dubitari potest, ego tamen Simonem fuisse existimo, qui, quamdiu vixerit, aut quo anno e vita cesserit, ignoramus; nec aliud de illo a nobis sciri potest, quam quod, 29 decembris, viam sit ingressus universae carnis, teste necrologio vetere, seu libro mortuorum, qui illum eo die mortuum fidem facit, licet catalogus nomina quorundam abbatum complectens, qui in ejusdem calce visitur, illum ignoraverit.

Simon.

Carolus Simoni sufficitur. Illi jam dictus catalogus quartum locum tribuit, quinto vacuo. Sed sicut parum accurate concinnatus, nullum pene ordinem servat; ita, in hoc quoque, errasse existimo, et illi locum dedisse qui Simoni debebatur. De hoc Carolo, uti nec de Simone ejus praedecessore, nihil hactenus legimus. Sed non mirum est; paucis enim annis ambo rexerunt. Nam, cum Balduinus, ut supra dictum est, ad annum 1138 in vivis adhuc reperitur, et Arnulphus, Caroli successor, anno 1156, abbatiali munere legatur potitus, non potuerant ambo, nisi annos 18 confecisse; et forsitan multo pauciores, aut etiam paucissimos. Quis enim scit Balduinum non superasse annum praedictum 1138, etiam annis pluribus, et Arnulphum annum 1156, annis aliquot, non praevenisse. Sed quod nos, hac in re, latet, penes divos maneat in memoria aeterna. Caeterum hujus Caroli nostri ne quidem necrologium meminit: quod mirum est, cum hujusmodi libri mortuos praesertim propriae ecclesiae negligere non soleant. Id sane aut indicium est supinae et

Carolus.

Folio 111.

culpabilis negligentiae ejus cui id officii incumberebat, aut certe quod reverendus ille praelatus in tantum ingratus fuerit suis religiosis, quod illius memoriam perire voluerint cum sonitu: quod tamen absit a mente mea. Nam cum aliorum plurium abbatum nulla quoque, in dicto necrologio, extet memoria, mirum non est Carolum in eo fuisse neglectum. Sed quoquo casu id acciderit, inde est quod dies et annus mortis ejus ignoretur.

Arnulphus, alias Arnoldus, Carolo fit successor, et abbatiali fulgebat dignitate anno 1156. Tunc enim Nicolai, episcopi Cameracensis, dono accepit patronatum capellae (nunc parochiae) de *Foulen*, uti quoque ejusdem episcopi in hanc abbatiam benevolentia et liberalitate accessit monasterio patronatus loci seu pagi de *Hoves*, et utriusque Angiae. Sed certo non scimus an sub hoc Arnulpho, an vero sub uno e praedecessoribus ejus hoc contigerit, quia istius donationis instrumentum, seu instrumenti transcriptum annum neglexit. Sed cum constet ex supradictis, cum de Balduino abbate dicere inciperemus. Nicolaum episcopum vixisse anno 1138, et ex charta ejusdem pro manso Riberti de Lembeca, in vivis adhuc anno 1164 reperiatur, dictam istam donationem probabilius sub Arnulpho factam fuisse putamus, utpote qui diutius vixisse videtur, quam duo ejus praedecessores ambo simul.

Hic Arnulphus gravem sustinuit controversiam contra capitulum sancti Joannis Leodiensis civitatis. Idque causa donationis seu collationis ecclesiae Thenensis et juribus inde provenientibus. Quam quidem controversiam tandem, anno 1161, Henricus, episcopus Leodiensis, amicabiliter composuit in eum modum qui sequitur. « *Quod, videlicet, in omnibus pertinentiis, quod cumque modo acquisitionis provenirent ecclesiae de Thillemont, aequa potestas ecclesiae beati Joannis et ecclesiae de Broqueroy in perpetuum esset.* » Hunc Arnulphum, etsi, statim parta pace cum praedicto capitulo, mortuum non putamus, ignoramus tamen quando e vita cesserit. Nam sicut necrologium alios plures neglexit, ita nec hujus facit mentionem.

- Gervasius Arnulphum sequitur, de quo nihil reperitur usque ad annum 1173, quo terram quandam, in territorio de *Thieusies*, sylvae adjacentem, transfert ad fratres Bonae Spei, sub onere quarti manipuli, ut videre est, in fine manuscripti, in parvo caractere descriptum instrumentum. Inter vivos adhuc reperitur anno 1183, ut constat ex bulla Lucii tertii papae, super con-

Arnulphus.

Folio 112.

Gervasius.

Terra Bonae Spei in  
*Thieusies.*

MS. 80.



MS. 27.

firmatione ecclesiae sancti Dionysii. Huic Gervasio nostro Helgotus, abbas Laetiensis, donavit altare seu patronatum ecclesiae de *Obrechies*, sub recognitione annua unius marcae argenti, ad pondus trecense, persolvendae partim in Nativitate Domini, et partim in Pentecoste, ea cautione posita ut si defectus esset in solutione, quod Laetienses jus suum sine contradictione resumerent. Quo anno obierit, ignoratur; nec aliud de illo scitur, quam quod die novembris migravit ad superos.

Folio 113.

Gerardus.

Gerardus in demortui locum sufficitur; de quo etiam nihil habemus, quam quod 20 novembris necrologium, illum inter mortuos numeret.

Bartholomeus.

Bartholomeus Gerardo succedit, quem abbatiali dignitate potitum legimus, anno 1197; sed forsitan aliquot annis antea praefuerat.

Hic dicendum venit quod, cum pius fundator noster Balduinus, nolens huic familiae suae quidquam deesse, lignorum incisionem tantam dedit; in silvis de *Havret*, quanta opus esset ad omnes usus monasterii. Hoc declarant verba instrumenti Balduini comitis, Balduini nostri pronepotis, quae sequuntur. *Ad haec, inquit, etiam satis constat quod praedecessor meus saepedictus; ecclesiae sancti Dionysii fundator, incisionem lignorum in silva de Havret (quam tum temporis ad manus suas propriam habebat), ad omnes usus ipsius ecclesiae perpetuo, tam in structura aedificiorum, quam in fomentis ignium, videlicet: in coquina, in infirmaria, in thalamo abbatis, in furno, in camba, in domo hospitum; etc., in domo pauperum saepedictae ecclesiae concessit.* Postea vero, seu Balduinus noster, seu successorum aliquis praedictam silvam et totum territorum Havrense vendidit, seu in foedum dedit castellano Montensi: contigit quod Henricus quidam pro tempore jure haereditario, castellanus, litem Bartholomeo nostro moverit, aut ante motam continuaverit, negans praefatam incisionem monasterio deberi, aut saltem non deberi in ea quantitate, vel eo modo seu excessu quo consueverat monasterium uti.

Folio 114.

Verum praedictus Balduinus, Hannoniae comes, eundem affectum quem antecessores in hanc familiam gesserant secutus, habitas tandem et hinc inde ventilatas difficultates partis utriusque consensu composuit in eum modum qui sequitur: videlicet ut monasterium, ut melius, inquit textus, et tranquillius agere posset, juri incisionis praedictae prorsus renunciaret redderetque litteras authenticas quas desuper a fundatore acceperat; Henricus vero castellanus, istiusmodi renuntiationis intuitu, quartam partem dictae

sylvae seu nemoris ultra fluvium Haynam, versus sanctum Dionysium, tam in fundo, quam in complo, liberam et quietam ab omni extranea jurisdictione monasterio cederet. Quae quidem compositio, seu compositionis propositio utrique parti placuit, ut testatur instrumentum, ex quo superius allegata desumuntur, factum, anno 1197.

Tempore hujus Bartholomei, accessit monasterio pars sylvae in *Obourg*. Nam Willelmus miles, ut canit instrumentum: « Omnem partem quam in » nemoribus de *Obourg* habebat; in omni jure et dominatione, et proventu; » et profectu, omnibusque commodis, cum brueria supra sanctum Dionysium versus *Castel*, et cum terra infra nemus, ad manum viri nobilis MS. 4. » domini sui Eustacii de *Ruez*. » A quo eam in foedum tenebat, reportavit monasterio applicandam: idque anno 1198.

Ab hoc autem anno 1198, etsi nihil certo sciamus de nostro Bartholomeo, non obinde tamen illum putamus non diutius vitam protraxisse, maxime cum Folio 115. ignoremus, ante annum 1218, successorem habuisse. Quare non improbabili- ter putamus illi plura adscribi debere, quae; post annum illum 1198, contigerunt. Inter illa primum annumerabo, quod Hugo de *Crois*, anno 1199, donavit monasterio quidquid habebat in nemore, in terra de *Havret*, ex altera parte aquae quae dicitur *Hayne*, versus sanctum Dionysium. Verum si donationem illam penitius examinemus, videbimus non donationem fuisse; sed jam antedictae compositionis quae tantum biennio ante cum Henrico obtigerat, confirmationem. Nam si quid, tam ab Henrico, ut praetactae conventionis, quam ab Hugone illam specie doni confirmante, monasterio obvenerit, aliud esse non potest, quam ea pars sylvae quae ex altera parte viae Nivellensis, supra capellam sancti Macharii, attingit terminos, seu palos qui MS. 3. dominium Dionysianum ab Havrensi dividunt. Aut si ea pars non est, non video quid a praedictis monasterio obvenerit. Et certe forsitan temerarium judicium non esset opinari monasterium juri antedictae incisionis lignorum gratis cecisse; aut si quid, virtute istius cessionis ab Hugone (ut praemittitur); confirmatae, monasterium habuit, illud modicum valde fuit respectu illius. Quare nobilis familia Havrensis gloriari non potest monasterio beneficium fecisse, sed a monasterio beneficium accepisse: quod hic interpretationis gratia inserendum putavi.

Etiam opinor quod, Bartholomeo administrante anno 1200, permutatio facta fuit foedi cujusdam quod Maria, Clementiae filia, et Anselmus, ejus

Folio 116.

sponsus, habebant in potestate seu territorio de *Houdeng*, in partem terrae quam monasterium habebat in Lembeca, assensu Balduini, Flandriae et Hannoniae comitis.

MS. 3.

Sed et ipsa Clementia, praedictae Mariae mater, totum allodium quod habebat in territoriis de *Houdeng* et *Goignies*, cum omni proprietate et dominatione, in eleemosynam perpetuam contulit monasterio, anno 1203. Verum dicta Clementia, dolore cordis intrinsecus tacta, non tam donasse videtur, quam restituisse. Nam in praetactum allodium abbatia jus aliquod habuisse, certum est, dono fortassis Clementiae majorum, et Clementiamque iis mortuis, successionem praetendens reclamasse, quae tandem veritatem edocta, jus quod praetendebat monasterio donaverit, spondens quod de caetero monasterium super dicti allodii proprietate non inquietaret.

MS. 5.

Plures hujusmodi donationes sub Bartholomeo factas fuisse facile crediderim. Sed finem positurus, addam tantum quod bona pars decimae dicti loci de *Houdeng* acquisita sit dono Guidonis militis, ejusdem loci, anno 1215, et forsitan Bartholomeo adhuc vivo: tunc enim adhuc vixisse potuit, quamquam mihi verisimilius videtur id fuisse sub successore factum, ideo quod, annis proxime sequentibus, eum abbatem fuisse constet. Sed quidquid ea de re sit, parum refert: non enim boni illi praelati discordiam obinde inter se patiuntur. Ego vero, hic tantum notatum velim decimam illam e manu saeculari ad nos fuisse devolutam. Caeterum obiit Bartholomeus, 22<sup>o</sup> Febr. anno superis solis noto.

Folio 117.  
Marcellus.

Marcellus Bartholomeo fit successor immediatus; et abbas reperitur anno 1218; et, eo anno, composuit cum Waltero, abbate monasterii Hasnoniensis, super quadam difficultate et controversia pro jure decimarum in *Montigny*. Illum putem pluribus annis abbatiali honore antea potitum: nam, sicut Bartholomaeus statim, praedicto anno 1198, putandus non est mortuus; ita nec Marcellus praecise, anno 1218, electus, sed pluribus annis forsitan antea. Quare interstitium illud quod annos praedictos 1198 et 1218 interfuit, nempe annorum viginti, hinc inde, partiendum est. Hic adhuc vivebat anno 1234, ut docet charta officialis Cameracensis, super quadam domo, in villa Vallenchenensi, quae per litteram M ibi exprimitur. Sed hic admonitum velim quod in charta illa, circa illius finem, bis data seu anni inscriptio ponitur: quod erroris posset esse occasio. Quare dicendum mihi quod inscriptio prior diem contractus seu initi concordati coram dicto officiali respicit; pos-

MS. 16.

Hic Marcellus an. 1212  
chartam dedit pro con-  
structione capellae de  
Bello loco in *Havrech*.

terior vero ad tempus appensi sigilli ecclesiae Cameracensis refertur. Nobis propterea prior inscriptio, quae est anni 1234, accipienda est, non autem posterior, quae est 1240 : tunc enim Marcellus erat mortuus, ut post patebit, cum de illius successore nobis erit dicendum.

Hic Marcellus acquisivit decimam loci, seu pagi quem *le Petit Kevy* nuncupatus, dono domini Walteri, canonici sancti Germani Montibus, anno 1225, mense Junio, sabbato post octavas sanctae Trinitatis, apud Gandavum; et ab Engelberto, domino temporali Angiensis oppidi, acquisivit seu potius recuperavit duas partes decimae Angiensis majoris et Angiensis minoris, atque pagi Hovensis, injuste antea detentas, ut patet ex instrumentis, in lib. manuscripto, fol. 12, pag. 1, et fol. 23, pag. 2. Item multa alia monasterio accesserunt, tempore quo praefuit, quae, brevitatis causa, omittimus. Eorum plura videri possunt in manuscripto, per diversa instrumenta quae, licet ejus nomen non specificent, sub illo tamen scripta noscuntur ea omnia, quae ad minus ab anno 1218 usque ad annum 1234 inclusive transacta fuerunt, idque hinc inde a fol. 13 usque ad fol. 29, e quibus hic tantum referam quod, anno 1222, mense Julio, die martis ante festum Beatae Mariae Magdalенаe, Joannes de *Hoves*, vir nobilis, partem decimae quam habebat in territorio Hovensi monasterio huic dederit, annuente Joanna comitissa, ea conditione quod totus fructus qui ex ea proveniret in vestes et calceamenta pauperum converteretur. Quod etsi a tempore immemoriali non ita in specie practicetur, non tamen condemnandi ideo sunt patres nostri; pie enim credendi sunt, non sine scitu et assensu pontificio, donationes hujusmodi alterasse, et pios donatores ad participationem non modo omnium eleemosynarum (quae multo majores sunt), sed etiam meritorum omnium, admisisse.

Sed nec omittendum censeo quod Marcellus noster tanti nominis et aestimationis fuerit apud nostros principes, quod Ferrandus et saepedicta Joanna, conjuges et Flandriae ac Hannoniae comites, non raro illo usi sint. Nam, intuitu fidelis servitii ab eo accepti (ut ipsemet loquitur in sua charta de villa de *Obrechies*), illi et successoribus ejus remiserunt *talliam* seu *assisiam* quam incolae dictae villae de *Obrechies* illis, per singulos annos, pendere tenebantur, uti et Angarias et omne jus quod ibidem habere consueverant, excepta tantum (quam sibi servatam voluerunt) *burina sanguinus*: hoc est executione sententiae criminalis, quandocumque contingeret morti quem per abbatis ministros adjudicari.

MS. 36.

Caeterum magnae misericordiae vir fuit Marcellus iste : ea enim fuit illius in pauperes pietas, quod considerans « creatorem dominum conditionis humanae pro nobis in eleemosynam (imo nobis) largitum fuisse semetipsum, ut mendicos et inopes sempiternis ditaret thesauris, » adhibito fratrum suorum, pari devotione zelatorum, consilio et assensu, omnes proventus, seu bona quae monasterium apud Naastam possidet, tam in decimis, quam aliis quibuscumque, sine ulla diminutione aut reservatione, in usus pauperum perpetuo dederit, ut ex eorum annuo proventu centum tunicae centumque calceorum paria, annis singulis, fierent pauperibus vestiendis calceandisque, inter festum sancti Remigii et Natale Domini. Et ita decrevit anno 1227.

Folio 120.

Hanc donationem suam, quatenus semper viveret, affectu curavit approbari et confirmari, non modo per Godefridum, episcopum Cameracensem, sed etiam per Gregorium nonum, pontificem maximum, quorum utriusque patentes in forma earumque transcriptum etiam nunc visuntur.

Joannes.

Devotus ac misericors hic eleemosynarius noster, cujus viscera pietatis ita patuerunt in pauperes, coelos remunerandus petiit, mense decembri, intra annum 1234 (quo eum vixisse supra diximus), et annum 1236, ut jam statim patebit.

Folio 121.

Joannes illi sufficitur; et anno 1236 abbas reperitur in charta M. archidiaconi in Hannonia, super conductualibus litteris Simonis de *Barbette*, in quibus hic Joannes noster per litteram J. designatur. Joanne regente hoc monasterium anno 1237, mense Octobri, Balduinus miles de *Ham*, huic ecclesiae dedit circiter duo bonaria terrae, cum quadam parte decimae in *Bierghes*, quamquam de terris nulla amplius extet memoria; idque, consensum suum praebente saepius dicta Joanna comitissa, conditione posita quod totus fructus qui inde perciperetur, ad usum converteretur capellae cujusdam monasterio adjacentis, ad, in ea, celebrandum quotidie missam de spiritu sancto, pro se et suis praedecessoribus, annis singulis, in perpetuum. Hic Joannes, nisi ad summum annis quatuor, abbas fuisse, et forsitan paucioribus, quia non constat Marcellum, praedecessorem, statim, finito praedicto anno 1234, mortuum. Constat autem ex charta conventus sancti Dionysii, super dispositione rerum circa suum coenobium, Joannem saltem, aliquanto tempore ante feriam quartam post translationem sancti Benedicti, anno 1238, fuisse vita functum. Nam ad illam eandemque feriam episcopus Cameracensis, pro novi abbatis electione jam appulerat : quo, Joannes satis probatur diebus saltem aliquot antea mortuus.

At hic inserendum puto quod, priusquam ad eam electionem procederetur, conventus ab episcopo tunc praesente auctorisatus, statutum seu ordinationem condidit, monachorum omnium juramento et subsignatione roboratum, quod deinceps, pro evidenti utilitate ecclesiae suae, et ut devotius Domino famulari possent, abbas particulare sigillum haberet, cum unum ac idem MS. 29. conventus abbatisque antea fuisset. Idque ne tam frequenter conventus distrahi deberet ad sigillanda multa quae passim occurrunt. Hoc autem statutum fuisse, antedicta feria 4<sup>a</sup> post translationem sancti patris nostri Benedicti, constat ex ejus rei instrumento, ea die firmato, et utique sede vacante, non autem sub Petro, abbate, ut alibi notatum reperitur, sed sub Petro, priore, et reliquo conventu. Nec enim in dicto instrumento mentio fit alicujus abbatis nisi solius Joannis, jam antea mortui, uti haec ejusdem verba sonant: « Usque ad tempus bonae memoriae Joannis abbatis. »

Ex praedictis clarum evadit praedictum Joannem non potuisse, nisi, ad summum, annis quatuor, abbas fuisse. De caetero dubitandum non est quin, statim post praedictum statutum expeditum, sit ad novi abbatis electionem processum. Nam in eum finem episcopus venerat qui, re infecta, recedere noluisse.

Petrus ergo votis fratrum ex priore, abbas eligitur. Sed hic notandum venit Petrus. quod hujusmodi electio fieri nec consueverat, nec poterat. Quapropter existimo quod episcopus, quemadmodum, initio foundationis monasterii, jus Folio 122. omne suum, seu omnem jurisdictionem quam habebat in abbatem et monachos hujus monasterii, plenarie cesserat abbati Sylvae-Majoris; ita, per promptam adeo assistentiam et votorum exceptionem, videatur poenituisse facti majorum, et illud, Joanne mortuo, resumere voluisse, quod ante sponte praedecessores dimiserant; atque in eum finem procurasse ut, neglecto dicto abbate Sylvae-Majoris, vero ac legitimo monasterii superiore, et sine cujus consensu ad electionem novi abbatis jure procedi non debebat, conventus ad electionem ejusmodi procederet excuteretque, hoc facto, collum de sub jugo dicti loci et abbatis, uti per eam electionem, quantum in se fuit, fecit. Quod Ramphnolphus, abbas dictae Sylvae-Majoris, post factum, rescians Petrum videlicet in abbatem sancti Dionysii electum confirmatum atque benedictum, contra formam ordinariam et subjectionem sibi pleno et antiquo jure debitam, grandem Romae movit, coram summo pontifice, querelam contra Petrum atque etiam episcopum; utpote istius novitatis auctorem; cujus, etsi in in-

strumento in ita postmodum concordiae, nulla fiat mentio, constat tamen ex procuratoriis abbatis Sylvae-Majoris, illum quoque, coram summo pontifice, in jus nominatum cum Petro abbate fuisse vocatum.

Cum vero summus pontifex, ad controversiam terminandam, Gerardum de Sùessione, cantorem, Simonem de Duaco, scholasticum, et Gerardum de sancto Mauritio, canonicum Novionensem, iudices in partibus delegasset, partes sese tandem submiserunt ordinationi et omnimodae dispositioni venerabilium virorum Gerardi de Remis, Cameracensis scholastici, et Petri Burdegalensis, canonici Carnotensis, ut ii, tanquam arbitri (et quibus antedicti iudices a papa delegati vices suas plenarie commiserant), ordinarent iudicarentque de omnibus, tam quaerelis et controversiis motis, vel movendis, quam etiam de persona Petri abbatis, quem abbas Sylvae-Majoris negabat canonicè constitutum. Ne autem contingeret ab ordinatione, seu sententia arbitratorum partem alteram resilire, aut novas difficultates moliri, statuta fuit, et per juramentum hinc inde praestitum acceptata poena seu mulcta ducenarum marcarum sterlingorum, ad pondus Trecense, reddendarum parti quae sententiam, seu ordinationem acceptaret. Sicque dicti arbitri, examinatis omnibus quae ad rem utriusque partis spectabant, ordinaverunt iudicaveruntque ut sequitur.

Folio 123.

Primo, quod praefatus Petrus esset et remaneret abbas sancti Dionysii, in pace, quodque, vacante monasterio sancti Dionysii, conventus ejusdem loci teneretur mittere nuntium de suo conventu, cum litteris dicti conventus, ad priorem sancti Pauli, in Bosco, Sùessionensis dioecesis, ad petendam licentiam eligendi novum abbatem, a priore sancti Pauli, vel ab eo qui esset ibi loco prioris, vice abbatis Sylvae-Majoris, vel, vacante abbacia Sylvae-Majoris, vice conventus dictae abbaciae. Quae quidem licentia dicto nuntio denegari non poterat.

Secundo, quod conventus sancti Dionysii teneretur sic electum praesentare episcopo confirmandum.

Folio 124.

Tertio, quod electus et confirmatus cum litteris conventus, et pariter suae confirmationis ad prioratum sancti Pauli, in Bosco, personaliter sese conferre deberet, ad praestandam obedientiam et reverentiam priori illius loci, vice abbatis Sylvae-Majoris; simulque facultatem impetrandam recipiendi munus benedictionis. Quae facultas, post praestitam prius obedientiam et reverentiam, per tactum seu traditionem baculi pastoralis dari solebat electo.

Quarto, quod abbas sancti Dionysii, de triennio in triennium, tenebitur accedere ad dictum prioratum, in Bosco, ad capitulum ibi singulis trienniis congregandum in festo apostolorum Simonis et Judae.

Quinto, quod abbas Sylvae-Majoris cum, annis singulis, volet ad monasterium sancti Dionysii accedere, reciperetur humiliter et devote, ac prima vice processionaliter honesteque tractaretur, ad dies quatuor, cum viginti (ad summum) equitaturis, habiturus capitulum cum abbate et monachis, et emendaturus, si quid in capite aut membris emendatione dignum reperiret, juxta formam a praedictis arbitris traditam, quae est (inter quaedam alia):

« Ut si quem de monachis sancti Dionysii culpabilem inveniret, abbatem »  
 » ejusdem loci diligenter admoneat ut excessus ejus corrigat et emendet, et »  
 » ei dicat expresse quod, nisi hoc fecerit, ipse ad hoc apponet consilium. Si »  
 » vero personam abbatis culpabilem repererit, ipsum similiter admonebit »  
 » diligenter ut se corrigat et emendet; alioquin sibi dicat quod ad hoc ap- »  
 » ponet consilium. Et cum iterato ad monasterium sancti Dionysii, abbas »  
 » Sylvae-Majoris accesserit; si excessus, tam in persona abbatis quam in »  
 » personis monachorum, correctos et emendatos invenerit, gratias Deo agat; »  
 » si vero emendati non fuerint, hoc poterit Cameracensi episcopo, ordinario »  
 » loci, solummodo denuntiare, et aliter non punire, et sic animam suam li- »  
 » berare. Et hoc est consilium quod apponet. »

Folio 125.

Sexto et ultimo, statuerunt arbitri pro redemptione laborum, expensarum et multorum periculorum quae contingere poterant si electus, aut monachi ad monasterium Sylvae-Majoris personaliter accedere debuissent, quod monasterium sancti Dionysii, annis singulis, teneretur, in crastino dominicae Quasimodo, apud sanctum Paulum in Bosco, priori ejus loci (vice abbatis Sylvae-Majoris), solvere viginti libras, et sex solidos Parisienses, applicandas duobus cereis iisque renovandis qui, die noctuque, per totum annum, arderent ante altare beatissimae Virginis in ecclesia Sylvae-Majoris. Idque ea cautione ut si dicta summa, die statuto, non persolveretur, tenerentur Dionysiani, pro die quolibet quo in defectu solutionis essent, in decem solidos Parisienses, nomine poenae, seu mulctae, praedicto priori sancti Pauli, in Bosco, utique persolvendos.

Et ex hac laborum et expensarum redemptione liquet, quorsum coram priore sancti Pauli, in Bosco, fiebant semper omnia quae alias, in ipsomet monasterio Sylvae-Majoris fieri debuissent. Nempe videlicet, quia ob longam



Folio 126.

distantiam quindecim dietarum aut etiam amplius a Broqueroya nostra ad monasterium Sylvae-Majoris, dioecesis Burdegalensis, aut indulserat olim abbas, aut concordatum aliquod cum illo intervenerat, etiam diu ante praefatorum arbitratorum sententiam, quod solummodo ad dictum prioratum locum, scilicet multo viciniorem (utpote in dioecesi Suessionensi), et a Sylva-Majore dependentem, haberetur in omnibus recursus. Sed quoniam de praestanda obedientia ante fecimus mentionem, ejusdem obedientiae formam hic referre lubet. Ea itaque est, ut sequitur :

« Ego electus in abbatem monasterii sancti Dionysii in Broqueroya,  
 » Cameracensis dioecesis, et confirmatur, promitto obedientiam et reveren-  
 » tiam abbati Sylvae-Majoris ejusque successoribus canonice substituendis.  
 » Quod ipsum, quandocumque ad monasterium nostrum, sicut est a ma-  
 » gistris Gerardo de Remis, Cameracensi scholastico, et Petro Burdegalensi,  
 » canonico Carnotensi, ordinatum accedere contigerit, honeste et reverenter  
 » suscipiam, sicut continetur in ordinatione eorumdem. Et ad prioratum  
 » sancti Pauli, in Bosco, bona fide accedam, sicut est ab ipsis ordinatum.  
 » Sic me Deus adjuvet et hoc sacrum altare. Et haec propria manu con-  
 » signo. »

Folio 127.

Et huc usque dictis difficultatibus satis constat abbatem Sylvae-Majoris in monasterium hoc plenum et absolutum jus habuisse; et proinde mirum non est praedicta fuisse ab arbitratorum ipsi adjudicata. Illa enim (et sine dubio multo plura) ante disceptationem illi erant jura consueta. Quis namque credit illum aliud, quam quod sibi pleno jure debebatur, juridica contentione postulasse? Sed et quis opinabitur arbitros iudices illi quod non postulasset adjudicasse? Credendum profecto est illi potius multa de antiquis suis in hoc monasterium juribus, per ordinationes arbitratorum fuisse detracta, quam quod amplioris jurisdictionis quidpiam acquisierit. Equis dubitabit vel confirmationem electi abbatis ad abbatem Sylvae-Majoris, uti superiorem immediatum, pleno jure non olim pertinuisse. Illa tamen per arbitros est episcopo adjudicata. Monasterium Broqueroyanum nostrum, ab initio et prima sui fundatione, ab episcopo fuit exemptum, et ecce per iudices arbitros illi subicitur, et per antedictam formam obedientiae, vix ad aliud abbas sancti Dionysii abbati Sylvae-Majoris adstringitur, quam ad ipsum honeste excipiendum tractandumque ad dies quatuor, cum annis singulis visitare voluerit. Nam etsi illi ad sanctum Dionysium, ut praefertur, venienti signa-

reverentiae exhiberi debeant quae vero superiori exhiberi solent, et ipsi detur capitulum celebrare, fratres monere et increpare, defectuum tamen correctio episcopo reservatur, atque ita inter eos personam cani latranti non dissimilem gerit qui mordere non valet. Unde clarum est jura abbatis Sylvae-Majoris partita fuisse, et multum diminuta. Sed hoc aliunde melius probari non potest, quam verbis quae restrictionis ergo praedictae formae obedientiae adjiciuntur, quaeque hic refero :

« Hanc autem obedientiam (subjungebat electus) et reverentiam facio et »  
 » promitto, salva obedientia quam debeo domino episcopo Cameracensi,  
 » ordinario meo, et successoribus suis, et Cameracensi ecclesiae, matri  
 » meae. » En ordinarium suum nuncupat episcopum, qui hactenus in illum  
 » jus nullum habuerat. At idipsum adhuc manifestius evadit per chartam ab-  
 » batis Sylvae-Majoris, super confirmatione praedictae ordinationis arbitrorum  
 » judicum, quam abbas praedictus Sylvae-Majoris, cum suo conventu, post  
 » latam sententiam dedit ad abbatem et conventum sancti Dionysii, eis remit-  
 » tens omnem jurisdictionem quam in eos antea habuerat, his verbis : « Nove-  
 » » ritis quod ordinationem et pacem inter nos, ex una, et vos abbatem et  
 » » conventum sancti Dionysii praedicti, ex altera, factam per viros venera-  
 » » biles magistros Gerardum de Remis, scholasticum Cameracensem, et  
 » » Petrum Burdegalensem, canonicum Carnotensem, approbantes et ratum  
 » » habentes, vobis et ecclesiae vestrae quittamus et remittimus quidquid juris  
 » » et subjectionis reverentiae, et quocumque alio modo ecclesia nostra posset,  
 » » dicere se habere, usque in hodiernum diem, seu in posterum, in ecclesia  
 » » vestra, persona abbatis vestri, conventus monachorum, sive aliarum per-  
 » » sonarum ejusdem loci, nec non et bonorum in temporalibus, sive in spiri-  
 » » tualibus, per quaecumque instrumenta, privilegia seu scripturas aliquas,  
 » » seu per usum possessionis, seu etiam per testes, ultra quam concessum est  
 » » ecclesiae nostrae, per ordinationem praedictam factam per praedictos viros,  
 » » volentes quod omnia privilegia, instrumenta seu etiam probationes, quae  
 » » possent valere ecclesiae nostrae, ultra id quod reservatum est et concessum  
 » » nobis in dicta ordinatione, invalida sint et nullius valoris nobis, et quod  
 » » pro nullis ab omnibus habeantur; et quod standum sit tantum ordinationi  
 » » et paci factae, ut dictum est, inter nos et vos et ecclesiam nostram et ves-  
 » » tram, a nobis et successoribus nostris et vestris, etc. » Oculatiorum judicio  
 » relinquitur num, ex praedictis verbis, abbas et conventus Sylvae-Majoris,

Folio 128.

liquido non constet quod persaepe concordiam seu ordinationem multa de suo jure antiquo ipsis non fuerint detracta. Hoc ipsa luce clarius est. Quare hoc missum faciens, dicam tantum gravem et sumptuosam esse debuisse disceptationem illam Broqueroyanis. Ecquid mirum! Verbum Domini est: *Durum est contra stimulum calcitrare*. Et: *cui honorem, honorem*. Duravit controversia (praeter id tempus quod Romae impensum est), annis duobus, partim sub iudicibus praedictis, a papa delegatis, partimque sub saepedictis arbitris, quibus sese partes submiserunt. Quod sane, sine magnis laboribus sumptibusque, cum ob loci litigii distantiam, cum etiam ob longam rei et difficultatis ventilationem, esse non potuit; utpote quae, anno 1240, circa festum sancti Barnabae, coram iudicibus delegatis, inchoata, et sub arbitris terminata, ac ab iis iudicibus delegatis cum sigillorum suorum appensione approbata, prius fuit in vigilia apostolorum Philippi et Jacobi, anno 1242; id est biennio post.

Folio 129.

Sed cum supra dixerim Petrum, abbatem anno 1238, quo Joannem, praecessorem ejus, obiisse probavi, infra octavas translationis sancti Benedicti, mense Julio, fuisse electum, confirmatum statim post et benedictum; mirari quis posset cur prius litigari coeptum sit, anno 1240, cum Petrus jam annis duobus in plena et pacifica possessione fuisset. At dicendum existimo abbatem beatissimae Mariae Sylvae-Majoris, ob loci distantiam, dietarum videlicet quindecim, aut amplius, nescisse nisi diu postea de Petri electione; quam, cum scivit, voluisse prius, amica via, Petrum et conventum ejus ad obedientiam et subjectionem, sibi jure debitam, reducere, nec nisi cum obstinatos reperit, Romam recurrisse. Sed de hoc satis. Caetera jam mihi prosequenda essent, quae, sub Petri regimine, contigerunt. Sed quum illa me latent, iis indagandis non immorabor, hoc solum memorabor quod cura seu personatus Thenensis, qui alternatim a capitulo sancti Joannis Leodiensis, et ab abbate Broqueroyano conferri consueverat, sub hoc Petro fuerit divisus, ita exigente populi multitudine, et Roberto, episcopo Leodiensi, procurante: idque anno 1243. Qua contigit quod, anno sequente, magister Fastredus, unus e duobus curatis Thenensibus, curam quam ab abbate habuerat, resignaverit. Abbas vero cum ad beneficium illud, curatum per dictam resignationem vacans, magistrum Nicolaum *Priers* Joanni de Apya, archidiacono, praesentasset, is, nullam rationabilem causam praetendens admittere, recusavit. Quare Nicolaus se injuste gravatum, et injuriam pati

sentiens, ad dictum Robertum episcopum se contulit, sibi jus fieri postulans. Folio 130.  
Itaque Robertus episcopus archidiaconum suum coram se, ad feriam quintam post Laetare, citavit in refectorio sancti Lamberti, ad ibi jus suum, si quod sibi competere crederet, defendendum. Dicta igitur feria quinta, episcopus sedens pro tribunali, archidiacono praedicto praesente ac tacente, seu jus aliquod non allegante, in causa appellationis processit; et, auditis Nicolai testibus, eum legitime appellasse pronuntiavit, et statim examinatum et idoneum repertum, ad antedictam curam Thenensem admisit, dicta feria quinta post Laetare, anno 1244.

Quamdiu vixerit Petrus, aut quo anno obierit ignoratur. Reperitur tamen adhuc vixisse anno 1247, mense Martio: nam, illo anno, auxit portionem canonicam pastoris Broqueroyani, et eam per episcopum confirmari fecit. Confirmantis donantisque simul verba refero.

« G. (Guidonem existimo), Dei gratia episcopus Cameracensis, universis »  
» has praesentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noveritis nos litteras »  
» virorum religiosorum abbatis et conventus sancti Dionysii in Broqueria, »  
» inspexisse sub hac forma: « Universis praesentes litteras inspecturis, Petrus, »  
» divina permissione abbas sancti Dionysii in Broqueria, totusque ejus loci »  
» conventus, salutem in Domino. Noveritis quod nos attendentes paupertatem et onus ecclesiae parochialis de Broqueria et de *Obourg*, presbitero, »  
» qui nunc est, et suis successoribus in perpetuum, cum bonis quae percipere consuevit, et altaribus praedictarum villarum, in minutis decimis et »  
» lino, assignamus sex modios duri bladi percipiendos in grangia nostra de Folio 131.  
» Broqueroya; videlicet, in festo beati Remigii duos modios, in Natali Domini sequenti duos modios et, in Purificatione beatae Virginis duos modios. »  
» Item, assignamus eidem, cum praedictis bonis, duos modios avenae et duas raserias risorum percipienda in praedicta grangia, ad mensuram dicti loci. »  
» His contentus, presbiter in grossa decima, de caetero, nihil reclamabat, praesentium testimonio litterarum. Datum anno 1247, mense Martio, feria »  
» secunda ante Annuntiationem beatae Virginis. « Nos igitur auctoritate apostolica, nobis hac in parte commissa, et jura ordinaria supradicta, prout superius est expressum, approbamus et laudamus. In cujus rei testimonium, praesentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari, dictis die et anno. »

Hic Petrus obiit die decimo quarto Novembris, anno nobis hactenus ignoto.

Andreas.

Andreas Petro sufficitur, et hactenus nihil reperi quod proferam sub illo certe contigisse. Existimo tamen hunc fuisse (aut certe Petrum qui tunc adhuc vixisse potuerat) qui Romae supplicavit et impetravit ab Alexandro 4<sup>o</sup>, sui pontificatus anno primo (qui erat 1254), facultatem mitigandi observantiam regularem, quam orator exponebat ab ipsa sui institutione multum rigidam, difficilem et gravem; fuissentque per Gregorium nonum et quosdam legatos sedis apostolicae superaddita statuta gravia, et diversarum poenarum adjectione vallata. Factum sane generosum! sic profecto, quo dispensatio foret facilior, onera importabilia erant proponendâ. Memor non fuerat orator regulae dicentis: *Omnes magistrâ sequantur regulam*; et iterum: *Culpae pastoris incumbere quidquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire*. At praestat auctoritate apostolica quam propria rigidioem laxarit habenam.

Folio 132.

Illinc interim colligere est quantum detrimenti religio patiatur, quando monasterium aliquod legitimo superiori quam illi debet denegat obedientiam. Statim enim, ac magna ex parte, excussum fuit jugum Sylvae-Majoris, defectuum correctione (ut supra diximus) episcopo relicta, intrepide supplicatur pro diminutione observantiae; quod ne cogitare quidem ausum fuisset si religiosi sub ferula superioris regularis mansissent. Sed quia abbas Sylvae-Majoris habebat solummodo increpationes in monachos, episcopus vero correctiones, non potuit non esse verum, hoc in loco Christi domini verbum quo protestatur *omne regnum in seipsum divisum dissolvendum esse*. Plura nobis non occurrunt de hoc abbate, uti nec ejus dormitionis annus, quae illi, die 30 Augusti, ad superos viam pandit.

Folio 133.

Augustinus.

Augustinus Andream sequitur, quem una fuisse abbatem sancti Amandi in Pabula, vetus necrologium hujus monasterii refert. Qua de re, etsi testimonium aliud non occurrerit, illud tamen vel unicum sufficere videtur. Hic anno nobis ignoto, more majorum appositus est ad patres suos die...

Ægidius.

Ægidius Augustino succedit. Ejus acta, qualiacumque fuerint, nobis ignota sunt; nec aliud de illo hactenus scire potuimus, quam quod, inter abbates hujus monasterii, locum et ordinem decimum quintum tenuerit quispiam Ægidius nomine. Ejus mortis et diem et annum ignoramus. In necrologio inveniuntur tres ejus nominis. De ultimo quaestio non est. Sed cum ex duobus prioribus alius ad diem...., et alius...., obiisse reperiantur, et ob defectum cognominis aut anni quo e vita cesserunt, scire non possumus ad quem ne-

erologii locum quisque illorum referri debeat, ut infra dicemus, cum de Folio 134.  
21<sup>mo</sup> abbate nobis erit sermo.

Willelmus Ægidio sufficitur; sed quo anno non constat. Constat autem ex Willelmus.  
libris elocationis cujusdam quibus magister Walterus, decanus ecclesiae Re-  
mensis, fatetur se conduxisse ad novam firmam bona quae monasterium pos-  
sident in villa seu pago de *Wevere*, juxta Thenas, illum abbatem extitisse  
anno 1277. Quare a Petro abbate (quem adhuc vivum fuisse anno 1247, an-  
tea probavimus), non potuerunt Andreas, Augustinus et Ægidius, usque ad  
Willelmum, nisi, ad summum, annos triginta simul confecisse. Sed verosi-  
milis est quod multo pauciores: Nam Petrus ad annos plures vixisse potuit,  
et Willelmus, annis pluribus ante praedictum annum 1277 ad praelaturam  
pervenisse.

Hoc Willelmo regente, accessit ad monasterium decima de *Bousoit*, Bousoit decima et Mau-  
rages.  
anno 1283, dono et mera eleemosyna domini Ægidii, presbiteri seu curati  
de *Maurage*, usufructu sibi ad vitam retento. Idque, consensu nobilis viri  
Joannis *Sausset*, domini temporalis dicti loci de *Bousoit*, a quo dictus Ægi-  
dus dictam decimam in foedum tenebat. Anno vero 1284, hic Willelmus se Folio 135.  
et suos successores adstrinxit ad persolvendum annue hospitali praedicti loci  
de *Bousoit* modium unum bladi ex dicta decima, forsan cum eo onere  
monasterio donata. Sed verius existimo Willelmum, sponte et amore paupe-  
rum, eam eleemosynam illi hospitali dedisse, licet fortassis praenominatae  
donationis intuitu. Adnotatum velim quod praedicta donatio decimae de  
*Bousoit* quae, ut praemittitur, foederalis erat domino temporali ejus loci,  
intelligenda est de parte tantum, et non de tota decima, nam pars altera et  
major fortassis foederalis fuit abbati Lobbiensi. Idque inde constat quod etiam  
nunc novelli abbates nostri Broqueroyani, infra annum a sua promotione,  
tam istius decimae quam etiam decimae de *Maurage*, investituram ab illa  
abbatia recipere tenentur, et, pro dicta investitura, decem solidos alborum,  
legalis monetae, eidem abbatae persolvere. Ejus investiturae actus unus, MS. 17, p. 2.  
isque, opinor, primus extat memoriae causa, et ut ex eo posteri scirent ad  
quid obligentur. Et cum actus ille sit anni 1236, constat quod pars decimae,  
quae a Lobbio relevabatur, diu praecesserit donationem Ægidii, quae non  
fuit nisi antedicto anno 1283: quod notatum hic velim. Nam cum tota Folio 136.  
decima illa (ut per praedicta liquet), foederalis olim fuerit, et per consequens  
secularis, ad onera praebendae pastoralis, seu, ut vocant, portionis cano-

nicae (casu quo minor esset) teneri debere non videtur. Si plura de hoc venerabili viro inveniri possint digna notatu conquirenda, illa successoribus meis relinquo. Hoc unum addam quod etiamnum supersit instrumentum, quo memoratur duo journalia prati, in territorio de *Obourg*, et tertiam partem aliorum duorum journalium, sub judicatura de *Nimy*, in arendam dedisse, anno 1297. Quod ideo hic refero, ut ex hoc pateat illum, isto anno, inter vivos adhuc fuisse. Existimo tamen quod non multo post e vita cesserit; nam, anni pauci pro tribus praelatis proxime sequentibus numerantur, ut statim videbitur. Obiit autem, terram cum coelo commutans, die 12 Februarii.

Jacobus. Parochia de  
Boussoit erigitur anno  
1305.

Folio 137.

Jacobus succedit. Hic in oblivione totus erat, et fuisset semper, nisi ex archivis ecclesiae de *Boussoit*, ad nostras venisset manus copia instrumenti, quo dictam ecclesiam de *Boussoit* in pastorum erexit; antea enim erat succursus ecclesiae de *Thier*. Illud hic subjicio: « Magister Joannes Vetulus, » canonicus ecclesiae sancti Gaugerici Cameracensis, vicarius generalis reverendi in Christo patris domini Guidonis, Dei episcopi Cameracensis, » nunc in remotis agentis, universis praesentes litteras inspecturis salutem » in Domino sempiternam. Ex (parte) religiosi viri Jacobi, abbatis monasterii » sancti Dionysii in Broqueroya, ordinis sancti Benedicti, patroni parochialis » ecclesiae de *Thier* et de *Boussoit*, Cameracensis dioecesis, nec non domini » Nicolai, ipsarum ecclesiarum rectoris, quarum una dependet ex altera, » fuit nobis, cum instantia, per eorum litteras ipsorum sigillis munitas, » quarum tenor inferius continetur, supplicatum, ut cum parochialis eccle- » sia de *Thier* praedicta ab ecclesia de *Boussoit*; quae succursus ipsius eccle- » siae vulgariter nuncupatur, sit adeo in tantum ab ecclesia matrice remota, » quod divinus cultus in ea, ut decet, non potest, sic nec est possibile » decantari; imo nec sacramenta ecclesiastica indigentibus, necessitatis tem- » pore; ministrari; quare nobis humiliter supplicarunt ut, pro pace, tran- » quillitate et quiete animarum ipsius ecclesiae, ad evitanda pericula quae, » propter hoc, possent in posterum evenire, de dicto succursu, seu eccle- » siae de *Boussoit*, parochialem ecclesiam et divisionem bonorum et redi- » tuum facere curaremus; maxime cum, ad id, nobilis viri Joannis de » *Sausset*, militis, domini dicti loci de *Boussoit*, ad id accedat assentio, » prout per litteras, ipsius sigillo munitas, super collatione seu donatione » bonorum dictae ecclesiae de *Boussoit*, et ipsorum mortificatione, vidimus

Folio 138.

» plenius contineri : quarum tenor inferius denotatur, inquisitione super  
 » hoc, pro utilitate, commodo et quiete personarum ibidem degentium,  
 » diligenti praehabita, praemissa esse noscuntur. Divisio vero bonorum et  
 » reddituum ipsarum ecclesiarum quas volumus per duos rectores in poste-  
 » rum gubernari tales sunt; valor bonorum succursus seu ecclesiae de  
 » *Boussoit* talis est :

» Valor succursus de *Boussoit*, in grosso, per Bertrandum *Le Cocq*, Bal-  
 » duinum *Cavrenies*, Renaldum *Le Pottier*, Bertrandum *Le Gris*, Joannem  
 » *Pipelier*, et Walterum *Pipelier*, tres modii bladi; valent quatuor libras,  
 » cum decem solidis : videlicet, pro raseria, quinque solidos. Item, tres  
 » modii avenae; valent quinquaginta quatuor solidos; videlicet pro raseria,  
 » tres solidos. Item, pro tota parte altaris et decimis, et pro Maio, in quo  
 » habet medietatem, septem libras. Item, pro duobus porcis et duobus  
 » anseribus, sex solidos. Item supra quamdam domum, sex solidos. Item,  
 » pro obitu dominae de *Boussoit*, decem solidos. Item duas raserias bladi Folio 139.  
 » supra duos journalios terrae, valoris duodecim solidorum. Item pro al-  
 » tari. Item, pro citerminis animalibusque, pro residuis et obolis sancti  
 » Martini, quinquaginta et quinque solidos. Item, pro obitibus relictarum  
 » Andreae *Coulon*, duos capones. Item, quatuor raserias bladi decimae  
 » sancti Folliani; pro raseria, quinque solidos; valent viginti solidos.  
 » Item, tres journalii prati, cum dimidio; valent quatuor libras et de-  
 » cem solidos. Item, decem libras annuales, quas permisit acquirere do-  
 » minus Joannes dictus *Sausset*. Summa de praedictis : triginta quatuor  
 » librae.

» Valor parochiae de *Thier* talis est :

» Valor parochiae de *Thier*, in grosso : decem modii bladi ad pretium  
 » quinque solidorum, et ad mensuram Montensem. Item, septem modii  
 » avenae ad pretium trium solidorum et ad mensuram praedictam. Item, pro  
 » straminibus, triginta solidi. Item, pro altari, sexaginta solidi. Item, pro  
 » minutis decimis et Maio, et pro obitibus, septem librae. Item, duae rase-  
 » riae bladi, cum dimidio, quindecim solidi; valent in summa triginta duas Folio 140.  
 » libras et decem solidos, cum duodecim denariis. Nos autem volentes,  
 » quantum cum Deo possumus, subditorum salutem et quietem etiam om-  
 » nium ampliare, ut in examine stricti iudicii de nostris manibus ratio non  
 » quaeratur, ut de dicto succursu seu ecclesiae de *Boussoit* deinceps



» parochialis ecclesia fiat, in qua curatus, seu rector existat, perpetuo divi-  
 » sione honorum et redituum, prout superius continetur primitus facta,  
 » quam rite factam approbamus, et nostrum, in omnibus praemissis, litteris  
 » inspectis praedictis, praestamus assensum, pariter et consensum, et ea sic  
 » provide facta, tenore praesentium, confirmamus. Tenor vero litterarum  
 » domini Joannis Sausset praedicti, ac abbatis et rectoris praedictorum  
 » talis est :

Folio 141.

*A tous chiaus ki ces présentes veront, Jean, dis Sausset, chevaliers, sires de Boussoit, salut en nostre Seigneur. Sacent tous ke, pour le dévotion de humble et religieus personne dam Jakemon, par le grâce de Dieu abbet de saint Denys en Brokeroie, et Nicolon prebtre, curet de Thier et de Boussoit, qui leur assens ont mis et consentement à chou que divisions soit faicte de le paroisse de Thier et de Boussoit, Jou Jehans devant dis, chevaliers, sires de Boussoit, pour le pourfit et le salut de me âme, lais, donne et octroye pour Dieu et en aumosne, et dès maintenant amortis dix livres tournois par an à le paroche de Boussoit. Sy est à sçavoir, à une maison ke siet derrière le moustier à Boussoit et autres terres de lès, ki vaut cent solz, et les autres cent sols sous le terre de le Troncoie que j'acquis à Huon dou Los de Haine et Wel, ke le curès de Boussoit en goisse<sup>1</sup> sans autre parchenier<sup>2</sup>, à tous jours, paisiblement. Et en signe de vérité j'ay saiellées ces propres lettres de me propre saial. Données l'an de grasse mil trois cents et cincq, le dimenche devant le saint Mikiel.*

Folio 142.

» Item, universis praesentes litteras inspecturis, Jacobus, permissione di-  
 » vina monasterii sancti Dionysii in Brokera, ordinis sancti Benedicti, Ca-  
 » meracensis dioecesis, abbas humilis; nec non Nicalus<sup>3</sup>, rector parochiales  
 » ecclesiae de Thier et de Boussoit, ejusdem dioecesis, notitiam veritatis  
 » cum salute. Noverit universitas vestra quod nobis abbati praenominate  
 » tanquam patrono dictae parochialis ecclesiae, ratione juris patronatus  
 » quem ibidem obtinere dignoscimur, et mihi Nicolao, tanquam rectori dic-  
 » tae parochiae, pro pace utilitate et quiete ac salute animarum ipsius ec-  
 » clesiae, placet, quantum in nobis est, et in hoc expresse ac benigne consen-

<sup>1</sup> Goisse, jouisse.

M. Dupin.)

<sup>2</sup> Parchenier, parçonnier, co-propriétaire ou co-partageant (Glossaire du droit français, par

<sup>3</sup> Nicalus, lisez Nicolaus.

» timus, ita quod unusquisque nostrum, in quantum negotium eum tangit,  
 » quod ipsius parochiae fiat divisio, seu sectio, et inde fiant duae parochiales  
 » ecclesiae ab invicem divisae et distinctae, quae, de caetero, duobus regan-  
 » tur rectoribus, prout decet, secundum quod reverendo patri ac domino  
 » episcopo Cameracensi, seu ejus in hoc locum tenenti, seu gerenti, con-  
 » servato valore honorum et obventionum ipsarum parochiarum, conside-  
 » ratisque caeteris in praemissis et circa praemissa considerandis, visum  
 » fuerit expedire. In quorum testimonium et munimen praesentibus litteris  
 » sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo trecen-  
 » tesimo quinto, die secunda mensis Octobris. »

Plura de hoc Jacobo nostro non occurrerunt, nec plura multa quae me-  
 rito dici deberent, esse existimo. Nam cum antea docuerim Willelmum saltem  
 ad annum 1298 superstitem fuisse, et merito praesumi possit, annis aliquot  
 adhuc vixisse, annis paucis debuit praefuisse Jacobus, utpote qui statim,  
 erecto succursu de *Boussoit* in ecclesiam parochialem, mortuus est, circa fi-  
 nem praedicti anni millesimi trecentissimi quinti, aut certe sub initium se-  
 quentis; nam, eo anno, videlicet millesimo trecentesimo sexto, mense  
 Februario, Joannes, cujus cognomen mihi ignotum est, abbatiali fulgebat  
 dignitate. Id testatur instrumentum quoddam quo magister Eustacius, ex  
 hujus Joannis praesentatione ad regendam Thenensem ecclesiam, eo anno  
 praedicto admittitur: hujus verba refero.

« Ex praesentatione religiosi in Christo Domini Domini, Dei patientia ec-  
 » clesiae et monasterii sancti Dionysii in Broqueroye abbatis, ordinis sancti  
 » Benedicti, Cameracensis dioecesis, nobis facta. »

In verbis istis allegatis, omittitur nomen Joannis quod post ea verba:  
*Domini Domini*, poni debuerat. Sed hoc scriptoris vitio actum puta.

De isto Joanne plura non habemus. Nullibi enim ejus memoriam repe-  
 rimus, quam in jam allegato instrumento. Quare fere in oblivione perpetua  
 mansit, cum nequidem necrologium ejus sit memor.

Guillelmus de *Loim*(?) in Joannis locum suffectus, non diu se tanto dignatur  
 honore. Nam praelaturam adeptus, praelationis pericula prospiciens, illam  
 resignat Jacobo de *Mons*.

Jacobus de *Mons* fit itaque Guiellelmo, ex resignatione, successor. Is duo-  
 bus propriis nominibus videtur fuisse insignitus: quod etiam nunc satis vul-  
 gare est, maxime inter nobiles, quod duobus tribusve nominibus vocitentur.

Jacobus de Mons lucra-  
 tus est litem contra  
 dominum de Thieusies  
 pro rivo et aqua Mo-  
 lendini Charlon, anno  
 1311.

Folio 143.

Joannes.

Guillelmus.

Jacobus de Mons. Hic  
 est ille Jacobus de quo  
 supra in margine.

Folio 144.

Modo enim *Jacobum de Mons* modoque Joannem *Cmes* (*Comes*?) de *Mons* vocatum reperimus; communiter tamen *Jacobus* fuit nomen ejus, *Cmes* (?) autem cognomen ejus fuisse autumo. *De Mons* vero nativitatis locum designat, istius aevi more qui adhuc hodie in aliquibus religionibus in usu est, ut suos a loco nativitatis suae vocent. Forsitan tamen factus fuerat in professione ex Joanne *Jacobus*; et postea, nunc uno, nunc altero nomine fuisse nominatum. Hinc *Jacobo* praedecessor resignans supervixit annis duobus; et ambo, non nisi annos sex, ad summum, simul confecerunt, et valde apparenter pauciores. Nam saepedictus *Joannes*, anno 1306, quo eum vixisse diximus, statim mortuus credendus non est. Hic autem *Jacobus*, anno 1312, migravit e vita, mensis *Aprilis*, die 19, quem *Guillelmus* ejus praedecessor, prius anno 1314 secutus est, mensis utique *Aprilis*, die vigesimo quinto. *Ægidio* jam abbate, annis circiter duobus, a morte scilicet *Jacobi*.

*Ægidius.*  
Folio 145.

*Ægidius* igitur anno 1312, circa mensem *Maium*, *Jacobo* mortuo, ad dignitatem abbatialem promotus, incumbit componendae controversiae quae, aut tunc moveri coepit, aut antea forsitan mota erat inter abbatem *Broqueroyanum* et curatum *Angiensem* ex una, et fratres *Augustinianos* ejusdem loci, ex altera, super interramentis, funeralibus et oblationibus quae ipsi *Augustiniani* percipiebant in detrimentum et evidentem diminutionem fructuum, tam dicti curati, quam jurispatronatus *Broqueroyanorum*. Quae quidem controversia, *Ægidio* nostro componente, finem amicum lacepit modo quo sequitur:

*Augustiniani Angienses.*

1. Primo, quod *Augustiniani*, in concionibus suis, post commendatum in suggestu episcopum, commendabunt abbatem et conventum sancti *Dionysii* orationibus fidelium.

2. Secundo, quod pro abbate et quolibet monacho, sive fratre hujus monasterii defuncto, tenebuntur missam solemnem facere, cum officio in similibus consueto.

Folio 146.

3. Tertio, quod funeralia parochianorum et oblationes quae fiunt in magno altari ecclesiae dictorum fratrum *Augustianorum*, dividuntur in duas medias, quarum una erit conventus eorumdem *Augustinianorum*, et altera abbatis, dividenda inter ipsum et praefatum curatum *Angiensem*, eo modo quo divisio hujusmodi oblationum in ecclesia parochiali fieri consuevit.

4. Quarto, quod oblationes et jura universa quae de funeralibus extraneorum, seu aliunde quam de parochianis proveniunt, ipsi fratres percipient

soli, mediantibus duobus florenis de valentia, quolibet anno, per duos fratres abbati post summam missam persolvendis in festo sancti Dionysii.

5. Quinto et ultimo, quod pro perceptione oblationum quotidianarum, seu quae fiunt in minoribus altaribus et capellis ecclesiae praedictorum, dabunt ipsi pariter unum florenum de valentia, ut supra, in festo sancti Dionysii persolvendum.

Praeter hoc opus pacis et concordiae, Ægidius noster, anno 1315, grossas minutasque decimas loci seu pagi de *Bousoit* cessit illius loci curato, sub recognitione annua quatuor modiorum bladi, *ad octo denarios prope de meliori*, et quatuor modiorum avenae, *ad unum denarium prope de meliori, ad mensuram et aestimationem villae de Montibus*, infra octavas Purificationis persolvendorum, annis singulis, in villa de *Bousoit*, sub obligatione omnium bonorum ipsius curae pastoralis, et ea cautione ut, si in defectu solutionis fuerit, ad illam cogi possit dictus curatus, etiam per sententiam excommunicationis ab episcopo infligendam.

Hunc Ægidium adhuc in vivis fuisse anno 1318 perhibetur ex instrumento quodam quo dominus Thomas Moulianus; curatus ac presbyter loci hujus, seu pagi sancti Dionysii, foedum quemdam suum huic monasterio largitur in eleemosynam, usufructu sibi ad vitam servato. Quo facto memor beneficiorum, reddit bonum pro bonis acceptis, longe alius a multis modernis pastoribus qui, vix aliquando contenti, collatores suos passim vexant molestantque, beneficii immemores: quod est animi ingrati vitium.

Caeterum mortis Ægidii annus mihi ignotus est, et dies quoque dubius. Nam praeter hunc Ægidium, alium quoque, decimo quinto loci, supra posuimus. Et cum (annis ignotis) unus illorum obierit die...., et alius...., et nesciatur ex aliquo cognomine, aliove indicio quis eorum prior aut posterior fuerit, fit quod neutri certus dies obitus assignari possit.

*Theodericus de Noefville* seu, ut quaedam instrumenta scribunt, *Terricus*, vulgari nostro, *Thiéry*, fit ex resignatione Ægidii successor. Nam in hujus Theoderici sepulchrali lapide (quem in vetere ecclesia vidimus), capiti sculptae repraesentationis superponitur manus alba ex osse, aut alabastro confecta; quod ejus rei indicium est. Alios plures praelatos in quos ejusmodi resignatio est, eadem nota in eorum sepulchralibus designatos vidimus.

Is societatem iniit cum Stephano, abbate sancti Gisleni, anno 1321, in vigilia sanctae Trinitatis, quae, adhuc hodie, per mutua in morte cujuslibet religiosi suffragia in vigore est. Anno vero 1329, solemnem et authenticam copiam compositionis et concordiae supramemoratae, cum de Ægidio abbate diceremus, expediri fecit et tradi fratribus Augustinianis Angiensibus, eam instanter requirentibus: ideo quod dictae illius concordiae instrumentum originale, quod ipsi asservabant, fuisset civitatis et conventus sui incendio, cum aliis suis monumentis omnibus, concrematum.

Caeterum, resignata in successorem dignitate, et peracto hujus aerumnosae vitae cursu, obiit die 17 Aprilis, anno 1331. Ejus arma tres gallos gallinaceos referebant.

Arnoldus.  
Folio 149.

*Arnoldus*, alias *Arnulphus de Balenghien* seu *Balegnies*, Theoderico, ut praemittitur, ex resignatione succedit, sic dictus a loco nativitatis suae, quem hodie *Baulegnies* adhuc dicimus, qui pagus est non longe a Brugeloto situs. Hic cum praelatura controversiam ingressus est, ante, sine dubio, motam contra Guillelmum, Hannoniae comitem, super juribus seu jurisdictione utriusque partis in pago de *Obrechies*. Illam hic non refero, ideo quod inde secutae concordiae authenticum extet instrumentum, ad annum 1332, ad quod potest haberi recursus. Anno vero 1334, feria tertia ante festum sancti Martini, redemit ab civitate Angiensi onus intertinendi chori ecclesiae parochialis ejus loci: idque pro censu annuo sexaginta solidorum redimibilium ad denarium quadragesimum. Nam quictancia receptae summae totalis, seu capitalis est, sexies viginti libellarum Turonensium: hoc est centum viginti libellarum praedictarum, data anno 1336. Hoc, moderno tempore, pene gratis esset onerosam illam subjectionem, intertinendi et reaedificandi chori oppidi unius, tam parvo, redemisse; sed attenta istius aevi pecuniae raritate, magno pretio onus illud extinctum fuit, prudenter tamen et in evidentissimum monasterii nostri bonum.

Folio 150.

Sub hoc Arnolde, summus pontifex inquiri fecit quantinam essent hujus abbatiae proventus. Nam ea de re scriptum reperimus his verbis: « Haec est » informatio data a venerabili in Christo patre domino Arnolpho, Dei patientia abbate sancti Dionysii in Broqueroya, ordinis sancti Benedicti, » Cameracensis dioecesis, ac toto conventu ejusdem loci, facta de mandato » reverendi in Christo patris domini abbatis sancti Germani Autisiodorensis, » ad eam per sedem apostolicam visitatoris deputati super monasterio dicti

» sancti Dionysii, necnon membrorum suorum facultatibus, ac super numero  
 » monachorum in dicto monasterio esse consuetorum, et etiam quot mona-  
 » chi de facultatibus dicto monasterio incumbentibus, omnibus deductis,  
 » possunt commode sustentari, secundum formam mandati domini visita-  
 » toris antedicti. » Quo fine autem informatio haec facta fuerit cogita.  
 Opinor ego factam non fuisse ad monasterii majus incrementum. Porro cum  
 Arnoldus noster annos septemdecim et menses circiter quatuor praefuisset,  
 sicut dignitatem abbatialem ex resignatione acceperat, ita quo tranquillius  
 reliquam vitam duceret procul negotiis, eam quoque resignavit successori,  
 anno 1348, mense Augusto, qui nihilominus, post resignationem factam,  
 annis vixit undecim : prius enim coelum petiit anno 1359, die primo Janua-  
 rii, inscriptis his in lapide sepulchrali ejus, qui in vetere ecclesia visebatur,  
 versibus :

*Ensi cum vous iestes fui-je en vie :*  
*Ensi com je sui, serés sans vie.*  
*Mirés vous à che miroi chi,*  
*Alés à Dieu, priés pour mi.*

Joannes de *Le Motte*, alias d'*Anghien*, ultimum hoc, a loco nativitatis,  
 ad dignitatem abbatialem, virtute praedictae resignationis, assumitur, anno  
 praedicto 1348. Et quia resignatione inita, resignans illi totum proventum  
 cessit, interea dum ipse confirmationem impetrat (interstitium enim fere  
 duorum mensium interregni fuit), administratio data fuit duobus viris; uni  
 religioso, et alteri saeculari, ut colligitur ex pervetusto manuscripto qui mo-  
 nasterii onera refert ejus temporis quo Joannes ad praelaturam fuit assump-  
 tus, his verbis : *Premiers li fut (Joanni scilicet) délivret à che jour, par les*  
*mains dan Pyro de Ghilenghien et monsur Eustasse, ki avoient gouvernet par*  
*le vacation, 34 escus et six mailles d'or.* Istinc constat rem temporalem, a die  
 conceptae et firmatae resignationis praedictae, per personas neutrales fuisse  
 administratam, quatenus dicto Joanni fideliter omnia asservarentur. Confir-  
 matione autem obtenta, Joannes, anno praedicto 1348, mensis Septembris,  
 die 29 qui sancto Michaeli sacer est, in realem possessionem intromittitur  
 monasterio, tunc temporis multorum debitorum, ac pensionum oneribus  
 gravato et afflicto; utpote cujus pensiones solae annuae, diversis personis

debitae, ascendebant ad mille ducentos et quinquaginta florenos, quibus accedebat dimidietas annui census nostri Lembecani cuidam filiae Bruxellensi oppignorata. Magnum sane gravamen, istius aevi habita ratione, quod pecunia Rhenica prope rarior erat; sed et multa debita volantia servorumque ac operariorum merces, seu stipendia annua premebant. Grangiae quoque seu villae pleraeque (tunc enim villicabant), erant equis, ad agriculturam necessariis, destitutae, praesertim in *Artre*, prope Vallenchenas. Praeter quae onera seu gravamina, anno primo suae praelaturae, debuit contribuere ad solvenda debita comitis Hannoniae, mortui in Frizia, sub mutui quidem specie, sed cujus nihil unquam fuit refusum. Sic enim praedicti manuscripti id referentis verba sonant: *En celle anneie, convint payer cent escus à singnur de Walkain pur les dettes ke on devoit, pur le cause que monsieur de Hayna, ki moureut en Frize, (devoit?) à singnur d'Agimont: de quoy on ruent (réut) onques riens.*

Folio 153.

His omnibus interim nonobstantibus, animum non abjecit. Sed, eodem tempore, domum construxit in curte domicellarum, vulgari nostro: *En la cour des Dames*, et caulas ovium juxta villam de *Warton*. Fecit quoque octo coclearia argentea, simul ponderis decem unciarum, et cyathum unum unius marcae argenti, et paulo amplius: quod ideo refero ut ostendam patres nostros argentea pauca habuisse, aut nulla, cum tam modica argentea supellex scripto redigatur, ad posteritatem informandam.

Anno 1350, pontem ante fores monasterii, super fluviolum nostrum, construxit, qui adhuc hodie visitur, quemque, uti delineatum inveni, delineatum posteris refero. (*Hic pons duplicis arcae calamo delineatur.*)

Folio 154.

Anno vero 1351; hoc est tertio post adeptam praelaturam, non modica illi oritur tempestas, quam non sine sumptu et molestiis extinguere ac sopire potuit. Illam praetereundam non duxi. Ea igitur est. Persona quaedam Joannis praelaturam ambit, illumque ea exturbare et, uti vacantem, a Romano pontifice impetrare contendit, eo colore et praetextu quod, adhuc vivo et eam regente Arnaldo praedecessore, sibi pontifex Clemens sextus illius provisionem reservasset, cum vacare contingeret, decernens ex tunc irritum et inane, si secus a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attentari.

Quare necessitate compulsus, Joannes, licet (ut pie suppono utque ejus procuratoriae inferius inserendae docent) ignarus reservationis hujusmodi,

via ordinaria, et virtute praedictae resignationis sibi factae electus confirmatusque fuisset, et Guidone, Cameracensi episcopo, in remotis agente, ab episcopo Parisiensi benedictus, suos tamen speciales nuntios seu procuratores ad curiam pontificiam mittere debuit, ad informandum de ignorantia facti, et impetrandum confirmationem suae praedictae electionis, quam et impetravit, et diplomata desuper confecta testantur. Illa memoriae causa, et gratum forsitan futurum posteritati, prout male transumpta et vetustate consumpta, legi a me potuerunt, lubens hic refero, ubi prius dicti Joannis procuratorias quae sequuntur praemisero. Folio 155.

*Procuratoriae Joannis abbatis ad confirmationem obtinendam.*

« Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri et domino suo, domino Clementi, digna Dei providentia sacrosanctae Romanae et universalis ecclesiae summo pontifici, Joannes, Dei gratia humilis abbas monasterii sancti Dionysii in Brokeroya, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis dioecesis, devotus vester, cum humili subjectione et devota pedum osculatione. Noverit Sanctitas Vestra quod, ad petendum et obtinendum, pro me et meo nomine, si expediat, ab ipsa Sanctitate Vestra munus confirmationis meae et dicti monasterii; et nihilominus ad dicendum, ostendendum, proponendum et allegandum, tam eidem Sanctitati Vestrae, quam aliis, quibuscumque gradus et status extiterint, canonicam electionem meam de me ad dictum monasterium factam, confirmationem et benedictionem exinde secutas, bonum regimen et administrationem meam, et quascumque alias inferentes et excusationes juris et facti dandas, ad faciendum, nomine meo, discretos viros magistrum Nicolaum de Pennis, et Godefridum de Landraco, in curia Sanctitatis Vestrae procuratores, licet absentes, meos veros et legitimos facio, constituo et ordino procuratores et nuntios speciales, et quemlibet eorum in solidum; ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod per unum ipsorum incoeptum fuerit, per alium prosequi valeat et finiri, et ad alia omnia et singula faciendum et exercendum, quae in praemissis, et circa ea necessaria fuerint, seu quomodo libet opportuna; ratum habens et gratum quidquid per dictos meos procuratores, Folio 156.



» vel eorum alterum, actum, factum, seu procuratum fuerit in praemissis  
 » et quolibet eorundem; relevansque nihilominus sub hypotheca rerum  
 » mearum dictos meos procuratores et eorum quemlibet, ab omni onere  
 » satisfaciendi: quod S. V. et omnibus quorum interest, sub sigillo meo  
 » praesentibus appenso, duxi significandum. Datum anno Domini millesimo  
 » trecentesimo quinquagesimo primo. »

*Sequitur bulla Clementis sexti super confirmatione Joannis abbatis, ad  
 episcopum Cameracensem.*

« Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo  
 » Cameracensi, salutem et apostolicam benedictionem. Summi dispositione  
 » rectoris ad regimen universalis ecclesiae deputati, curis assiduis angimur,  
 » ut opem et operam, quantum nobis ex alto conceditur, impendamus,  
 » quod orbis ecclesiae et monasteria universa, pastorum regimine destituta,  
 » per nostrae providentiae studium, viris committantur idoneis, qui sciant,  
 » velint et valeant ecclesias et monasteria studiose regere, prudenter dirigere  
 » et salubriter gubernare. Olim siquidem dilecto filio Arnoldo monacho,  
 » tunc abbate monasterii sancti Dionysii in Brocqueroya, ordinis sancti  
 » Benedicti, dioecesis Cameracensis, regimini ejusdem monasterii praesi-  
 » dente; nos cupientes ipsi monasterio, cum vacare contingeret, utilem et  
 » fructuosam per apostolicae sedis providentiam praesesse personam, provi-  
 » sionem dicti monasterii, cum vacaret, dispositioni nostrae, ea vice, duxi-  
 » mus specialiter reservandam; decernentes ex tunc irritum et inane, si  
 » secus super hoc a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter  
 » contingeret attentari. Postmodum vero, praefato monasterio ex eo vacante,  
 » quod idem Arnoldus, tunc abbas dicti monasterii, regimini, certis ex  
 » causis, extra Romanam curiam, sponte cessit in manibus dilecti filii Petri,  
 » de sancto Amando clerici, legum doctoris, Tornacensis dioecesis, cui dilecti  
 » filii Petrus de Cambio et Joannes Cati, tunc vicarii generales, in spirituali-  
 » bus, venerabilis fratris nostri Guidonis Vabiensis (?), tunc episcopi Camera-  
 » censis dioecesis, in remotis agentis, habentes etiam ad hoc specialem ab  
 » eodem episcopo potestatem, receptionem cessionis hujusmodi commise-  
 » rant; idemque Petrus, extra eandem curiam, cessionem admisit eandem;

Folio 157.

Folio 158.

» dilecti filii conventus praefati monasterii, reservationis et decreti praedic-  
 » torum, ut dicitur, ignari, dilectum filium Joannem, tunc monachum dicti  
 » monasterii sancti Dionysii, ordinem ipsum expresse professum, et in sacer-  
 » dotio constitutum, licet de facto, unanimiter et concorditer in eorum et  
 » dicti monasterii abbatem elegerunt; idemque Joannes abbas, hujusmodi  
 » reservationis et decreti ignarus, eidem electioni praestans, ut asseritur,  
 » consensum, eam a dictis vicariis de facto obtinuit confirmari, ac conse-  
 » quenter, de mandato dictorum vicariorum, obtinuit sibi a bonae memoriae  
 » Fulcone, episcopo Parisiensi, in dioecesi Parisiensi, etiam de facto munus  
 » benedictionis impendi. Et ex tunc se administrationi spiritualium et tem-  
 » poralium ipsius monasterii ingressit. Et deinde, reservatione et decreto praedi-  
 » ctis ad suam deductis notitiam, ad sedem apostolicam, propter hoc,  
 » misit nuntium specialem et hujusmodi electionis, confirmationis, muneris  
 » impositionis et administrationis negotium, pro parte sua, propositum fuit Folio 159.  
 » in consistorio, coram nobis. Nos igitur electionem et confirmationem prae-  
 » dictas, utpote post et contra reservationem et decretum hujusmodi attemp-  
 » tatas, prout erant, irritas et inanes reputantes, ac volentes ipsi monasterio  
 » de quo nullus, praeter nos, ea vice, disponere potuerat, neque poterat,  
 » reservatione et decreto obstantibus supradictis, salubriter et utiliter pro-  
 » videre, post deliberationem quam super his cum fratribus nostris habui-  
 » mus diligentem; tandem ad eundem Joannem abbatem cui de religionis  
 » zelo, litterarum scientia, honestate morum, et vitae prudentia, spiritua-  
 » lium et temporalium providentia, aliisque virtutum meritis apud nos fide  
 » digna testimonia perhibentur, direximus aciem nostrae mentis. Quibus  
 » omnibus ac praedictorum conventus concorditer ipsum eligentium volun-  
 » tate, attenta meditatione pensatis, de persona ejusdem Joannis abbatis  
 » praefato monasterio, de dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica,  
 » duximus providendum, ipsumque illi praeficimus in abbatem, curam et  
 » administrationem ipsius monasterii sibi, in spiritualibus et temporalibus,  
 » plenarie committendo. Et nihilominus munus benedictionis, ut praemit-  
 » titur, sibi impensum, et quae per eum circa administrationem ipsius mo-  
 » nasterii, alias tamen rite gesta, auctoritate apostolica approbamus, firma Folio 160.  
 » spe fiduciaque conceptis, quod, dextra Domini sibi assistente propitia,  
 » praefatum monasterium sub ejusdem Joannis abbatis cura regiminis, grata,  
 » auctore Domino, suscipiet incrementa. Cum igitur, ut idem abbas in com-

» missa sibi praedicti monasterii sancti Dionysii in Brocqueroya cura faci-  
 » lius proficere valeat, tuus favor eidem fore noscatur plurimum opportunus,  
 » fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta  
 » mandantes, quatenus praedictos abbatem et monasterium sibi commissum,  
 » his pro nostra et dictae sedis reverentia propensius commendatos in am-  
 » pliandis et conservandis juribus suis, et ipsius monasterii, sic cum tui  
 » favoris praesidio prosequaris, quod ipse, tuo fultus auxilio, in commisso  
 » sibi praefati monasterii regimine, se possit utilius exercere, tuque divinam  
 » misericordiam exinde valeas uberius promereri. Datum apud Villam-  
 » Novam, Avinionensis dioecesis ij idus Maii, pontificatus nostri anno de-  
 » cimo. »

B. DE MARCHIA.

G. ANDREAE.

Folio 161.

*Sequitur ejusdem Clementis bulla ad conventum sancti Dionysii.*

» Clemens, servus servorum Dei, dilectis filiis conventui monasterii sancti  
 » Dionysii in Brocqueroya, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis dioecesis,  
 » salutem et apostolicam benedictionem. Summi dispositione rectoris ad re-  
 » gimen universalis ecclesiae deputati, curis assiduis angimur, ut opem et  
 » operam, quantum nobis ex alto conceditur, impendamus, quod orbis ec-  
 » clesiae et monasteria universa pastorum regimine destituta, per nostrae  
 » providentiae studium viris committantur idoneis, qui sciant, velint et va-  
 » leant ecclesias et monasteria sibi commissa studiose regere, prudenter  
 » dirigere et salubriter gubernare. Olim siquidem dilecto filio Arnolde mo-  
 » nacho, tunc abbate monasterii vestri, regimini ejusdem monasterii prae-  
 » sidente; nos cupientes ipsi monasterio, cum vacare contingeret, utilem et  
 » fructuosam, per apostolicae sedis providentiam, praeesse personam, pro-  
 » visionem dicti monasterii, cum vacaret, dispositioni nostrae, ea vice,  
 » duximus reservandam; decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super  
 » hoc, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret  
 » attentari. Postmodum vero, praefato monasterio ex eo vacante, quod  
 » idem Arnoldus, tunc abbas dicti monasterii, regimini ipsius monasterii,

» certis ex causis, extra Romanam curiam, sponte cessit in manibus dilecti Folio 162.  
 » filii Petri de sancto Amando, clerici, legum doctoris, Tornacensis dioecesis,  
 » cui dilecti filii Petrus de Cambio et Joannes Cati, tunc vicarii generales, in  
 » spiritualibus, venerabilis fratris nostri Guidonis Vabiensis (?), tunc Came-  
 » racensis episcopi, in remotis agentis, habentes etiam ad hoc specialem ab  
 » eodem episcopo potestatem, receptionem cessionis ejusmodi commiserant;  
 » idem Petrus, extra Romanam curiam, cessionem admisit eandem. Vos  
 » reservationis et decreti praedictorum, ut dicitur, ignari, dilectum filium  
 » Joannem, abbatem, tunc monachum dicti monasterii, ordinem sancti  
 » Benedicti expresse professum, et in sacerdotio constitutum, licet de facto,  
 » unanimiter et concorditer in vestrum et dicti monasterii abbatem elegistis,  
 » ipseque Joannes abbas, hujusmodi reservationis et decreti ignarus, eidem  
 » electioni praestans, ut asseritur, consensum, eam a dictis vicariis, de  
 » facto, obtinuit confirmari, ac subsequenter, de mandato dictorum vicario-  
 » rum, obtinuit sibi a bonae memoriae Fulcone, episcopo Parisiensi, in dioe-  
 » cesi Parisiensi, etiam, de facto, munus benedictionis impendi. Ex tunc,  
 » se ad administrationem in spiritualibus et temporalibus ipsius monasterii  
 » ingressit, et deinde, reservatione et decreto praedictis ad suam deductis  
 » notitiam, ad sedem apostolicam, propter hoc, misit nuntium specialem;  
 » et hujusmodi electionis, confirmationis, muneris impositionis et admi- Folio 163.  
 » nistrationis negotium, pro parte sua, propositum fuit in consistorio, coram  
 » nobis. Nos igitur electionem et confirmationem praedictas, utpote post  
 » et contra reservationem et decretum hujusmodi attemptatas, prout erant,  
 » irritas et inanes reputantes, ac volentes ipsi monasterio, de quo nullus,  
 » praeter nos, dispensare, ea vice, potuerat, neque poterat, reservatione et  
 » decreto obsistentibus praedictis, salubriter et utiliter providere, post deli-  
 » berationem, quam super his, cum fratribus nostris, habuimus diligentem;  
 » tandem ad eundem Joannem abbatem, cui de religionis zelo, litterarum  
 » scientia, honestate morum, et vitae prudentia, spiritualium et tempora-  
 » lium providentia, aliisque virtutum meritis, apud nos, fide digna testi-  
 » monia perhibentur, direximus aciem nostrae mentis: quibus omnibus, et  
 » praedictorum conventus concorditer Joannem eligentium voluntate, attenta  
 » meditatione pensatis, de persona Joannis abbatis praefato monasterio, de  
 » dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica duximus providendum,  
 » ipsumque illi praefecimus in abbatem, curam et administrationem ipsius

Folio 164.

» monasterii in spiritualibus et temporalibus sibi plenarie committendo. Et  
 » nihilominus munus benedictionis, ut praemittitur, dicto Joanni impen-  
 » sum, et quae per eum, circa administrationem ipsius monasterii, alias  
 » tamen rite gesta sunt, auctoritate apostolica approbamus, firma spe  
 » fiduciaque conceptis, quod dextra Domini sibi assistente propitia, prae-  
 » fatum monasterium, sub ipsius cura regiminis grata, auctore Domino,  
 » suscipiet incrementa. Quocirca discretioni vestrae, per apostolica scripta  
 » mandamus, quatenus eundem Joannem abbatem, tanquam patrem et  
 » pastorem animarum vestrarum devote recipientes et honeste tractantes,  
 » et exhibentes eidem obedientiam et reverentiam debitam ac devotam,  
 » ejus salubria monita ac mandata suscipiatis hilariter, et efficaciter adim-  
 » plere curetis; alioquin sententiam quam idem abbas rite tulerit in rebelles,  
 » ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque satisfactionem con-  
 » dignam, inviolabiliter observari. Datum apud Villam-Novam, Avinionensis  
 » dioecesis, ij idus Maii, pontificatus nostri anno decimo.

» G. DE FLANDRIA.

» G. ANDRAEAE. »

*Sequitur bulla confirmationis ad Joannem abbatem.*

Folio 165.

« Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Joanni abbati  
 » monasterii sancti Dionysii in Broqueroya, ordinis sancti Benedicti, Came-  
 » racensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Summi disposi-  
 » tione rectoris ad regimen universalis ecclesiae deputati, curis assiduis  
 » angimur ut opem et operam, quantum nobis ex alto conceditur, impen-  
 » damus, quod orbis et ecclesiae et monasteria universa pastorum regimine  
 » destituta, per nostrae providentiae studium, viris committantur idoneis,  
 » qui sciant, velint et valeant ecclesias et monasteria eis commissa studiose  
 » regere, prudenter dirigere et salubriter gubernare. Olim siquidem dilecto  
 » filio Arnoldo monacho, tunc abbate monasterii sancti Dionysii in Broc-  
 » queroya, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis dioecesis, regimini ejusdem  
 » monasterii praesidente; nos cupientes ipsi monasterio, cum illud vacare  
 » contingeret, utilem et fructuosam, per apostolicae sedis providentiam,  
 » praeesse personam, provisionem dicti monasterii, cum vacaret, disposi-

» tioni nostrae, ea vice, duximus reservandam; decernentes ex tunc irritum  
 » et inane, si secus, super hoc, a quoquam, quavis auctoritate, scienter  
 » vel ignoranter contingeret, attentari<sup>1</sup>. Postmodum vero praefato monaste-  
 » rio ex eo vacante, quod eidem Arnoldus, tunc abbas dicti monasterii,  
 » regimini ipsius monasterii, certis ex causis, extra Romanam curiam, sponte  
 » cessit in manibus dilecti filii Petri de sancto Amando, clerici, legum doc-  
 » toris, Tornacensis dioecesis, cui dilecti filii Petrus de Cambio et Joannes Folio 166.  
 » Cati, tunc vicarii generales, in spiritualibus, venerabilis fratris nostri Gui-  
 » donis Vabiensis (?), tunc Cameracensis episcopi, in remotis agentis, habentes  
 » etiam ad hoc specialem ab eodem episcopo potestatem, receptionem ces-  
 » sionis hujusmodi commiserant; idemque Petrus, extra Romanam curiam,  
 » cessionem admisit eandem; dilecti filii conventus praefati monasterii, reser-  
 » vationis et decreti praedictorum, ut dicitur, ignari, te monachum dicti  
 » monasterii, ordinem ipsum expresse professum, et in sacerdotio constitu-  
 » tum, licet de facto, unanimiter et concorditer in eorum et dicti monas-  
 » terii abbatem elegerunt; tuque hujusmodi reservationis et decreti ignarus,  
 » eidem electioni praestans, ut asseritur, consensum, eam a dictis vicariis de  
 » facto obtinuisti confirmari, et subsequenter, de mandato dictorum vicario-  
 » rum, obtinuisti tibi a bonae memoriae Fulcone, episcopo Parisiensi, in dioe-  
 » cesi Parisiensi, etiam de facto munus benedictionis impendi; et ex tunc, te  
 » administrationi spiritualium et temporalium ipsius monasterii ingressisti;  
 » et deinde, reservatione et decreto praedictis ad tuam deductis notitiam, ad  
 » sedem apostolicam, propter hoc, misisti nuntium specialem, et hujus-  
 » modi electionis, confirmationis, muneris impositionis et administrationis Folio 167.  
 » negotium, pro parte tua, propositum fuit in consistorio, coram nobis; nos  
 » vero electionem et confirmationem praefatas, utpote post et contra reser-  
 » vationem et decretum hujusmodi attemptatas, prout erant, irritas et  
 » inanes reputantes, ac volentes ipsi monasterio, de quo nullus, praeter nos,  
 » reservatione et decreto obsistentibus supradictis, salubriter et utiliter  
 » providere, post deliberationem quam super his, cum fratribus nostris,  
 » habuimus diligentem, tandem te, cui de religionis zelo, litterarum scien-  
 » tia, honestate morum et vitae prudentia, spiritualium et temporalium  
 » providentia aliisque virtutum meritis apud nos fide digna testimonia per-

<sup>1</sup> Ou *attemptari*.

Folio 168.

» hibeantur, direximus aciem nostrae mentis; quibus omnibus et praedic-  
 » torum conventus concorditer te eligentium voluntate, attenta meditatione  
 » pensatis, de tua persona praefato monasterio, de dictorum fratrum con-  
 » silio, auctoritate apostolica providemus, teque illi praeficimus in abba-  
 » tem, curam et administrationem ipsius monasterii tibi, in spiritualibus et  
 » temporalibus, plenarie committendo, et nihilominus munus benedictionis,  
 » ut praemittitur, tibi impensum; et quae per te, circa administrationem  
 » ipsius monasterii, alias tamen rite gesta sunt, auctoritate apostolica ap-  
 » probamus, firma spe fiduciaque conceptis, quod, dextra Domini tibi as-  
 » sistente propitia, praefatum monasterium, sub tui cura regiminis, grata,  
 » auctore Domino suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tuae per apo-  
 » stolica scripta mandamus quatenus impositum tibi onus a Domino dicti  
 » monasterii prompta devotione supportans, curam et administrationem  
 » praedictas sic geras prudenter et sollicitè prosequaris, quod praedictum  
 » monasterium gubernatori provide et fructuoso administratori gaudeat se  
 » commissum; tuque provide praemium aeternae retributionis acquiras, et  
 » nostrae et apostolicae sedis benedictionis et gratiae merearis continuūm  
 » percipere incrementum. Datum apud Villam-Novam, Avinionensis dioe-  
 » cesis, ij idus Maii, pontificatus nostri anno decimo.

» J. DE ANGITURIA. »

Folio 169.

Ex praedicta historia videre est quam homines plerique apparere appetant,  
 et ad honores opesque vehi etiam cum dispendio proximi, adeo ut nec  
 hospes ab hospite tutus, et frater fratri audenter noceat, si inde quid in  
 proprium resultet commodum. Certe Joannes noster in triennali possessione  
 pacifica fuerat; et tamen is, quisquis fuerit ille alterius honoris et fortunae  
 appetitor, illum exturbare nititur. Deus bone! quid non molitur honoris et  
 auri saeva cupido! Hominis istius nomen et conditionem, etsi ignorem, nos-  
 tras tamen erat et huic loco notus, a quo proinde minus fuerat timendum.  
 Sed hujusmodi cupidos vanosque homines e coelo irridet Dominus. Ecce enim  
 ambitiosus ille, cum, post fere tres menses promotionis propriae, ad com-  
 mendam hujus monasterii fortunam tentasset, videns se oleum et operam  
 perdere, relicta curia Avinionensi, ubi pontifex pro tempore fixerat sedem,

spe falsus et manibus vacuis, emunctaque crumena, ad propria revertitur, in vigilia Circumcisionis Domini: hoc est, die ultimo anni supradicti millesimi trecentissimi quinquagesimi primi. Sic Joannes, Deo volente, suum triumphavit adversarium. Sub ejus regimine, juridicum discrimen motum fuit, anno millesimo trecentesimo quadragesimo nono inter Gerardum *du Bois*, dominum temporalem de *Lombize*, ex una, et Catherinam *Carbaude*, viduam Joannis de *Lausnoit*, commorantem intra quinque cruces territorii nostri Dionysiani, ex altera. Praetendebat ille, ob mortem dicti Joannis, jus liberae originis, seu, ut vocamus, *le droit de france origine*, alias *Sainteurs*,<sup>Folio 170.</sup> sustinens Joannem praedictum, more majorum suorum, sibi obnoxium fuisse jus hujusmodi persolvere, ubicumque in comitatu Hannoniae eum obtingeret mori. Illa contra, in sui defensionem allegabat nihil cuiquam hominum, intra praedictas cruces, in morte, deberi, ideo quod ibi semper fuisset plenissima et absolutissima libertas. Tandem, post altercationem in curia Montensi, praemisso Joanne agente, Catherina libertate sua potita est.

Anno millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, mensis Aprilis, die octava, societatem iniiit cum Theobaldo, abbate Crispiniensi, et ejus loci conventu; quae adhuc in vigore est per mutua, quae in morte cujusque religiosi persolvuntur, suffragia.

Anno vero millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, controversiam juridicam habuit contra nobilem virum Joannem de *Launais*, dominum temporalem de *Thieusies*, super aquaeductu molendini, nuncupati *Charlon*, alias *des Vallées*. De illa controversia extat sententia, in libro quodam pervertusto et lacero, per arbitros a curia Montensi deputatos terminata. In illa specificè declarantur limites, seu jura dominicalia, utriusque partis, et maxime quod in dictis molendino et fluviolo, seu aquaeductu ascendendo usque *ad Pontem Bastardum*, ut vocant, qui est infra molendinum *de la Rocquette*; et parvo vivario, seu reservatorio aquae necessariae, ac locis aliis quibusdam vicinis, omne jus ac dominium ad abbatem Broqueroyanum et dominum temporalem de *Casteau* pertineat, ad omnimodam exclusionem dicti Joannis de *Launais*, domini temporalis de *Thieusies*. Et inde est dubio procul quod praedictum molendinum, seu molitor molendini de *Charlon* numquam gravatur milite, quando milites in pago de *Thieusies*, esse contingit; utpote, quia, licet molendinum sit parochiae de *Thieusies*, quantum ad spiritualia attinet, non est tamen ejusdem territorii, quantum est ad dominium tempo-



Folio 172.

rale; sed soli praedicti abbas et dominus de *Casteau* omnem ibi habent et exercent justitiam. At infra molendinum *Charlon*, monasterium versus, tota piscatio et dominium, seu temporalis justitia, in fluvio a dicto molendino defluente, solius sunt abbatis, usque ad vivarium *Dans Gohier*; inquit textus: quod vivarium, sine dubio, eo loco erat, quem, ante annum, iterum in vivarium reduximus, immediate extra limites territorii Thieusani, olim, ut probat praedictus textus, sic vocatum a nomine forsitan, aut cognomine ejus oeconomi, seu religiosi, qui primitus *illud fieri curavit*: ideo autem, in textu praedicto expressum, ut per hoc pateret, futuris saeculis, justitiam et piscationem ad solam familiam Broqueroyanam pertinere, per totum fluviolum, secus totum dominium Thieusanum, a molendino *Charlon* usque ad dominium pagi Broqueroyani.

Folio 173.

Ad praedictam sententiam remitto successores, cum illa opus habuerint, quae, ut facile reperiri possit, librum eam continentem monumentis pagi sancti Dionysii junxi, notatum super utrumque cooperculum hujusmodi majore littera A. Illius interim medullam hic de verbo ad verbum refero, prout a me legi potuit, ut sequitur: *Premiers, disrent-il et prononchièrent, assçavoir les susdicts juges, députez par la cour de Mons, que uns jugemens fais par leditte court de Mons, l'an mil iij<sup>e</sup> et xx, et une sentence faite par arbitres, l'an mil iij<sup>e</sup> quarante sys, pour le cause de l'esclusiel et ventaille que li dit abbés et couvens ont et doivent avoir desous le moulin de le Roquette, et dou cours de l'aywe alans de là endroit à moulin Charlon, se tuingnent et doivent demorer en leur vientut d'ore en avant à tousjours, sans ychiazulz enfreindre, ne aler à l'encontre; meismement de chou qu'il pucent comprendre dou moulin de le Roquette, en let et en lonch, et en cours d'aywe jusques au Pont Bastard, parmy lequel lidis cours d'aywe doit aler à moulin Charlon. Item, pour tout plainement déclarer les questions qui estoient u pooient y estre entre lesdittes parties mouvant doudit Pont Bastard, tant en lonche comme en let, alant à moulin Charlon, et en desous u li moulins et li maisons dou monnier siellent, jusques à riu<sup>1</sup> venant de la fontaine Wastiel, si qu'il kiet en l'aywe qui vient du moulin Charlon, et ossi li escluse tenant à viveret, qui est là endroit, deseure le maison qui adonc estoit Jakemin le Brakenier, disrent et prononchièrent lidit arbitre que lidis abbés et couvens, et li sires de*

<sup>1</sup> Riu. pour rieu, ruisseau.

*Casteaus, de tant que à cascun pooit toukier, avoient mius que prouvet leur entente, que n'eüst messire Jehans de Launais : c'est à entendre que dou devant dit Pont Bastard, jusques à moulin Charlon, li bien est et doit y estre si grans en largèche que mouvant dou kemin tenant au mont Fievet, qui vient de Casteaus au moulin Charlon, jusques à l'autre lès u li aunois<sup>1</sup> monsur de Casteaus, et li lius c'on dist li Thurs siellent, leur li aywe joindoit adonc ; et que lidis kemins qui est doudit mont Fievet, appertenant à monsur Jehans de Launais, qu'il tient de monsur de Biamont en fief, se doit porter doudit Pont Bastard, tout ensi que li estok d'arbres, venant et yssant doudit kemin, se portoient et portent jusques à Boullant-Fontaine ; et delà endroit, ensi que les bonnes<sup>2</sup> qui lidit arbitre y feront u ensigneront à assir, se porteront ; et ossi assiera-on bonnes doudit Pont-Bastard jusques à Boullant-Fontaine, pour y estre lesdittes parties et leur successeurs, et demorer plus en pais d'ore en avant audit liu. Item disrent-il et prononchièrent que tout chou qui est devens cedit bien, de telle largèche que dit est, tant de justice et signorie, comme de bos et de peskerie et d'autre chose quelconques en fons et en propriété, est et appartient et doit y estre et appartenir as dessusdis abbés et couvens, et signurie de Castiaus, aveck lidit moulin Charlon. Item, que li vivres<sup>3</sup> là tenans est de ce mesme bien, et est et doit yestre de celle meïsmes condition, et appertenant en celi manière, si que dit est, à cesdis deux signurs, sauf et réservet que lidit mons Fievet, qui est audit monsur Jehans de Launais, doit venir aval sour lidit viveret mouvant d'un ausinet leur<sup>4</sup> il ara une bonsne<sup>5</sup> assis et alant à ligne au riu qui vient de le fontaine Wastiel, droit encontre le debout u pointe dou courtil de le maison qui adonc estoit Jakemy le Brakenier ; et là endroit ara ossi une autre bonsne assis en dessous l'escluse doudit viveret ; et s'est assavoir que li arbre d'où li estock<sup>6</sup> viennent et mouvent dou devant dit Remin tenant au mont Fievet, sans maïse ocquison, sont et appartiennent audit monsur Jehans de Launais, aveck ledit kemin. Item, disont-il que li escluse doudit viveret est asdis deux signurs de S<sup>t</sup>-Denys et de Castiaus ; et qu'il le pueent et doivent faire retenir ; et les autres escluses ossi servans audit bien de bos, et autres choses nécessaires prises ens ou liu c'on dist le Thur, et oudit bien sans maïse ocquison. Et ossi pueent li mouvant doudit moulin*

Folio 174.

Folio 175.

Folio 176.

<sup>1</sup> Aunois, lieu planté d'aunes.

<sup>2</sup> Bonnes, bornes.

<sup>3</sup> Vivres, viveret, vivier.

<sup>4</sup> Ausinet leur ? petit bassin à eux ?

<sup>5</sup> Bonsne, bousne, bourne, borne, limite.

<sup>6</sup> Estock, ligne, pointe, pieu, poteau.

*Charlon copper ou liu c'on dist le Thur, pour yaus cauffer, et leurs chevaux tourner paistre, entrues qui mouront. Item, que messirs Jehans de Launais a le justice oudit Thur tant seulement, et que autre droit n'i puet ne doit cachier ne demander. Item, disent lidit arbitre que lidit don signur de S'-Denis et de Castiaus, aveck le fons et le proprietet qui à yaus en appartient, doivent avoir le justice sour ledit escluse doudit viveret, et partout en desous celi escluse, et ossi le maison dou moulin et dou monnier Charlon. mouvant dou bonsne qui sera assis contre le debout u pointe doudit courtil Jakemart le Brakenier, et allant ensi que rius se porte, venant de le fontaine Wastiel, et qui va keur en l'iauve qui vient du bachin dou moulin Charlon. Item, disent lidit arbitre que li eglise de Sainct-Denys doit avoir le justice et le peskerie à par li, sans debat, mouvant doudit moulin Charlon en desous, jusques à vivier Dant Sohier. Lequel dit u sentence ensi prononchié que par chi deseure est dit et deviset, lidit arbitre le enjoindirent asdit parties à tenir et warder, sans enfreindre, ne aler à l'encontre, et sour les fais et paine que obligier s'i estoient par le teneur et viertut dou compromis deseuredit. Et aveck chou, nous li bailly de Haynau dessus nommés, à le pryère et requeste desdis arbitres, demandâmes asdites parties tantost là endroit présentement, se il tenoient ce dit u sentence à loin<sup>1</sup>; et il, de leur bonnes volontés, respondirent que oyl, etc.*

Folio 177.

At subsistamus. Post enim exaratum hucusque hoc transcriptum, originalis sententia, quam utique littera A notavimus, ad manus incidit in pergameno scripta, et plurium advocatorum pendentibus sigillis roborata. Illud tamen hic inseruisse non poenitet; dum enim a pluribus legetur, pluribus illius notitia notior erit. Aliud quoque Joannes noster contra eundem Joannem de Launais certamen subivit, in materia domini, seu justitiae quam ambo praetendebant in quadam parte sylvae nuncupatae *Les Hayons*. Sed quia extat quoque ea de re, in praedicto libro, sententiae, seu potius compositionis amicae copia, sub data anni millesimi trecentissimi quinquagesimi noni, ad illam lectorem remitto. Sed ut lector in eo fatigetur, necesse non est. Nam remotis controversiis, abbatia sola, et ad cujusvis alterius exclusionem, sylvae illa pleno et tranquillo jure potitur. Tandem, peracto feliciter hujus aeruminosae vitae termino, cum annis viginti octo laudabiliter praefuisset obdormivit in Domino, die vigesima octava Maii, anno millesimo trecentesimo septuagesimo sexto.

Folio 178.

<sup>1</sup> A loin, à lois.

Nicolaus de *Montigny* succedit, quem, Joanne sepulto, statim electum credimus, cum poenes conventum, temporibus illis, libera esset electio. Is, eodem anno praedicto, millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, mensis decembris, die vigesimo, permisit quod Joanna, vidua Joannis *Harduin*, in eleemosynam daret ecclesiae, seu pauperibus pagi de *Gottegnies*, censum duarum raseriarum avenae, et duorum caponum quem ipsa annue possidebat et in foedum tenebat, super quibusdam bonis monasterii hujus, in dicto pago de *Gottegnies*, nulla a monasterio servitii, seu juris dominicalis recognitione, servata.

Nicolaus de Montigny.

Anno vero millesimo trecentesimo octogesimo septimo, noscitur, ex quodam pervetere scripto, favorem sententiam obtinuisse contra quosdam negantes decimas in parochia Honensi, prope Angiam. Sed et alia quaedam sententia illum adhuc superstitem fuisse testatur anno millesimo trecentesimo nonagesimo.

Hunc Nicolaum ex nobili prosapia ortum fuisse verisimile est, uti et Joannes de *Montigny*, de quo infra, quos consanguineos fuisse existimo; maxime in hanc opinionem allectus, quod in capella beatae Virginis collapsa, seu quondam veteris ecclesiae, videbatur sepultura equitis cujusdam, sub anno millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, mense Martio, cui utique cognomen erat de *Montigny*, quemque opinarer ejus patrem fuisse. Proindeque non sine fundamento omnes illos ex eadem nobili radice prodiisse existimo.

Folio 179.

Hic, etsi multa alia quae laudem merentur, monasterio praestitisse non dubitem, vel ex eo solo aeterna memoria dignus est, quod vivarium, molendino hujus pagi adjacens, fecit, et illud a parte inferiore massa caementitia munivit, uti hodie adhuc cernitur, artificiose sane, et ea industria quod, omni tempore, aqua molendino sic administratur, ut penuria nunquam laboret, nec abundantia submergatur. Sed ex eo praecipuam laudem meretur quod, ex dicto vivario, canales, per monasterium, deduxit, qui, partim conservandis piscibus in fossis ad hoc destinatis, partimque purgandis auferendisque sordibus commoditatem praebent maximam. Magnum sane beneficium quo posteris omnes sibi merito devinxit!

Folio 180.

Tandem, cum (ut supputari potest), annos septemdecim praefuisset, cessit e vita, anno millesimo trecentesimo nonagesimo tertio, mensis Octobris, die vigesimo sexto.

Jacobus *Hollande*.

Folio 181.

Jacobus *Hollande*, alias de *Nivelle*, a loco suae nativitatis sic vocatus. Hic, Nicolao mortuo, statim electus et confirmatus, benedictionis munus accepit; circa initium anni sequentis. Sed quia non nisi annis tribus, mensibus tribus et diebus quinque ad summum potuit ab electione sua praefuisse, licet die altera mortis Nicolai fuisset electus, de se alia scribenda nobis non reliquit; quam quod defectu solutionis annui census unius caponis, cum dimidio, et unius carletae avenae, cum dimidia, exponi jusserit ad novam arendam domum pauperulam et penitus collapsam, arrieratam solutione annorum decem. Locus domus istius et reliquiarum illius ruinae situs erat ante pontem pagi de *Thieusies*, adjacens ex duabus partibus plateae, et ex altera presbyterio: quod causa fuit ut ejus loci curatus, nomine Nicasius *du Boskiel*, nemine reclamante, vel plus offerente, illum emeret, presbyterio suo annectendum, sub onere annui census duorum caponum, soluturus quoque blancam unam, annue, pro recognitione decimae quae ex eo loco monasterio obvenire potuisset; idque sub data anni millesimi trecentissimi nonagesimi sexti, pridie sanctorum Dionysii et sociorum. Tandem, cum annis tribus tantum, ut praemittitur, mensibus tribus, et diebus quinque ad summum praefuisset, diem clausit ultimum, in vigilia Purificationis Dei-parae, millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, est ejus docebat sarcophagum, in quo, circa caput sculptae repraesentationis, hi inscripti versus habebantur:

Folio 182.

Supplico gaudere, et tecum, Deus alme, manere.

Sancte Dionysi, tutor adesto mihi!

Joannes de *Montigny*.

Joannes de *Montigny* quem e nobili familia natum antea diximus, praedicto Jacobo immediate sufficitur. Nam instrumentum praedictae venditionis, sub Jacobo praedecessore expeditum, id ipsum, sub hoc Joanne, de verbo ad verbum repetitur, sub data diei secundae mensis martii praedicti anni millesimi trecentissimi nonagesimi septimi: quo sufficienter probatur illum unius mensis spatio electum atque confirmatum fuisse, inter vivos adhuc eum fuisse anno millesimo quadringentesimo quarto, testatur instrumentum quoddam quo venam carbonariam in partibus de *Goegnies* in arendam dedit. Sed et lapis ejus sepulchralis prius mortuum, in ecclesia vetere, docebat die vigesimo Novembris, anno millesimo quadringentesimo.

Daniel *Hauwet*.

Folio 183.

Daniel *Hauwet* in Joannis locum subrogatur, quem terram cum coelo com-

mutasse, anno millesimo quadringentesimo decimo septimo, mensis Septembris die 12, ejus probabat in ecclesia veteri sepultura.

Guillelmus d'Assonleville, seu d'Assoncleville, proxime Daniele sequitur. Is unâ cum pastore Angiani oppidi controversiam habuit contra ejusdem loci religiosos montis Carmeli, super interramentis mortuorum et oblationibus, quam tamen amica via sopivit in eum modum quo super diximus de Augustinianis, sub Ægidio 21<sup>o</sup> abbate: idque anno 1423.

Guillelmus d'Assonleville.

Usque ad Guillelmi hujus tempora, Broqueroyanum monasterium monasterio beatae Mariae Sylvae-Majoris subjectum fuit. Sed cum, praeter itinera quae, vacante abbacia, facienda erant ad prioratum sancti Pauli in Bosco, teneremur quoque censum viginti librarum et sex solidorum, annis singulis, ad eundem prioratum mittere, sub poena seu mulcta decem solidorum pro singulis diebus, quibus solutionem, post praefixum terminum, differri contingeret; et interim, ob frequentia bella, grassantes praedones aliaque per plura itinerum pericula, perdifficile ac sumptuosum nimis esset illo ire, hic Guillelmus noster de redimendo isto onere cogitavit, et opere tandem redemptionem complevit anno 1426, die 6 Augusti, quingentis coronis auri cunei regis Franciae, boni et justae ponderis. De illa subjectione fusius dixi supra, cum de fundatione hujus monasterii mihi esset sermo; sed maxime, cum de Petro, abbate 12<sup>o</sup>, verba facerem.

Folio 184.

Praeter eam redemptionem praedictae subjectionis, seu servitutis, onera gravia Guillelmus subivit. Monasterium enim, ob bella tunc recens sopita, et magna, tempore dicti belli, principi donata subsidia, aere alieno et annuis pensionibus magnopere gravatum erat. Ad quod quidem, si non totaliter exonerandum, sublevandum saltem, praehabito desuper maturo fratrum consilio, omnia vasa, utensiliaque argentea, tam conventus quam camerae abbatialis, conflavit ac divendit Guillelmus. E conventu siquidem educta fuere viginti octo coclearia argentea, et parvae patinae duodecim, facientia simul pondo marcarum quinquaginta duarum, et unciarum quinque; item septem scyphi, seu cyathi argentei, facientes pondo simul sex marcarum et quinque sterlingorum. Ex camera vero abbatiali ad venditionem quoque prodire argentea diversa, ad pondus octo marcarum. Quae omnia vendita fuere Montibus, pretio quindecim librarum, pro qualibet marca. Et haec quidem anno 1430. Caetera quae de viro hoc merito dici possent, aliis disquirendum relinquo: aliud enim mihi non occurrit, quam quod, cum clavum regiminis

Folio 185.

monasterii hujus annis 28 tenuisset, tandem migravit e vita anno 1445, mensis Aprilis die 6.

Rassonem seu Erasmus, suum ex fratre nepotem, sui sacerdotii et praelaturae habuit Guillelmus successorem. Quod sane non minimum indicium est illum sui bonum odorem reliquisse fratribus, qui adhuc eo perfusi, electionem de ipsius nepote fecerunt, sibi fore persuadentes quod patruvi vestigia sequeretur. Spe et expectatione sua frustrati non fuere: digne enim in memoriam vertitur posterorum. Nam quemadmodum notabiliter auxit temporalia, ita nobis pie credendus est non minus promovisse spiritualia, et thesauros sibi in coelo condidisse, ubi fur non appropriat nec tinea demolitur.

Et quidem, quantum ad temporalia attinet, multa acquisivit, sub judicatorum locorum, seu pagorum sancti Dionysii et *Obourcq*, in terris, pratis, sylvis; vivariis et pascuis, simul facientibus circiter octoginta bonaria, uti quidem instrumentum (de quo statim) verbo seu calculo generali refert. Sed scriptoris vitio scriptum puto 80 pro 60: nam partes acquisitae; et in illo instrumento in particulari recensitae, non nisi sexaginta duo, vel tria bonaria faciunt, quorum quidem quinquaginta in loco qui Bella-Vallis dicitur, et circumcirca sita referuntur. Sed esto: adhuc magna nimis acquisitio illa fuit; quae, licet non ex oeconomia sua, sed ex pecunia, quam ab *Ælide Loucheresse*, matre sua, acceperat profecta sit, non tamen minore laude dignus est, dum quod, injuria temporum a se habere non potuit, aliunde procuravit.

Triduo vero antequam e vita migraret, praesente, inter plures alios, Joanne, ecclesiae sancti Lamberti Laetiensis abbate, pro fundando anniversario instrumentum condidit, quo recenset antedicta a se acquisita, adstruitque dictam *Ælidem*, matrem suam, in finem anniversarii perpetui, praedictam pecuniam qua dicta acquisita emerentur, donasse monasterio. Quare sancivit ipse ut jam dictum anniversarium solemniter celebretur cum vigiliis et commendationibus, et quidem quamdiu ipse viveret, annis singulis, die 6 Aprilis: qui Guillelmi patruvi ejus obitus erat; at, se mortuo, die quo ipse e vita migraret. Quod quidem ne, successu temporis, deleret oblivio, voluit dictum anniversarium necrologio inscribi, et religiosis, seu religiosorum, pitanciae, ex bonis acquisitis, viginti quatuor libras Turonenses, die praedicto, annis singulis, dari. Quae sane mihi scrupulum moverunt, scienti quod istius anniversarii, tam solemniter instituti, et per praedictam donatio-

Folio 186.

Folio 187.

nem liberaliter adeo dotati, nulla prorsus fieret memoria. Sed, dum haec revolvo statuoque annum illud onus in praxim reducere, occurrit mihi venerabilis pater dominus Joannes *Jonart*, confessarius Bethleemitarum virginum, ordinis scholarium sancti Augustini, juxta Montes, qui, cum esset religiosus hujus loci, fuissetque ante reformationem, annis pluribus, prior, scire prae omnibus poterat quid hic moris olim fuerit. Is, cum a me rogatus num aliquando praedictum anniversarium celebrari vidisset, et per plures horas id mente percogitasset, respondit tandem illud nunquam fuisse, suo tempore, celebratum, nec quod fuisset aliquando, audivisse. Sicque formidinem qua in hac re tenebar, mihi ademit; maxime cum, ad eam sopiendam, accederet quod in antedicto necrologio nulla fieret mentio anniversarii istius, cui tamen Rasso inscriptum voluerat. Fuisse tamen anniversarium illud, post mortem Rassonis, celebratum, annis pluribus, ex monasterii monumentis mihi constat, ad minus usque ad annum millesimum quadringentesimum... inclusive; et revera Rassonis genitores, ob praedictam donationem, id sibi rependi merebantur. Sed, ob longam discontinuationem, mihi visum est patres nostros illud anniversarium non continuasse, quod probabiliter scirent praedictam *Ælidem* donationem illam simpliciter et ex mera eleemosyna fecisse monasterio, sine ulla obligatione ejusmodi oneris; sed Rassonem, motu proprio et intuitu forsitan praedictae liberalitatis, jam morti proximum, sibi et genitoribus suis statuere anniversarium: quod, ut praemittitur, annis multis, celebratum fuit, sed post discontinuatum, ob rationem praedictam, a patribus nostris, opinantibus donum gratis datum, gratis acceptandum, et donatoribus fieri satis si meritorum et bonorum omnium spiritualium quae fiunt in monasterio, participes redderentur. Et certe non videtur *Ælidis* anniversarii onus intendisse, aut, si intendit, non intendit pro se et marito tantum, ut Rasso adstruit, sed simul pro Guillelmo, fratre sui mariti, olim abbate, et pro Rassone, filio suo. Nam, licet Rasso, per suum codicillum, dicat anniversarium esse utriusque parentis, illud tamen fieri decernit die obitus Guillelmi, quamdiu ipse viveret, et, se mortuo, die quo ipse moretetur. Quo datur intelligi satis *Ælidem* anniversarium non intendisse; alias enim decentius et rationabilius fuisset illud celebrari die quo aut ipsa moretetur, aut quo maritus mortuus erat: conditores enim anniversariorum illa celebrari intendunt die mortis suae, non alterius. Sed et hoc ipsum constare videtur quod Joannes et *Ælidis*, conjuges, necrologio inscripti sunt

Folio 188.

Folio 189.



die quo Guillelmus cessit e vita : quod , sine dubio , studio Rassonis eoque ita volente , factum credendum est ; utpote , cum sciret illos genitores suos munificos fuisse monasterii benefactores ( quamquam preces annuas sibi rependi non intendissent ) , pro illis oratum iri merito voluit ; et proinde ut , una die , omnium illorum et sui esset memoria et unum pro omnibus commune sacrificium , illos , una et eadem die cum Guillelmo , inscriptos necrologio voluit , ita tamen ut , se mortuo , annum sacrificium ad diem quo obiret transferretur .

Pro confirmatione praedictorum addam quod , in computibus monasterii ; qui anniversarii hujus mentionem faciunt , nusquam anniversarium Joannis et Ælidis vocatur , sed simpliciter Rassonis : quod etiam probare satis videtur Ælidem ad anniversarium non obligasse monasterium . Cum itaque , praeter antedictas rationes , religiosi nostri temporis anniversarium illud in praxi non viderint , nec fuisse in praxi audierint , indicium certum est a tanto tempore in dissuetudine fuisse , ut praesupponi possit non fuisse , et nunc minus esse obligatorium .

Folio 190.

Caeterum , cum praefuisset Rasso annis 24 , appositus est ad patres suos , 6 Octobris 1469 , qui unico ipse et Guillelmus , patruus ac praedecessor , in vetere ecclesia claudebantur sarcophago , in ingressu chori , ad latus sinistrum , in parte sinistra chori .

Ferricus de Cluniaco.

Ferricus de Cluniaco , protonotarius apostolicus et consiliarius , ac magister a requestis Serenissimi ducis Burgundiae et Hannoniae comitis , Rassoni sufficitur ex concessione Pauli 2 , qui illi abbatiam in commendam dedit , ut mox videbitur ex litteris quas , super illius provisione , idem pontifex ad conventum dedit , quarum tenor de verbo ad verbum sequitur :

« Paulus episcopus , servus servorum Dei , dilectis filiis conventui monasterii »  
 » sancti Dionysii in Broquerya , ordinis sancti Benedicti , Cameracensis dioe- »  
 » cesis , salutem et apostolicam benedictionem . Hodie monasterium vestrum , »  
 » tunc abbatis regimine destitutum , dilecto filio magistro Ferrico de Clu- »  
 » niaco , perpetuo commendatario praedicti monasterii , notario nostro , per »  
 » ipsum quoad viveret , sub certis modo et forma tenendum , regendum et »  
 » etiam gubernandum , auctoritate apostolica commendavimus ipsumque »  
 » illius administratorem deputavimus , curam , regimen et administrationem »  
 » ipsius monasterii sibi , in spiritualibus et temporalibus , plenarie commit- »  
 » tendo , prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur . Quo circa

» discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus eundem  
 » Ferricum administratorem, tamquam patrem et pastorem animarum ves-  
 » trarum, devote suscipientes, sibi obedientiam et reverentiam debitas et  
 » devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter, et effica-  
 » citer adimplere curetis, alioquin sententiam quam idem administratorrite  
 » tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque  
 » ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari. Datum Romae,  
 » apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1469, 14 kalend.  
 » januarii. »

Ex data hujus pontificiae, quae fuit ut praefertur, notandum venit monas-  
 terium, a morte Rassonis usque ad provisionem hujus Ferrici, vacasse men-  
 sibus duobus et duabus septimanis, die minus. Quod indicium est Paulum,  
 adhuc vivo Rassone, provisionem hujus abbatiae, cum vacare contingeret,  
 sibi reservasse, quemadmodum olim Clemens sextus, vivo Arnolde, fecerat,  
 ut dictum est supra, cum de Joanne abbate 24<sup>o</sup> tractaremus. Nam si pon-  
 tificex provisionem hujusmodi non reservasset, dubium non est quin conven-  
 tus, penes quem libera erat electio, ad novi abbatis electionem de gremio  
 suo processisset, statim Rassone mortuo. Caeterum, annis paucis, et non nisi  
 tribus, et, ad summum mensibus sex vel septem, praefuit.

Folio 192.

Philibertus, tituli sanctae Luciae, postea vero tituli sanctorum Joannis et  
 Pauli, presbyter cardinalis, succedit. Sed hic me dicere oportet quod, cum  
 hic Philibertus reperitur in computibus istius aevi passim vocitari *le car-*  
*dinal Mascon*, et alias *Macon*, haesitavi parumper num forte Ferricus, de  
 speciali gratia sedis apostolicae, ad cardinalatum non pervenisset, retenta  
 commenda, et mutato nomine Ferrici in nomen Philiberti, in cardinalatus  
 susceptione. Nam cum ex cognomine uterque Gallus indicetur, aliqualis in-  
 erat haesitandi dubitandive materia, quia non implicat denominativa illa de  
 Cluniaco et *Maseon* in una et eadem persona reperiri; prius scilicet a loco  
 nativitatis, seu diuturnae habitationis; posterius vero a progenitoribus trac-  
 tum. Huic dubitationi meae adblandiebatur quod Sigerus de Pastura, hujus  
 loci monachus, utriusque admodiator proventuum fuit, ut post dicam; tum  
 etiam paucitas annorum quibus ambo commendae huic praefuerant, qui nisi  
 sex fuere, et menses quinque, ac circiter dies octo, usque ad proxime se-  
 quentem. Quae quidem rationes Ferricum atque Philibertum unum et eum-  
 dem fuisse quoquo modo suadebant; sed contra sese opponebat, tum quod

Philibertus.

Folio 193.

hactenus auditum non sit quod quis nomen suum mutet, cum ad cardinalatum evehitur; tum maxime quod, praeter allegatas conjecturas, nihil haberem quo Ferricus de Cluniaco dici posset cardinalitio honore potitus. Demum occurrit computus unus istius temporis, qui mihi omnem ademit ambiguitatem; adeo ut certum sit Ferricum nunquam ad cardinalatum pervenisse, et cognomentum *Mascon* vere ad Philibertum cardinalem referri, qui utique natione Gallus fuisse potuit, utpote quia cum summi pontifices, temporibus illis, plerumque in Gallia residerent, dubio procul viros praeclaros, aut regum favore, aut quia ecclesiae utiles, ex eo regno quandoque purpura donabant. Atque eo modo, Philibertum assumptum fuisse nihil vetat, servato cognomento suo *Mascon*, aut a parentibus tracto, aut certe a loco *Mascôn*, seu *Macon*, qui civitas est in Campania, quam Matisconam, seu Matissannam nuncupamus, e qua forsani oriundus erat. Quare Philibertum et Ferricum, unum et eundem fuisse nemo putet: fuerunt enim diversi, et Ferrico Philibertus vere in commendam successit. Quod hic notatum et examinatum volui, ne quis deinceps eos confundat, et in eum labatur errorem quo prius laborabam.

Folio 194.

Philibertus autem, quamdiu commendam retinuit, vicarium, seu admodiatorem honorum et fructuum universorum semper habuit antedictum Sigerum de Pastura, uti et Ferricus habuerat; certa summa uterque contentus, quam ex mutuo conventu eis, annis singulis, transmittibat.

Demum, anno 1477, huic commendae suae cessit in manibus Sixti quarti, in favorem Henrici de *Berghes*, juris utriusque doctoris, tunc canonici Leodiensis, ac notarii apostolici.

Henricus de Berghes.

Henricus de *Berghes*, ista via, seu Philiberti favore, ad hanc commendam promotus, ejusdem, 3<sup>o</sup> Maii anni praedicti, possessionem accepit, atque, destitutis officialibus pristinis, novisque ordinatis atque constitutis, inhibuit universis debitoribus, ne qui deinceps Godefrido, a se destituto et amoto receptori, quidquam solverent. Hic Henricus Mechliniae fixerat sedem; et quemadmodum ex canonico Leodiensi factus fuerat commendatarius noster, ita, circiter biennio post aut paulo amplius, ex commendatario nominatus seu electus fuit episcopus Cameracensis, intra tempus quod interfluxit a remigialibus anni 1479, ad remigialia anni sequentis. Anno tamen 1481, confirmationem prius consecutus fuit, diebus aliquot ante tertium nonas Augusti anni praedicti, eam forte dilationem passus, quod huic commendae cedere

nollet, ut post late videbitur. Et quoniam, ipso jure, vacabat commenda per hujusmodi Henrici promotionem, idem pontifex Sixtus quartus illam denuo ante saepedicto commendavit Philiberto cardinali, tanquam ad eam jus et regressum habenti.

Philibertus itaque hanc commendam secundo adipiscitur; sed adeptam illam statim in manus sanctissimi domini reportavit: quo satis advertitur, ut mox patebit, non sine mysterio illum ad eam jus et regressum habere voluisse. Sed esto, commendae denuo adeptae cesserit: nihil obinde obstat quominus ut novellus abbas, et alius a Philiberto Philibertus, inter abbates abbas iterum numeretur. Pontifex enim illi demum abbatiam commendavit; et bullas confirmationis novae habuit. Quod cessit sponte cessit, non coacte. Imo si factum penitus consideretur, dubitabit nemo quin Philibertus non suo (ut ex facta cessione liquet), sed monasterii bono studuerit. Per hoc enim obviare voluit, tum ne in evidens abbatiae praejudicium, comestor quispiam illam obtineret dilapidaretque, tum etiam ut erga praedictum Sigerum, olim vicarium suum, sincerum praeberet affectum; et hoc pacto procuraret illi esse de abbatia provisum.

Sigerus autem tunc Romae erat, illo destinatus; opinor, a conventu, ut cum Philiberto (cui ex servitiis praestitis gratus erat) conferret ageretque quatenus is, auctoritate sua, impediret ne Henrico; ad episcopatum promotum, monasterium alteri cuiquam iterum daretur in commendam. Quo factum est ut illi malo occurrens Philibertus ad excludendos alios quoslibet, tanquam ad illam jus habens et regressum, pro seipso, ut praemittitur, supplicaverit et impetraverit. Sed ipse (adverte mysterium et Philiberti sinceritatem); post adeptam commendam, litteras seu bullas suae confirmationis, necdum accepta possessione, reportat sanctissimo domino, et novellae suae provisioni cedit in favorem et gratiam Sigeri.

Sigerus.  
Folio 196.

Sigerus de Pastura itaque (constituitur) a pontifice illi abbatiam, ex Philiberti cessione vacantem, statim conferente, tertio nonas Augusti, anno praedicto 1481. Quae quidem Sigeri promotio vel inde probatur fuisse sedi apostolicae grata quod pontifex mox mandaverit illi munus benedictionis impendi, uti, paucis post diebus, illi fuit impensum, die videlicet 19<sup>a</sup> Augusti: idque die dominica, infra missarum solemnias, ipsi dictum munus impendente reverendissimo in Christo patre domino Benedicto, archiepiscopo Mitiniensi, in ecclesia sancti Triffonis, Romae, praesentibus, seu praesentantibus reverendis

Folio 197.

patribus dominis Petro, monasterii beatae Mariae casae Dei, Praemonstratensis ordinis, Auxitanensis dioecesis, et Joanne Falcone, monasterii sancti Bernardi, extra muros Valencinensis, ordinis Cisterciensis, abbatibus.

Plura, elucidandae et examinandae hujus historiae causa, hic dicenda forent. Sed priusquam illa persequar, bullas aliquot referam quas ad Sigerum, in abbatiali dignitate stabiliendum, pontifex, uno et eodem die, non segniter voluit expediri. Eae sunt quae sequuntur.

*Bulla derogatoria Sixti quarti.*

Folio 198.

« Sixtus episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ro-  
 » mani pontificis sollicitudo requirit ut, quotiescumque ecclesiarum et mo-  
 » nasteriorum statui providere satagit, provisiones ipsae ita subsequantur  
 » ut deinceps, illarum occasione, aliquis scrupulus non generetur. Cum ita-  
 » que dilectus filius noster Philibertus, sanctorum Joannis et Pauli presby-  
 » ter cardinalis, cui dudum monasterium sancti Dionysii in Broqueria,  
 » ordinis sancti Benedicti, Cameracensis dioecesis, quod olim venerabilis fra-  
 » ter noster Henricus, tunc electus, nunc vero episcopus Cameracensis, ex  
 » concessione apostolica, in commendam obtinebat; ex eo quod ecclesiae  
 » Cameracensi, tunc pastoris solatio destitutae, de fratrum nostrorum con-  
 » silio, de persona Henrici, tunc electi, provideramus; ipsumque eidem  
 » ecclesiae praefeceramus in episcopum et pastorem; et commendam ipsam,  
 » per provisionem et praefectionem praedictas, eo ipso tunc cessasse, et  
 » cessare, dictumque monasterium adhuc, eo modo quo tempore eidem  
 » Henrico episcopo factae commendae hujusmodi vacabat, adhuc vacare; de  
 » eorumdem fratrum consilio decreveramus vacans, auctoritate praedicta,  
 » per eum, quoad viveret, retinendum, regendum et gubernandum com-  
 » mendaveramus; commendae hujusmodi hodie in manibus nostris sponte  
 » et libere cesserit; nosque cessionem hujusmodi duxerimus admittendam,  
 » ac dicto monasterio, adhuc eo modo, quo tempore ipsi episcopo primo,  
 » deinde cardinali factis commendis, vacabat, adhuc vacanti, illius vaca-  
 » tionis modum pro sufficienter expresso habentes, de persona dilecti filii  
 » Sigeri de Pastura, ipsius monasterii monachi, ipsum ordinem expresse  
 » professi, etiam hodie providere intendimus. Nos tam ejusdem monasterii,

» quam dicti Sigeri indemnitate occurrere cupientes, certam specialem  
 » reservationem praefato Henrico, de retinendo dictum monasterium, con-  
 » tingeret eum ad dictam Cameracensem, seu quamcumque aliam ecclesiam  
 » promoveri, etiamsi litterae desuper confectae forent, et in illius litteris  
 » praedictis caveatur, quod illa non censeatur revocata, nisi de ipsa reser-  
 » vatione et litteris desuper confectis praedictis, ac illarum toto tenore, de  
 » verbo ad verbum, specifica et expressa mentio habeatur, et quascumque  
 » provisiones, commendas et alias reservationes, quibuscumque personis per  
 » nos forsitan, per inadvertentiam, aut alias factas, et quaecumque inde se- Folio 199.  
 » cuta, nec constari, aut secundum illa judicari debere; irritum quoque et  
 » inane, si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter vel  
 » ignoranter attentari; motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatae  
 » petitionis instantiam, sed scientia et potestatis plenitudine praedictis, auc-  
 » toritate apostolica praedicta decernimus, et etiam declaramus, non obstan-  
 » tibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus, nec non praedictis  
 » et aliis litteris apostolicis, in genere vel specie per nos vel sedem apostoli-  
 » cam concessis, etiamsi de illis ac earum totis tenoribus specialis et expressa,  
 » in presentibus litteris, mentio habenda foret; quibus specialiter et expresse  
 » derogamus, et quas contra presentium tenorem nulli suffragari posse vo-  
 » lumus, caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus. Nulli ergo  
 » hominum liceat hanc paginam nostrae cassationis, irritationis, annullatio-  
 » nis, constitutionis, declarationis, derogationis et voluntatis infringere; vel  
 » ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit,  
 » indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum  
 » ejus, se noverit incursum. Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno  
 » Incarnationis Dominicae 1481, tertio nonas Augusti, pontificatus nostri  
 » anno decimo. »

*Alia bulla quae est absolutionis Sigeri.*

« Sixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Sigero de Pastura,  
 » monacho sancti Dionysii in Broqueria, ordinis sancti Benedicti, dioecesis Folio 200.  
 » Cameracensis, salutem et apostolicam benedictionem. Religionis zelus;  
 » vita ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita

» nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Cum ita-  
 » que hodie de persona tua, monasterio sancti Dionysii in Broqueria, ordinis  
 » sancti Benedicti, dioecesis Cameracensis, certo modo vacanti, providere  
 » intendamus, nos, ne provisio et praefectio hujusmodi ac singulae litterae  
 » desuper conficiendae, juribus vacuari possint, providere cupientes, te ab  
 » omnibus et singulis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque  
 » ecclesiasticis censuris et poenis, tam a jure, quam ab homine latis, quibus  
 » forsitan ligatus existis, ad hoc ut provisio et praefectio de persona tua eidem  
 » monasterio per nos faciendae, nec non singulae litterae praedictae inde  
 » conficiendae suum debitum sortiantur et sortiri possint effectum, autho-  
 » ritate apostolica, tenore presentium, absolvimus et absolutum fore cense-  
 » mus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et  
 » monasterii ac ordinis praedictorum juramento, confirmatione apostolica,  
 » vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque  
 » contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
 » nam nostrae absolutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si  
 » quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei  
 » et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Da-  
 » tum Romae, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1481,  
 » tertio nonas Augusti, pontificatus nostri anno decimo. »

Folio 201.

*Sequitur tertia bulla, quae est provisionis Sigeri.*

» « Sixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Sigeri, abbati mo-  
 » nasterii sancti Dionysii in Broqueria, ordinis sancti Benedicti, dioecesis  
 » Cameracensis, salutem et apostolicam benedictionem. Sollicitae considera-  
 » tionis indagine, prout officii pastoralis cura requirit, circa statum eccle-  
 » siarum et monasteriorum omnium prospere dirigendum, operosae diligen-  
 » tiae nostrae studium libenter impendimus, ut ipsis ne vacationis cujusvis  
 » praegraventur incommodis, de celcris provisionis remedio salubriter suc-  
 » curratur. Dudum siquidem cum commenda monasterii sancti Dionysii in  
 » Broqueria, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis dioecesis, quam dilec-  
 » tus filius noster Philibertus, tunc sanctae Luciae in Silice, nunc vero  
 » sanctorum Joannis et Pauli presbyter cardinalis, in commendam obtinebat;

» ex eo quod ipsae commendae hujusmodi in manibus nostris sponte et li-  
 » bere cessit; et nos cessionem hujusmodi duximus admittendam, cessante  
 » dictum monasterium, eo modo quo tempore sibi factae commendae, dic-  
 » tum monasterium vacaret, illudque sic vacans venerabili fratri nostro  
 » Henrico, tunc electo, nunc Cameracensi episcopo, et olim Leodiensi ca-  
 » nonico, notario nostro, per eum, quoad viveret, tenendum, regendum  
 » et gubernandum commendavissemus, et deinde de persona dicti Henrici Folio 202.  
 » ecclesiae Cameracensi, tunc certo modo pastoris officio destitutae, de  
 » fratrum nostrorum consilio, apostolica auctoritate, providissemus, ip-  
 » sumque Henricum eidem ecclesiae praefecissemus in episcopum et pasto-  
 » rem, nec non commendam monasterii sancti Dionysii hujusmodi eidem  
 » Henrico per nos. ut praemittitur, factam per provisionem et praefectionem  
 » praetactas, eo ipso tunc cessasse et cessare, dictumque monasterium, ad-  
 » huc eo modo quae tempore eidem Henrico episcopo factae commendae  
 » hujusmodi vacabat, vacare, ipsumque Philibertum cardinalem ad illud  
 » regressum habere, ad eum spectare et pertinere; de eorundem fratrum  
 » consilio, decrevissemus, pro potiori cautela, dictum monasterium, quovis  
 » modo vacaret, per eundem Philibertum cardinalem tenendum, regendum  
 » et gubernandum, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate apostolica,  
 » sibi denuo commendavimus curam, regimen et administrationem dicti  
 » monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo;  
 » postmodum vero monasterio predicto, ex eo quod idem Philibertus car-  
 » dinalis, litteris super ultimo dicta commenda expeditis, et nondum dicti  
 » monasterii possessione per eum habita, hodie ultimae commendae hujus-  
 » modi in manibus nostris sponte cessit, nosque cessionem hujusmodi duxi-  
 » mus admittendam, adhuc eo modo tempore eidem Philiberto cardinali  
 » factae primo dictae commendae, vacabat, adhuc vacante; nos, ejusdem  
 » monasterii verum vacationis modum, etiamsi ex illo, vel alias, aliqua ge-  
 » neralis, vel specialis reservatio resultet, praesentibus pro expresso habentes. Folio 203.  
 » ac ad provisionem ejusdem monasterii celerem et felicem, ne longe vaca-  
 » tionis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes;  
 » post deliberationem quam de proficiendo eidem monasterio personam  
 » utilem et etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligentem,  
 » demum ad te monachum claustralem, ipsius monasterii, dictum ordinem  
 » expresse professum, in presbyteratus ordine et aetate legitima constitutum,



» et de cujus persona, olim ad dictum monasterium electa, illi auctoritate  
 » apostolica provisum fuit, religionis zelo et litterarum scientia praeditum,  
 » nec non vitae munditia, honestate morum decorum, in spiritualibus com-  
 » modum, et in temporalibus circumspectum, ac in aliis multiplicium vir-  
 » tutum donis, prout fide dignorum testimoniis accepimus insignitum,  
 » direximus oculos nostrae mentis. Quibus omnibus debita moderatione  
 » pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus, ob dictorum tuorum  
 » exigentiam meritorum accepta, eidem monasterio, de ipsorum fratrum  
 » consilio, auctoritate apostolica, providemus, teque illi praeficimus in ab-  
 » batem, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii tibi, in  
 » spiritualibus et temporalibus, plenario committendo; in illo qui dat gra-  
 » tias et largitur praemia confidentes, quod, dextra Domini tibi assistente  
 » propitia, praefatum monasterium sub tui regiminis cura grata, in ejus  
 » eisdem spiritualibus et temporalibus, suscipiet incrementa. Quocirca dis-  
 » cretioni tuae, per apostolica scripta, mandamus quatenus impositum tibi  
 » a Domino onus regiminis et administrationis ejusdem monasterii, prompta  
 » devotione, suscipiens, curam, regimen et administrationem praedictas sic  
 » sollicite geras fideliter et prudenter, quod per tuae diligentiae studium  
 » fructuosum, ipsum monasterium provide et fructuoso administratori gau-  
 » deat se commissum, tuque, praeter aeternae retributionis praemium, nos-  
 » tram et apostolicam sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi  
 » merearis. Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Do-  
 » minicae 1481, 3<sup>o</sup> nonas Augusti, pontificatus nostri anno decimo. »

Folio 204.

*Sequitur quarta bulla, quae est exhortationis, seu mandati ad Henricum  
 episcopum.*

« Sixtus, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Cameracensi  
 » salutem et apostolicam benedictionem. Hodie monasterio sancti Dionysii  
 » in Broqueria, ordinis sancti Benedicti, tuae dioecesis, certo modo quem  
 » in aliis nostris litteris haberi volumus pro expresso vacanti, de persona  
 » dilecti filii Sigeri, ipsius monasterii abbatis, de fratrum nostrorum con-  
 » silio, apostolica auctoritate providimus, ipsumque illi praefecimus in  
 » abbatem, curam, regimen et administrationem ejusdem monasterii sibi,

» in spiritualibus et temporalibus, plenarie committendo, prout in eisdem  
 » litteris plenius continetur. Cum igitur, ut idem Sigerus abbas in commisso  
 » sibi dicti monasterii regimine utilius proficere valeat, favor tuus illi fore Folio 205.  
 » noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur  
 » attente, per apostolica scripta, tibi mandantes quatenus eundem Sigerum  
 » abbatem et commissum sibi praefatum monasterium, ordinario jure tibi  
 » subjectum habens, pro nostra et dictae sedis reverentia, propensius com-  
 » mendatos, sic eos tui favoris praesidio prosequaris, quod idem abbas, per  
 » auxilium tuae gratiae, in commisso sibi dicti monasterii regimine utilius  
 » ibi proficere valeat, tuque proinde divinam misericordiam et nostram, ac  
 » dictae sedis benedictionem et gratiam consequi merearis. Datum Romae,  
 » apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1481, 3<sup>o</sup> nonas au-  
 » gusti, pontificatus nostri anno decimo. »

*Quinta bulla quae est ad conventum sancti Dionysii.*

« Sixtus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis conventus monas-  
 » terii sancti Dionysii in Broqueria, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis  
 » dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Hodie monasterio vestro,  
 » certo modo quem in aliis litteris nostris haberi voluimus pro expresso,  
 » vacanti, de persona dilecti filii Sigeri, ipsius monasterii abbatis, de fra-  
 » trum nostrorum consilio, apostolica auctoritate, providimus, ipsumque  
 » illi prefecimus in abbatem, curam, regimen et administrationem ejusdem  
 » monasterii sibi, in spiritualibus et temporalibus, plenarie committendo,  
 » prout in eisdem litteris plenius continetur. Quocirca, discretioni vestrae, Folio 206.  
 » per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Sigerum, tanquam  
 » patrem et pastorem animarum vestrarum, grato admittentes honore et  
 » exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejusdem  
 » salubria monita et mandata suscipiatis, ac humiliter et efficaciter adimplere  
 » curetis, alioquin sententiam quam idem abbas rite tulerit in rebelles, ra-  
 » tam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem  
 » condignam, inviolabiliter observari. Datum Romae, apud sanctum Petrum,  
 » anno Incarnationis Dominicae 1481, 3<sup>o</sup> nonas Augusti, pontificatus nostri  
 » anno decimo. »

*Sexta bulla quæ est ad vasallos monasterii.*

« Sixtus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis vasallis  
 » monasterii sancti Dionysii in Broqueria, ordinis sancti Benedicti, Came-  
 » racensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Hodie, monas-  
 » terio sancti Dionysii in Broqueria, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis  
 » dioecesis, certo modo quem in aliis litteris haberi voluimus pro expresso,  
 » vacanti, de persona dilecti filii Sigeri, ipsius monasterii abbatis, de fra-  
 » trum nostrorum consilio, apostolica auctoritate, providimus, ipsumque  
 » illi præfecimus in abbatem, curam, regimen et administrationem ipsius  
 » monasterii sibi, in spiritualibus et temporalibus, plenarie committendo,  
 » prout in eisdem literis plenius continetur. Quocirca universitati vestrae,  
 » per apostolica scripta mandamus eundem Sigerum, pro nostra et dictæ  
 » sedis reverentia, grato suscipientes affectu, et debita honorificentia prose-  
 » quentes, et fidelitatem solitam nec non consueta servitia et jura sibi a  
 » vobis debita, exhibere integre studeatis; alioquin sententiam et penam  
 » quam idem abbas rite tulerit, sive statuerit in rebelles, ratam habebimus  
 » et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, in-  
 » violabiliter observari. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incar-  
 » nationis Dominicæ 1481, 3<sup>o</sup> nonas Augusti, pontificatus nostri anno  
 » decimo. »

Folio 207.

En bullas quas ante promisi. Illis abunde probatur Sixtum pontificem nihil juris prætermisisse in Sigeri nostri promotione. Sed quis, iis munitus, non putaretur securus? Ecquis, iis lectis, putaretur adhuc contradictioni atque oppositioni locus? Sed quis putaret episcopum pontificia decreta non curare? Nonne diceres Sigerum nullum pati posse impedimentum? Passus est tamen, Deus bone! Quid non molitur auri sacra fames? Henricus episcopus factus, ignorabat elogium illius sancti viri qui postmodum dixit: *Domine, jam satis est*; experimento enim didicerat annorum quatuor hanc abbatiam, sive commendam, ad lardandum episcopatum suum sibi commodam et utilem. Ea propter Sigerum sese murum opposuit, et predictis literis, seu bullis apostolicis, non deferens, fultus auctoritate saecularis curiæ (ad quam habebat recursum), prædicti Sigeri patientiam amplius quam anno integro, his in partibus, et Romæ, triennio litigiorum technis exercuit, ut post dicetur, ea

sola ratione fundatur, quod pontifex certam specialem reservationem ei antea fecisset, de retinendo, quoad viveret, monasterium hoc in commendam, licet contingeret illum ad dictam Cameracensem, seu quaecumque aliam, ecclesiam promoveri. Pontifex vero advertens illum dictas bullas sprevisse, et maxime illam quam supra primam posuimus, quae est cassatoria et revocatoria omnium hujusmodi reservationum, non potuit non aegerrime ferre. Id litterae testantur quas ad eum dedit, quarum tenore, illum et omnes illi favorem, auxilium vel consilium contra Sigerum dantes excommunicat privatque omni dignitate et officio, quousque Sigerus realem et actualem sui officii et dignitatis possessionem efficaciter assequatur, ut plenius adverti poterit ex transcripto earundem litterarum; quod hic gratum forsitan facturum posteris nostris subjicio, sed maxime ne pereat, cum enim illud chartaceum sit et lacerum vetustas pene illegibile fecit. Tenor igitur illius est ut sequitur, utque per notarios publicos signatum reperi sic incipiens :

« In nomine Domini, amen. Cunctis praesens publicum instrumentum in-  
 » specturis fiat manifestum quod nos, notarii publici subscripti, litteras  
 » apostolicas serenissimi in Christo patris et domini nostri Sixti, divina pro-  
 » videntia papae quarti, ejus veras bullas plumbeas, cum cordulis sericis rubei  
 » croceique coloris impendentibus bullatas, sanas siquidem et integras,  
 » non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni  
 » prorsus vitio et suspicione carentes, nobis praesentatas, ad manus nostras Folio 209.  
 » recepimus; quarum quidem litterarum tenor sequitur, et talis est :  
 » Sixtus, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico, epi-  
 » scopo Cameracensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum siqui-  
 » dem, videlicet sub data 3<sup>o</sup> nonas Augusti, pontificatus nostri anni decimo,  
 » cum commenda monasterii sancti Dionysii in Broqueria, ordinis sancti  
 » Benedicti, tuae dioecesis, quod dilectus filius noster Philibertus, tunc ti-  
 » tuli sanctae Luciae in Silice, nunc vero tituli sanctorum Joannis et Pauli  
 » presbyter cardinalis, ex concessione et dispensatione apostolica, in com-  
 » mendam obtinebat, eo quod ipse commendae hujusmodi in manibus nos-  
 » tris sponte et libere cessit, nosque cessionem hujusmodi duximus admit-  
 » tendam; cumque monasterium eo modo quo tempore tibi factae commendae  
 » vacabat, vacaret, illudque sic vacans, tibi, tunc canonico Leodiensi, notario  
 » nostro, per te, quoad viveres, tenendum, regendum et gubernandum com-  
 » mendavisset; et deinde de persona tua ecclesiae Cameracensi, tunc certo

Folio 210.

» modo pastoris solatio destitutae, de fratrum nostrorum consilio, aucto-  
 » ritate apostolica, providissemus; teque eidem ecclesiae praefecissemus in  
 » episcopum et pastorem, nec non commendam monasterii hujusmodi tibi,  
 » per nos, ut praemittitur, factam per promotionem et praefectionem prae-  
 » dictas, eo ipso tunc cessasse et cessare; ipsumque monasterium, adhuc eo  
 » modo quo tempore tibi factae commendae hujusmodi vacabat, vacare; ip-  
 » sumque Philibertum cardinalem ad illud jus habere, ac ad eum spectare  
 » et pertinere, de eorumdem fratrum consilio decrevissemus, et, pro potiori  
 » cautela, dictum monasterium, quando vacaret, per eundem Philibertum  
 » cardinalem tenendum, regendum et gubernandum, de ipsorum fratrum  
 » consilio, auctoritate praedicta, demum providissemus, curam, regimen et  
 » administrationem dicti monasterii sibi, in spiritualibus et temporalibus,  
 » plenarie committendo. Postmodum monasterio praedicto, ex eo quod ipse  
 » idem Philibertus cardinalis, litteris apostolicis super ultimo dicta com-  
 » menda hujusmodi expeditis, et nondum dicti monasterii per eum posses-  
 » sione habita, ultimae commendae hujusmodi in manibus nostris sponte  
 » cesserat, nosque cessionem hujusmodi duximus admittendam, monasterio  
 » eo modo quo tempore eidem Philiberto cardinali factae primo commendae  
 » vacabat, adhuc vacante, de persona dilecti filii Sigerii de Pastura eidem  
 » monasterio, de eorumdem fratrum consilio, auctoritate praedicta, provi-  
 » derimus, ipsumque illi praefecerimus in abbatem, curam, regimen et ad-  
 » ministrationem ejusdem monasterii sibi, in spiritualibus et temporalibus,  
 » plenarie committendo, prius tamen certam specialem reservationem tibi,  
 » de retinendo dictum monasterium, si contingeret te ad dictam ecclesiam  
 » Cameracensem, seu quamcumque aliam promoveri, etiamsi litterae desu-  
 » per confectae, motu proprio, et ex certa scientia nostra, et de plenitudine  
 » potestatis, ac cum quibusvis clausulis concessae forent, et in illius litteris  
 » caveretur quod illa non censeretur revocata, nisi de ipsa revocatione et lit-  
 » teris desuper confectis praedictis, ac illarum toto tenore, de verbo ad ver-  
 » bum, specifica et expressa mentio haberetur. Et quascumque provisiones,  
 » commendas et alias reservationes quibuscumque personis, de ipso monaste-  
 » rio, sub quibusvis verborum formis, per nos forsitan factas, et quaecumque  
 » inde secuta, necnon quascumque illarum litteras cassavimus, irritavimus,  
 » annullavimus, prout in singulis nostris desuper confectis plenius contine-  
 » tur. Cum itaque postmodum, sicuti nuper, non sine displicentia, accipi-

Folio 211.

» mus, tu quem pontificali dignitate decoravimus, et aliorum judicem et  
 » rectorem deputavimus, qui etiam de fidelitate et obedientia nobis et apo-  
 » stolicae sedi impendenda, et provisiones a nobis et sede praedicta emanatas  
 » non impediendo, corporale praestisti juramentum: his et Dei timore post-  
 » positis, dictae reservationis per nos cessante praetextu, regimen et admi-  
 » nistrationem dicti monasterii quae antea gerebas, de facto continuasti,  
 » ipsumque monasterium, absque aliquo titulo detinuisti, prout detines in-  
 » debite occupatum, ac fecisti et facis quominus dictus Sigerus, verus ipsius  
 » monasterii abbas, pacificam possessionem assequatur; et, quod deterius  
 » est, ad tuendum te in perniciosa voluntate et malitia tua nonnulla laicalia  
 » mandata, in eversionem ecclesiasticae libertatis, dicere impetrasse, et con-  
 » tra ipsum Sigerum exequi fecisse, mores boni pastoris prosternendo, in  
 » magnum ipsius Sigeri praepjudicium, animae tuae detrimentum, sedis prae-  
 » dictae contemptum, ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum;  
 » nos volentes, prout debemus, tantae temeritati obviare, et ut provisio,  
 » per nos ipsi Sigero facta, quibusvis obstaculis per nos rejectis et sublatis,  
 » absque retardatione, suum debitum sortiatur effectum, opportune provi-  
 » dere, motu proprio, non ad ipsius Sigeri, vel alterius, pro se, nobis super  
 » hoc oblatae petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, et ex certa  
 » nostra scientia, justitia et aequitate nobis suadentibus, te ac quoscumque  
 » alios tibi, in praemissis, consilium vel favorem ad impediendum effectum  
 » dictae provisionis, directe vel indirecte, quovis quaesito colore, dantes vel  
 » praestantes, cujuscumque status, gradus et ordinis vel praeminentiae seu  
 » dignitatis fuerint, in virtute sanctae obedientiae et sub poenis ac censuris  
 » inscriptis quas ultra alias poenas et censuras a jure vel praedecessoribus nos-  
 » tris et a nobis contra talia facientes (quas etiam in suo robore permanere  
 » decernimus), contra faciendo, eos, eo ipso, incurrere volumus, et a qui-  
 » bus, ab alio quam Romano pontifice (nisi in mortis articulo constituti)  
 » absolvi nequeant, requirimus et monemus, ac tibi et eis, per haec scripta,  
 » districte mandamus quatenus, statim post exhibitionem et insinuationem  
 » praesentium tibi et eis factas, omni exceptione et excusatione semotis, ac  
 » cujusvis appellationis vel contradictionis obstaculo rejecto, eidem Sigero,  
 » vel procuratori suo, corporalem, realem et actualem possessionem regi-  
 » minis et administrationis bonorum dicti monasterii juriumque et pertinen-  
 » tiarum eorumdem libere et expedite, ac cum effectu dimittatis, tradatis et

Folio 213.

» assignetis, alioquin ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, te a  
 » divinis suspendimus, teque et fautores praedictos, tenore praesentium, ex-  
 » communicamus, ac excommunicatos et decernimus et declaramus, teque  
 » ecclesiae Cameracensis, ac te et eos omnibus et singulis dignitatibus, per-  
 » sonatibus, administrationibus, beneficiis et officiis ecclesiasticis, motu et  
 » scientia praedictis, privamus, illasque et illa vacare, et libere aliis personis,  
 » per quos id contingit, conferri posse decernimus; teque et eos ad illas vel  
 » illa, ac similes vel similia in posterum obtinenda, perpetuo inhabilitamus.  
 » Loca vero ad quae te et eos declinare contigerit, ex tunc ecclesiastico sup-  
 » ponimus interdicto, quousque Sigerus pacificam possessionem regiminis  
 » et administrationis bonorum dicti monasterii fuerit assecutus. Et nihilo-  
 » minus, motu et scientia similibus, universis et singulis abbatibus, priori-  
 » bus, praepositis, decanis, archidiaconis, cathedralium seu metropolitana-  
 » rum ecclesiarum canonicis, parochialium ecclesiarum rectoribus, plebanis,  
 » vice-plebanis, capellanis, vicariis, presbyteris, notariis et tabellionibus  
 » publicis, ubicumque in Cameracensi, Leodiensi, Trajectensi, Tornacensi et  
 » Morinensi civitatibus et dioecesisibus, et eorum cuilibet, tenore praesentium,  
 » mandamus quatenus omnia et singula praemissa, ubi et quando expedierit,  
 » solemniter publicantes et insinuantes, te et fautores praedictos, quos legi-  
 » timae constiterit monitioni et mandatis nostris hujusmodi non paruisse,  
 » cum effectu et cum eorum propriis nominibus et cognominibus excommu-  
 » nicatos, te a divinis suspendimus, et ecclesiam Cameracensem ac te et fau-  
 » tores praedictos dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis et  
 » beneficiis praedictis privatos, illasque et illa, eo ipso, vacavisse et vacare, ac  
 » libere aliis conferri posse; teque et fautores praedictos ad illas et illa ac si-  
 » milia in posterum obtinenda, inhabiles esse, ac loca ad quae te et eos decli-  
 » nare contigerit, ecclesiastico supposita interdicto fore denuntient et faciant  
 » ab aliis denuntiari, ipsosque excommunicatos ab omnibus arctius evitari,  
 » et impositum interdictum hujusmodi firmiter observari, donec ipsi excom-  
 » municati omnia et singula quae fieri mandavimus, impleverint, ac exinde  
 » meruerint beneficium absolutionis obtinere, non obstantibus constitutio-  
 » nibus, ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.  
 » Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, voluntatis,  
 » requisitionis, mandati, suspensionis, excommunicationis, decreti, declara-  
 » tionis, privationis, inhabilitationis et suppositionis infringere; vel ei, ausu

Folio 214.

» temerario, contraire. Si quis autem attentare praesumpserit, indignatio-  
 » nem omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se no-  
 » verit incursum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis  
 » Dominicae 1481, pridie idus Octobris, pontificatus nostri anno duodecimo. »  
 — « Quibus litteris per nos, ut praemittitur, acceptis, eas mature inspeximus,  
 » quas, ut praemittitur, sanas et illaesas et ab omni suspitione carentes re-  
 » perimus. Et quia, post diligentem, per nos notarios subscriptos praesenti-  
 » transumpto seu transcripto, una cum testibus subscriptis, et in eorum prae-  
 » sentia, ad ipsas litteras originales praeinsertas factam collationem et aus-  
 » cultationem, praesens transumptum seu transcriptum, cum ipsis litteris  
 » originalibus, in omnibus et per omnia concordare invenimus, nil addito  
 » seu mutato quod facti substantiam immutet aut variet intellectum : idcirco  
 » hoc praesens transumptum seu transcriptum exinde confecimus, illudque  
 » signis et nominibus nostris solitis signavimus; ita et taliter quod praesenti  
 » transumpto seu transcripto fides merito potest adhiberi indubitata. Acta  
 » fuerunt haec Brugis, in ecclesia sancti Donatiani. Ibidem, anno Domini  
 » 1482, secundum modum scribendi in ecclesia gallicana, indictione prima,  
 » mensis Januarii, die 12, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini  
 » nostri Sixti, divina providentia papae quarti, anno 12<sup>o</sup>; praesentibus ad  
 » haec discretis viris magistro *Aegidio de Lespière*, et Joanne *Cleyman*,  
 » clericis Tornacensis dioecesis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et  
 » rogatis.

» *Ita est, P. DE ALNETO, N.*

» *Ita est, J. DE QUERCU, N. pub. »*

Ex hac bulla facile advertitur quam Henricus Sigerus nostro, auctoritate  
 licet apostolica confirmato et benedicto in abbatem, ut supra diximus, per-  
 tinaciter obstiterit, qui nec fulminatis in se et suos censuris terreri aut co-  
 hiberi potuit, quominus abbatiam in commendam retineret. Quae causa  
 Sigerum amplius quam anno in partibus, triennioque Romae litigiis exer-  
 cuit vivum, et sepelivit mortuum; ibi enim corpusculi sui deposuit sarcinam  
 die xj Decembris, anno 1484. Sed an rebus ex animo confectis dubitari po-  
 test : nam Henricus ad annum usque 1487, sine interruptione, rexisse  
 reperitur; et, illo anno, pastorem in *Steenkerke* bonorum Angensium recep-  
 torem habuisse. Quo argumento, Sigerus non videretur aut suum unquam



triumphasse adversarium, aut, si triumphavit, inde saltem sequi eum, parta victoria, statim mortuum, et pontificem monasterium sic vacans Henrico quasi jus et regressum ad illud habenti, ut ante de Philiberto diximus, deum commendavisse. Et hoc existimo verum; nam praeter traditionem quae a patribus istius aevi ad nos usque profecta, illum passim abbatem hujus monasterii fuisse testatur, necrologium quoque istius temporis illi abbatis nomen tribuit: quod sane merito non fieret, si Sigerus contra Henricum aut causa cecidisset, aut ante controversiae terminum e vita migrasset. Quod enim Romae mandante pontifice confirmatus atque benedictus in abbatem hujus monasterii fuit, dici propterea abbas hujus monasterii non potuit, si hoc monasterium (cujus intuitu benedictionis munus acceperat), suo pastore destitutum non erat. Sed destitutum per causae decisionem plane existimo fuisse, et Henricum ad illud, Sigero statim Romae mortuo, regressum habuisse. Proinde dicto Sigero inter abbates, sine injuria, locum negare non ausim, etsi facile putem eum ad realem monasterii possessionem morte praeventum non habuisse.

Folio 217.

Sed hic nobis iterum oritur difficultas. Nam cum supra dixerim Henricum in possessionem commendae hujus introisse, tertio die Maii anno 1477, et haec ante scripta bulla e contra asserere prima fronte videatur abbatiam illi prius commendatam fuisse, tertio nonas Augusti, anno pontificatus Sixti 4<sup>i</sup> decimo, qui erat 1481<sup>us</sup>, non videtur quomodo illa quatuor annorum differentia subsistere aut conciliari possit? Cum tamen ita sese res habeat, Henricum scilicet in commendae hujus possessionem introisse, die 3<sup>o</sup> Maii, anno praedicto 1477, interpretationis loco dicam advertendum esse quod praedicta ad Henricum bulla tria maxime specificè contineat quae hanc nobis obscuritatem movent. Quae tamen accuratius considerata et examinata facile omne dubium tollunt. Primum est bina Philiberti cardinalis commendae huic cessio: illa scilicet qua primum in Henrici, et illa qua deinde in Sigero favore cessit. Secundum est bina Henrici promotio: 1<sup>a</sup> ad hanc commendam, et 2<sup>a</sup> ad episcopatum Cameracensem. Tertium vero est de hac praelaturae provisio Sigero nostro facta. Haec tria, primo intuitu, videntur 3<sup>o</sup> nonas Augusti facta et expedita. Verum non est qui non statim videat id impossibile esse; cum enim illa omnia sint sibi invicem succedentia, non potuerunt simul contigisse et uno et eodem die expediti. Debuerat namque Philibertus commendae cessisse, priusquam Henricus in eam introiret, et priusquam eandem

Folio 218.

commendam Philibertus resumeret, debuerat utique Henricus, episcopus factus, ei cessisse, et sic de reliquis. Quare cum uno eodemque ista fieri non potuerint, sed diversis et interpolatis temporibus, bulla intelligenda est de secunda cessione quae Philibertus in favorem Sigeri cessit, non autem de prima qua in favorem cesserat Henrici, virtute cujus supra diximus Henricum in possessionem commendae, 3<sup>o</sup> Maii, anno 1477, introisse. Hoc facile patebit si consideretur quod cessiones et provisiones praedictae priores fuerint provisione Sigeri ad praelaturam. Promotum autem illum fuisse 3<sup>o</sup> nonas Augusti, anno 1481, constat tam ex praedicta bulla ad Henricum episcopum, quam ex aliis sex quas ante praemisimus, quae die et anno praedictis expeditae fuerunt, in id solum respicientes ut pacificam possessionem Sigerus assequeretur.

Nunc vero, quoniam supra pluries diximus Sigerum in abbatem sancti Dionysii Romae fuisse benedictum, ejus rei testimoniales subsequenter referre visum est. Illae enim tum ad majorem rei notitiam conferunt, tum etiam ad probandum pontificem nihil omisisse quominus Sigerus dignitatis sibi collatae compos fieret. Eae igitur sunt ut sequuntur :

« Universis praesentes inspecturis Guillelmus, miseratione divina episcopus  
 » Ostiensis, sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalis Rothomagensis, do-  
 » mini papae camerarius, salutem in Domino. Universitati vestrae notum  
 » facimus per praesentes quod reverendus in Christo pater dominus Bene-  
 » dictus, archiepiscopus Mitinensis <sup>1</sup>, in Romana curia ex speciali commis-  
 » sione nostra, de mandato sanctissimi in Christo patris et domini nostri  
 » Sixti, divina providentia papae quarti, super hoc vivae vocis oraculo nobis  
 » facto, ac etiam auctoritate nostri camerariatus officii in ecclesia sancti  
 » Triffonis. De alma urbe, assistentibus RR. patribus dominis Petro, mo-  
 » nasterii Beatae Mariae casae Dei, Praemonstratensis ordinis, Auxitanensis  
 » dioecesis, et Joanne Falco (*Falcone?*), monasterii sancti Bernardi, extra muros  
 » Valentiniensis, Cisterciensis ordinis, abbatibus, die datae praesentium, re-  
 » verendo patri domino Sigero, abbati monasterii sancti Dionysii in Broqueria,  
 » ordinis sancti Benedicti, Cameracensis dioecesis, infra missarum solem-  
 » nia, munus benedictionis aliis abbatibus impendi et conferri solitum im-  
 » pendit et contulit, juxta formam et consuetudinem sacrosanctae Romanae  
 » ecclesiae in talibus observari consuetas. In quorum testimonium, praesentes

<sup>1</sup> Pag. 537, *Mitiniensis*, peut-être *Mitylinensis*, *Ann. de la Soc. de l'hist. de France*, 1846, dans l'île de Lesbos, ou *Metenensis*, en Numidie. pp. 160, 165.

Folio 220.

» litteras fieri sigillique nostri camerariatus officii jussimus et fecimus appen-  
 » sione muniri. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno a Nativitate  
 » Domini 1481, indictione 14, die dominica 19 mensis Augusti, pontificatus  
 » vero sanctissimi in Christo patris et domini nostri Sixti, divina providentia  
 » papae quarti, anno decimo. »

Ex his testimonialibus et bullis antescriptis valide constat abbatiam hanc Sigero fuisse collatam, et in ejusdem abbatem, auctoritate apostolica, fuisse benedictum. Sed quia Henricus, adhuc annis pluribus post ejus mortem, abbatiam sine interruptione rexit, certum videtur quod supra etiam notavi : Henricum scilicet statim Sigero mortuo, in eandem commendam demum introisse, utpote qui eam retinuit ad annum 1487, quo, ad terram sanctam peregrinaturus, eam tandem resignavit Joanni *Lefort*, mediante sexcentorum florenorum annorum pensione.

Johannes Lefort.

Joannes *Lefort* itaque hoc modo Henrico episcopo sufficitur, et praetactam 600 florenorum pensionem, ex pacto, illi duobus terminis annue pendit; itque supra expensas omnes quae ad eam confirmandam in curia Romana forent missae. Henricus vero ex commendataria hujus loci pensionarius factus; adhuc vixit pensionemque recepit annis 14.

Folio 221.

Haec autem resignatio fuit praedicto Joanni nonnihil onerosa : Romae enim charta cara et scriptores avari, quamobrem, ad procurandam confirmationem sibi factae resignationis, Romam mittere debuit quingentos florenos, sed necdum satis, nam, re impetrata, oportuit eum rebursare cuidam Antverpiensi bis mille triginta quinque florenos et asses quindecim, pro cambio, et bulla confirmationis praedictae quae prius illuc appulerat mense Julio anni sequentis. Quare, cum pecunia multa Joanni opus esset, decimas Havrenses Petro Rogerio et Joanni *Walepois*, Montensibus, ad terminum duodecim annorum elocavit, pro centum florenis in annos singulos, anticipata totius termini pecunia, faciente mille et ducentos florenos.

Non diu post, Joannes munus benedictionis accepit Bruxellae, ab ipso Henrico, episcopo, tunc Jerosolymis immediate reverso. Expensae dictae benedictionis, tam Bruxellae quam in monasterio, pro gaudio suo ingressu seu potius regressu ascenderunt ad centum et tres florenos, ad denarios 12. Quo constat nonnihil bene excepisse suos et eorum tunicas tinxisse in sanguine uvae : illo eum adhuc tempore parva pecunia vivebatur, et plus rerum habebatur pro centum florenis, quam modo haberi possent sexcentis.

Hic Joannes monasterio praefuit et profuit; nam multa bona acquisivit in dominiis pagorum sancti Dionysii et *Obourg*, quorum partes unico comprehenduntur instrumento, simul facientes circiter triginta bonaria terrae maxime arabilis. Qui tandem, cum annis 24, a tempore sibi factae resignationis, laudabiliter rexisset, appositus est ad patres suos in vigiliis sancti Thomae apostoli, anno 1511, et tumultus in medio choro tam veteris quam praesentis ecclesiae, communem resurrectionem expectat mortuorum, cum Christo tunc in perpetuas aeternitates regnaturus. Die autem altero qui sancti Thomae sacer erat, invocata prius sancti Spiritus assistentia, novi abbatis fit electio; et, concorde religiosorum suffragio, sors cadit super *Aegidium Cambier*.

Folio 222.

*Aegidius Cambier* sic in pridie mortui locum electus, confirmatur die ultimo decembris ejusdem anni 1511, a vicariis generalibus, Jacobo de *Croy* episcopo, a *Cameraco* tunc absente. Anno vero sequente, benedicitur dominica post festum sancti Sacramenti, in ecclesia *Cordigerorum Montensium*.

*Aegidius Cambier.*

Is regere pertaesus, anno 1519, suae praelationis 8<sup>o</sup>, dignitatem abbatialem resignavit Joanni *Dorimont*, et vixit nihilominus ad annum 1531, quo, die 4<sup>o</sup> Martii, coelum possessurus terram reliquit.

Joannes *Dorimont* itaque, natione *Montanus*, ex resignatione, ut praemititur, succedit, et in praedicta *Cordigerorum* ecclesia etiam benedicitur a Joanne *Briselot*, *Cameracensi* suffraganeo, canonico sanctae *Waldetrudis* et sacrae majestatis *Caroli-Quinti* confessario. Hic, cum annis 17 praefuisset, fere sexagenarius, *Franciscum de Behault*, suum ex sorore nepotem, sibi designavit coadjutorem, die 3<sup>o</sup> Augusti, anno 1535. Sed prius moritur anno 1545, die 23 Aprilis.

*Joannes Dorimont.*

*Franciscus de Behault* itaque coadjutor electus, sequente anno prius patientes suas a *Carolo-Quinto* impetrat, die 19 Junii.

*Franciscus de Behault.*

Hic *Franciscus* annorum 21 tantum erat, et ordine sacro diaconus; ex dispensatione tamen *Pauli tertii*, anno aetatis suae 23<sup>o</sup>, prima sacra litavit. Sed nihilominus nonnisi annis septem post, anno scilicet 1543, mensis Junii die 5<sup>o</sup>, bullas pontificias ad praedictam coadjutoriam suam confirmatorias obtinere a Romano pontifice potuit. Quae autem tantae remorae causa extiterit, non potest a me alia conjici, quam quod, toto illo septennio, pro diminutione seu moderatione annatae et compositionis coadjutoriae, quae diversa sunt, sit *Romae* haesitatum. Nam cum dignitas pontificia multis egeat, magna utique jura praestolabantur. Licet fructus annui hujus monasterii inve-

nirentur in libris camerae apostolicae notati seu aestimati tantum mille ducatis, et taxa ordinaria solummodo antea fuisset quingentorum ducatorum ejusdem camerae, tamen dominus datarius ex officio, triplicatam summam, mille scilicet et quingentos ducatos pro sola compositione coadjutoriae, et pro annata, alios septingentos ducatos requirebat; et pro taxis minorum servitorum palatii apostolici et aliis concernentibus expeditionem praedictarum bullarum, alii quoque ducenti ducati veniebant numerandi. Quae summae, solvendo ad rigorem, simul fecissent bis mille et quingentos ducatos qui, juxta aestimationem seu valorem illius temporis, faciebant quatuor millia et octingentos florenos carolinos: modo vero accipiendo tantum quemlibet ducatum pro 4 florenis, facerent decem millia florenorum. Quare mirum non est quod tanto temporis tractu expeditio dilata fuerit. Verum cum nihil sit ita durum quod non consumatur usu, ita, post multam sollicitationem et multiplices impensos labores, facta tandem moderatione, et summa hujusmodi impensarum reducta ad mille sexcentos nonaginta et unum ducatos, negotium finem habuit; et bullae appulerunt die et anno quibus supra.

Folio 224.

Sed praeter expensas illas majores, dubium non est quin toto illo septennio, ejus rei intuitu, alias plures facere oportuerit; sed nec sollicitatorum salaria et gratiosae compensationes illis comprehenduntur, sicut (ne quid omittam), nec portatura bullarum, quae quatuor constitit florenis.

Receptis autem bullis confirmationis, ut ante dictum est, Franciscus in realem coadjutoriae suae possessionem intromittitur, die 28 Decembris ejusdem anni 1543, a Gaspare *Govaerts*, publico sacra imperiali auctoritate notario: idque juxta formam et tenorem litterarum apostolicarum, dependenter scilicet prorsus in omnibus a Joanne abbate quoad viveret, et cui computum sibi omnium ab eo commissorum reddere deberet, et nihil sine ejus permissione et assensu attentare.

Anno vero 1545, die 23 Aprilis, prior Vallis-Scholarium Montensium, lectis coram conventu et officialibus monasterii litteris apostolicis, illum installavit, ac demum in realem, corporalem et actualem, tam in temporalibus quam spiritualibus, possessionem introduxit, quo die Joannes mane mortuus fuerat, seu e vita migrarat. Unde certum videtur dictum Joannem, sibi mortem vicinam timentem, cupivisse, priusquam mortem oppeteret, videre Franciscum nepotem in abbatem receptum, et in reali possessione constitutum; et proinde illi absolute omnem dignitatem cecidisse, et diem praedictum,

Folio 225.

qui veneris erat, accelerandi negotii causa, elegisse, evocatis ad id officii essentialiter vocandis. At Deus, vitae nostrae auctor, illum solatiis aeternis beandum in coelis isto humano et fugaci solatio privavit in terris; sicque Deo ita volente, musica cum luctu cucurrit. Rarus sane casus! qui si praevisus fuisset, praedictus dies ad hujusmodi possessionem capessendam non fuisset electus. Ut quid enim novelli abbatis installatio cum praedecessoris tumulatione! Ut quid macro die veneris actio illa quae convocatos recreare consuevit; ut quid, inquam, gaudium cum lacrymis? Abbatis tumulatio et abbatis receptio valde contraria sunt; et utrumque diem requirit singularem.

Caeterum Franciscus sic, ut praemittitur, installatus anno sequente, qui erat 1546, die 2 Maii, qui erat dominica octavarum Paschae, benedicitur in ecclesia hujus abbatiae, abs reverendissimo domino Martino, episcopo Calcedonensi, Cameracensi suffraganeo, praesentibus reverendis ac venerabilibus dominis sancti Petri Hasnoniensis, sancti Petri de Altimonte, Beatae Mariae de Cambrone, et Beatae Mariae de Bona-Spe abbatibus, domino priore Vallis-Scholarium supradicto, ac coadjutore sancti Foillani, illustribus quoque viris Folio 226. Carolo de Croy, comite de Rodio, aurei Velleris equite, Ludovico de Gavre, domino de Fresin, Antonio de Landa, domino de Landa, equitibus, et magna populi multitudine, ac Joanne de Sancto Albino, notario publico, ad praemissa vocato.

Porro Franciscus priusquam praesesset, subesse didicerat, et fratribus Laetiensibus, ut fertur, aliquanto tempore se junxerat, quo Blossianis imbueretur institutis, suosque aliquando Benedictinis perfectius imbueret disciplinis: quod et fecisse credimus. Nam de illo accepimus quod experimento doctus, quam subesse feliciter esset quam praesesse, etiam moriens optabat fuisset tota vita novitius.

Tandem cum, praeter annos coadjutoriae suae, aliis viginti quinque feliciter monasterium gubernasset, plenus zelo bono migravit e vita, die undecimo Maii 1571.

Petrus *Rollier* Francisco sufficitur; et a vicariis generalibus Ludovici de *Berlaymont*, archiepiscopi Cameracensis, confirmatur, die 13 Julii, anno praedicto; ut et omnes qui eum secuti sunt confirmationem a sede Cameracense acceperunt, cum antea non ita passim, sed a sede Romana, persolvendo, pro litterarum confirmationibus, seu juribus pontificiis, quingentos ducatos de camera, ut ante docuimus. Hic mitram sibi et successoribus comparavit; imo Folio 227.

verius dixero non sibi. Nam ex antea dudum caecutiebat, sine spe quod Tobias quispiam de felle piscis liniret ejus oculos et albugo ex eis tandem egrederetur. Sed, ea semel aut iterum usus, caecus ad vitae finem usque permansit. Qui tamen non obinde contristatus est contra Deum quod plaga caecitatis eveniret ei, sed immobilis in Dei timore permansit, gratias agens Deo, omnibus diebus vitae suae. Quare non amore proprio, ut fieri potest, mitram procuravit, sed domini Valeriani *Du Flot*, vicarii generalis archiepiscopi Cameracensis, hortatu et suasu, pro decore ecclesiae suae, ut impetraretur dissimulavit potius quam permisit.

Porro cum annis 31 in laudabili observantia suos continuisset, tandem qui oculis corporis, annis multis, terram videre non potuerat, oculis animae Deum perpetuo visurus, coelum petiit die 5 Decembris, anno 1602.

Joannes Descamps.

Joannes *Descamps*, Petro mortuo, abbatiali honore decoratur ab Alberto, Belgarum principe; qui dignitatem adeptus, tam intus quam foris, monasterium aedificiis ampliandis maxime intendit. Nam, intus hospitium, cubicula nova a fundamentis aliqua construxit; foris vero capellam insignem in Refugio Montensi, et totum eidem capellae annexum aedificium quod inde ad portam versus tendit, pariter ex integro erexit: id tamen maxime ex pecunia quam in muris veteribus quos ad aedificium novum eruebat, a Petro praedecessore conditam, reperit. Gaudeant bene nati et quibus hilari adeo vultu arridet fortuna; non enim cuilibet aedificanti inventum simile splendet aurum, aurum, inquam, ut fama ferebat, faciens decem millia florenorum aut eo circiter.

Folio 228.

Caeterum, cum annis decem praefuisset, obiit 25 Decembris 1612, dolentibus plurimum pauperibus, erga quos cum misericordiae semper gessisset viscera, eandem quoque ipsum apud patrem misericordiarum invenisse confidimus. Arma ejus tres manipulos segetum praeferebant, aut facta allusione ad proprium cognomen, aut ad agriculturam, e qua forsitan profectus erat.

Henricus de Buzegnies.

Henricus de *Buzegnies* fit Joanni successor, qui cum prior hujus monasterii esset, Gerardi-Montem rectoris abbatiam sancti Adriani, per mortem Jeronimi Moncheaux, pastoris solatio destitutam, ab Alberto Belgarum principe hinc mittitur anno 1606, sub medium Decembris, ubi, in festo sancti Thomae apostoli proxime sequenti, plenam administrationem suscepit per Henricum *Culens* ejus oppidi curatum, ad hoc a Matthia Hovio, archiepiscopo Mechliniensi, specialiter deputatum, dilata benedictione pene ad sexen-

nium, quam tandem, sibi et successoribus impetrata mitra, suscepit Bruxellae, 2 Julii anno 1612, a praedicto Matthia Hovio in capella praepositurae Sancti-Sepulchri. Sed hoc honore apud Gerardi-Montem parum politus est : Folio 229.  
nam, antedicto Joanne abbate morte sublato, abs praedicto Alberto principe huc remittitur sub initium anni sequentis, qui erat millesimus sexcentus decimus tertius.

Natione Montanus erat et probis praecipuisque ejus oppidi civibus ortus, quos ex nobili radice pullulasse non sine fundamento dixerim. Nam familiam de Busegnies ex Jacobo Guisio nobilem facit, in suo Gerardi-Montio, Joannes Waesbergius Gerardi-Montanus his verbis : « Magno honore gentis de Busegnies, inquit, scribit Jacobus Guisius, Hannoniae historicus, jam olim » Ægidium quemdam de *Busegnies* fuisse nepotem Balduini animosi Hannoniae comitis, et in ejus aula fuisse educatum cum Ægidio de *Chimay* et Ægidio de *Trasegnies*, pupillis et comitis etiam nepotibus. » Sic ille.

Praefuit monasterio annis decem et mensibus fere novem. Intra illum terminum domum abbatialem renovavit et auxit, atque insuper infirmariam novam construxit tria cubicula continentem, ea commoditate ut morbo dententi e lectulo sacra possint audire ex capella contigua ad usum infirmorum destinata, et ab ipso, ut praemittitur, aedificata.

Insuper cum advectum Montes corpus sancti Macharii, pestilentia sese Folio 230. remittente, Gandavum cum aliis proceribus conduxisset, et notabilem sanctarum reliquiarum partem obtinisset, pulchrum eis sacellum in fine sylvae quae jam nomen a sancto prope mutuata est, extinxit, tali loco ac positione, ut benedicturus populo sacerdos, simul inde conspicuae civitati Montensi benedicat.

Porro praefatas reliquias artificiosa ex argento arcula, a duobus angelis sustentata, decoravit, confraternitatemque sub sancti Macharii patrocinio instituit. Multa praeterea argentea ornamenta, armis ejus insignita, altaribus decorandis fieri curavit.

Novam autem ecclesiam aedificare cupiens, ipsam parochialem quae monasterii ecclesiae conjuncta erat et impedimento futura, in eum ubi nunc est locum transtulit, et a fundamentis erexit. Nostram autem monasterii aggressurus, aliquam pecuniae summam (de qua infra) aggregavit, quam, morte praeventus, una cum erigendo suo tempore aedificio reliquit successoribus.

Magni animi et ingenii vir erat, et in politicis apprime versatus. Quo no-



Folio 231.

mine. deputationem patriae, ex parte cleri, sexennio continuo subiit, et diutius subiisset, nisi sponte animum ad studium vitae monasticae transferre cupiens, eam deseruisset. Quare post, serio incumbens reducendis ad primigenium regulae Benedictinae omnibus religiosis, eorum (qui totis viribus et votis ad hoc propendebant), piis conatibus adlaboravit. Quamobrem probatis eorum animis, et evocato e congregatione Lotharingica, ad eos formandos, experto in rebus monasticis religioso, tunc priore sancti Huberti, observantiam Cassinensem illis introduxit, et assumpsit ipse tam quoad habitum, quam quoad vitae rationem, et eo quidem zelo, ut nihil ei durum nimis aut asperum videretur.

Folio 232.

Gaudebant itaque subditi novellae istius, seu potius noviter introductae disciplinae alumni, sic suum habentes ducem semper in capite, semperque sibi praeuentem, imo praecurrentem. Sed heu! quantum solatii ex ea parte conceperant, tantum moeroris et tristitiae corda illorum invasit, cum, medio cursu, deficientem non animo sed viribus, et magnis ad mortem passibus conspexerunt properantem. Qui vidit, testimonium perhibuit, quod omnium oculis prosiliebant lacrimae, resonabant genitus singultusque, et omnia prorsus moeror erant, dum 24 Septembris, anno 1623, beata ejus anima, ut pie credimus, ad coelum evolat, Romae prius procuratis, pro suo monasterio, Cassinensibus privilegiis, quae tamen, nisi eo mortuo, huc appulerunt. Ejus elogium pedetentim.

Hujus chronici extremae lineae non a Gaspare Vincq sed a continuatore quodam monacho S. Dionysii prorsus scriptae sunt.

Henrico mortuo, ventilatur reformatio aliquot mensibus introducta, et optimi quique lapidem jaciunt in illam. Sola princeps Isabella-Clara-Eugenia, Hispaniarum infans, cum Andrea Trivisio, ejus medico, illaeram esse cupit, et abbatem hinc inde quaeritat, qui defuncti vestigia sequeretur. Non deerant quidem qui abbatiam hanc viduam precabantur. Sed quemadmodum olim cum Ruth Moabitidis, mortuo marito suo, curasset coram iudicibus populi legitime interrogari eum, qui, consanguinitate defuncto, propinquior erat, num defuncti agrum emere vellet, respondit ille: « Agrum emam. » Verum, cum post audisset quod, secundum praescriptum legis, viduam quoque ducere deberet uxorem, retraxit scapulas et ait: « Cedo juri propinquitatis. » Ita illi audientes abbatiam nulli dandam esse, nisi cum onere fovendae reformationis recens introductae, facile cesserunt ambitioni suae et juri viduam hanc procandi; sicque cum misella nemini posset obtrudi, tandem ventum est ad Gasparem Vincq (*Vincq*), tunc abbatem monasterii sancti Adriani Gerardimontensis.

Gaspar *Vaincq* (*Vincq*) itaque succedit Henrico Rusticano : pago natus erat, *Vaulx* nuncupato, et provinciae Hannoniae, Tornacum versus, super Scaldim, extremo atque e villa progressus, quae est ingressui ecclesiae istius loci recte opposita. Annos natus 23, existens in monasterio sancti Adriani oppidi Gerardimontensis, ad quod juvenem quemdam Georgium *Francq* nomine, sibi amicum et monachismum ambientem, comitatus fuerat; et ipse abs reverendo domino Hieronymo Monchaeo, istius loci abbate, in monachum postulatur et efficitur anno 1599, et ibidem religionis habitu, cum dicto Georgio, optimo adolescente, et viae comite, suscepto, in vigilia Paschae ejusdem anni sacros ordines subdiaconatus et diaconatus, novitiatu currente, sub patrimonii titulo suscipit, ac professus, anno revoluto, feria 4 Pentecostes, Sabbatho sequente, sacerdos ordinatur, et, una quindena post, prima sacra litat, ita requirente loci penuria sacerdotum : bellorum enim vix praeteritorum injuria perpauci erant, iique aetatis provectae satis. Et ob dicta bella (quae eos, annis quinque et amplius, exulare coegerant) liberiores facti, vix quid aliud officii divini praestabant quam quotidie summum sacram.

Sacerdos factus unius tunc existentis novitii et aliquot aliorum qui statim admissi ac recepti fuere, magister deputatur qui eos grammaticalia doceret et in monasticis, quae ipsemet necdum didicerat, erudiret. Superior etiam conventus, aliquot mensibus post, sub titulo sub-prioris efficitur, priore ad regendum ruralem pastorum abscedente. Sed uti onus illud reluctant, obedientia sola premente susceperat; ita quia id officii et regiminis illi juveni et inexperto inconveniens erat, eo, sua quotidiana apud praelatum suum instantia et importunitate, post trimestre, exoneratur et solis novitiis instruendis relinquitur.

Verum sexennio post, abbate mortuo et praedicto Henrico e priore hujus monasterii ad regendam abbatiam sancti Adriani, ab Alberto principe accito, prior, post octiduum negationem, involuntarius efficitur anno 1607. Et, revoluto alio sexennio, eodem Henrico ad regimen hujus monasterii revocato, praedicto Alberto nominante, abbas creatur sui monasterii sancti Adriani, anno 1613; ibique annis undecim regit, donec praefato Henrico, anno 1623, mense Septembri, mortuo, in ejus locum ab Isabella, Hispaniarum infante, abbas nominatur, anno sequente, mense Martio : idque fovendae ac stabiliendae reformationis causa, quam dictus Henricus, mensibus aliquot, sancte introduxerat, et, morte praeventus, imperfectam reliquerat.

Folio 235.

Abbas itaque factus hujus monasterii, pecuniam, de qua supra cum de Henrico diceremus, facientem summam circiter triginta quinque millium florenorum, statim emendis censibus annuis omnem applicat, nihil prorsus ex ea reservans. Dicti census opportune accessere monasterio bino conventu, altero reformatorum, atque altero per semitas antiquas ambulantium gravato nimis, et quibus alendis et pensionibus persolvendis non sufficebant annui proventus monasterii.

Confirmatus autem die sancti Augustini ejusdem anni 1624 et per illustrissimum ac reverendissimum archiepiscopum, Franciscum *Vanderburgh*, installatus, e non reformatis numero tres, eodem archiepiscopo suadente, Duacum mittit, Lovanium duos, quatuor alios, mediante pensione, apud amicos aut parentes in saeculo relictis.

Religiosi vero reformati animo dejecti frequenter erant, et reformationem saepe deserere parati. Ad eos confirmandos et in reformationis praxi edocendos rogat et impetrat sibi mitti priorem sancti Huberti, Matthiam *Pottier* nomine, professione Lotharingum, natione Francum, virum apprime religiosum et in monasticis versatum. Eo duce ac praeceptore, revixere animi pusillanimes, et reformatio reformatior in dies evadit. Tres ex pensionariis eam experturi, habitu suscepto, regrediuntur; ex iis unus, Hubertus *Costeau* nomine, perseverat, alii denuo recedunt.

Folio 236.

Hic abbas molestias innumeras, lites etiam ac difficultates a nonnullis suorum passus, annis quoque octo saevissimi tulit incommoda belli: quo in villicis et colonis bonorum devastationem direptionemque toleravit<sup>1</sup>, atque proventuum annuorum usu magna ex parte privatus, non sine magna difficultate filiis alimenta suppeditavit.

Sed necdum ibi laborum finis. Cum enim illi merito foret respirandum, expletis hic annis 21, ad monasterium Blandiniense a Philippo 4<sup>o</sup>, Hispaniarum rege, annis novem aut amplius patris solatio destitutum, regendum destinatur, septuagesimum annum agens. Et hic, die 16 Junii, anni 1645, electio fit, ad designandum illi successorem commissariis ad hoc deputatis, reverendo domino D. Augustino *Crulay*, sancti Gislens abbate, et amplissimo domino N. De *Boussu*, primario consiliario Montensi.

Martinus Gouffart.

Reverendus itaque dominus D. Martinus *Gouffart*, nominante Philippo 4<sup>o</sup>, fit illi successor, quem diu nobis Deus conservet felicem et incolumem!

<sup>1</sup> Le MS. : *toleratus*.

VI.

**AUTRE CHRONIQUE**

DE

**SAINT-DENIS, DEPUIS L'ANNÉE 1081 JUSQU'EN 1767.**

---

TOME VII.

74

## ANNALES

ABBATIAE SANCTI DIONYSII IN BROQUEROYE, INCIPIENTES AB ANNO 1081,  
USQUE AD ANNUM 1667.

Richildis, Hannoniae comitissa, ejusque filius ac successor Balduinus fundant hanc abbatiam S. Dionysii, vocatis primis monachis ex abbacia Sylvae-Majoris (vulgo *Sauve-Majeur*), quae sita est in dioecesi Burdigalensi. Vide chartam donationis apud Miraeum in *Operibus diplomaticis*, tom. j, edit. 2, fol. 666. Fol. autem 667 extat diploma quo hunc locum episcopali jure liberum subjicit abbaciae Sylvae-Majoris. Hunc locum antea fuisse alicujus notae et considerationis patet ex eo quod anno 868, quo omnium Lobbiensis ecclesiae terrarum ac reddituum a Joanne, Cameracensi episcopo, jussu Lotharii, Francorum regis, facta fuit descriptio, locus iste cum suo sacello juris erat Lobbiensium. Et anno 955, Ratherius, quondam Lobbiensis monachus, postea Veronensis episcopus, Italia pulsus, a Fulcuino, abbate Lobbiensi, eodem loco cum suo sacello donatus est, regens praeterea abbatias S. Amandi et Altimontii. Anno 1081.

Hic Ratherius ter Veronensem ecclesiam gubernandam suscepit terque ab ea ejectus est; Leodiensis etiam antistes creatur, sed hanc etiam ecclesiam deserere cogitur. Vir tamen fuit multa litterarum cognitione celebris, nec non virtutum omnium laude praeclarus, quem vel infelicem vel principatui minus aptum facile crediderim. Ejus opera extant tom. 2 Spicilegii a R. P. Luca Dacherio, mon. Bened. cong. S. Mauri. Ratherius obiit Namurci octoge-

genario major, 5 Aprilis 974. Sepultus est Lobbia in sacello divae Virginis. Versus subjectos vivens composuit suoque sepulchro post mortem apponi jussit :

Veronae praesul sed ter Ratherius exul,  
 Ante cucullatus, Lobbia, postque tuus.  
 Nobilis, urbanus, pro tempore morigeratus,  
 Qui inscribi proprio hoc petiit tumulo :  
 Conculcate, pedes hominum, sal infatuatum.  
 Lector propitius subveniat precibus.

Richeldis seu Richildis, Ragineri IV, Hannoniae comitis, filia et haeres, primum Hermanno Saxoni (qui anno 1051 obiit), secundo nupsit Balduino VI, Flandriae comiti, anno 1070 defuncto; tertio juncta fuit Guillemo de *Osberne* qui anno 1072, in praelio Casletensi cecidit.

Richildis anno 1086 decessit in monasterio Messinensi, in Flandria, in quo duobus annis sanctissime vixerat, sepultaque est in monasterio Hasnoniensi, in sacello S. Mariae-Magdalенаe, prope Balduinum Montensem, ejus maritum.

Ex 1<sup>o</sup> matrimonio nati sunt duo filii, Rogerus Claudus, episcopus Catalaunensis, et N., monachus Hasnoniensis.

Ex 2<sup>o</sup> conjugio prodierunt Arnulphus Infelix, Flandriae comes, a patruo suo Roberto Frisio prope Casletum 1072 caesus et comitatu spoliatus, et Balduinus Jerosolymitanus, Hannoniae comes.

Comitum Hannoniae stemma vide apud Miraeum tom. I, pag. 518 et 667.

Primus hujus loci abbas fuit Martinus, qui in monasterio S. Vincentii apud Laudunum-Clavatum, ord. S. P. Benedicti, in dioecesi Rhemensi, professus, S. Gerardo, primo Sylvae-Majoris abbati apprime charus fuit. Cumque S. Gerardus (quamvis S. Petri Corbiensis monachus) omnium votis successor fratris sui, dicti S. Vincentii abbatis, demortui, electus fuisset, nec valeret religiosos virtutum suarum sequaces reddere, de consilio cujusdam reclusi munus abbatiale abdicat, in Aquitaniam proficiscitur, novi monasterii extruendi causa, praedictumque Martinum itineris sui socium adhibet. Novum autem istud monasterium a S. Gerardo (vel potius Girardo) fundatum 1077, vocatum fuit Sylva-Major, vulgo *Sauve-Majeur*, in dioecesi Burdigalensi.

Anno 1077.

An. 1092, mense Augusto, obiit Gerardus II, Atrebatensis simul et Camera-

censis ecclesiae episcopus ultimus, post mortem enim ejus divisae sunt hae ecclesiae et cuique episcopus assignatus.

Pauca admodum gesta nobis supersunt de Martino nostro, et quasi omnia in terra oblivionis posita merito deflemus. Teste Burchardo, Cameracensi episcopo, interfuit concilio Urbani papae II in Claro-Monte habito, 1095. Vide gesta in hoc concilio apud Philip. Labbaeum, tom. X, fol. 506. Balduinus, comes Hannoniae, fundator noster, cruce suscepta pro recuperanda terra sancta, commisso in itinere praelio cum christiani nominis hostibus, gloriose occumbit anno 1098. Eodem circiter tempore, 17 Junii, anno tamen ignoto, Martinus noster, meritis plenus, viam universae carnis ingreditur.

*De Heriberto II° abbate.*

Heribertus succedit immediate Martino, evocatus ut et plures alii sequentes, juxta solemne Richildis decretum, ex monasterio B. M. V. Sylvae-Majoris. Hic per dignus abbas, praedecessoris sui insistens vestigiis, spiritualia temporaliaque domus non parum provexit ac firmavit. Anno 1098.

Quod liquide constat ex eo quod, anno 1117, impetraverit a Balduino, comite Hannoniae, filio Balduini Jerosolimitani fundatoris nostri, amplam confirmationem privilegiorum ac donationum ab eodem Balduino ac matre ejus Richilde et aliis, initio foundationis hujus monasterii factarum, ut videre est ad longum in chronico dom. Gerardi *Sacré*, pag. 35. Cumque instrumentum donationis allodii seu pagi de *Obrechies* huic monasterio a Balduino Jerosolimatano et uxore ejus Jola factae nullibi haberetur, forsan negligentia vel injuria temporum deperditum, idem Heribertus abbas eandem donationem a Burchardo, Cameracensi episcopo, confirmari curavit, cujus tenor habetur ad longum in eodem chronico D. Gerardi, pag. 37, uti et charta ejusdem Burchardi pro altari, allodio, et parte decimae de *Houden* et *Goegnies*, pro altari de Lembeca et pro allodiis de Marijolio, Triveriis et Perona. De Marijolio et Triveriis, in dicto chirographo nihil prorsus habemus, sed sunt nobis solo nomine nota, sicut et multa alia, bellis, ut credibile est, incendio vel injuria temporum distracta. Anno 1117.

Noster Heribertus quanta fuerit sagacitatis in rerum temporalium administratione, quantae districtio in regulari disciplina in suo vigore conser-

vanda et promovenda, quantaque capacitatis et prudentiae in caeteris agendis, ex ejus actis satis innotescit, sed maxime ex testimonio praefati Burchardi, Cameracensis episcopi, asserentis in scriptura data an. 1123, eundem Heribertum in concilio Calixti II papae, Rhemis in Campania celebrato, et quam plurimis aliis cardinalium et episcoporum Rhemensis et Cameracensis ecclesiarum conciliis utiliter interfuisse. Concilium autem illud Rhemense oecumenicum, cui noster Heribertus interfuit, celebratum est anno Domini 1119, mense Octobri, pontificatus ejusdem Calixti anno 1<sup>o</sup>. Ex quo in suum monasterium San-Dionysianum reversus, non diu supervixit, sed 20 ejusdem mensis. et anni e vita migravit, postquam magna laude et diligentia 28 circiter annis rexisset.

*De Balduino III<sup>o</sup> abbate.*

Paucis diebus post mortem Heriberti Balduinus sufficitur. Credibile est hunc Balduinum ab abbate monasterii Sylvae-Majoris (Heriberto adhuc superstite) missum, ut dum hic a summis pontificibus, cardinalibus, episcopis et principibus, in negotiis publicis frequenter occuparetur, ejus munere fungens, Balduinus rei tam asceticae quam familiaris curam gereret monasteriique bona ac privilegia tueretur contra canonicorum S. Petri conatus, qui decretorum comitum Hannoniae et episcoporum Cameracensium pro translatione praebendarum et reddituum S. Petri ad S. Dionysium, executionem pertinaciter morabantur, et assiduis perturbationibus ac molestiis San-Dionysianos infestabant. Hinc noster Balduinus, ut tumentes illorum canonicorum animos compesceret, vivente ac cooperante praedecessore suo, a Calixto II, pont. max., omnium privilegiorum donationum ac gratiarum a comitibus Hannoniae et aliis benefactoribus huic monasterio concessarum amplissimam confirmationem impetravit, ut videre est in instrumento dicti Calixti ad longum in chronico domini Gerardi relato, pag. 42. Quod immediate subsequitur duplex charta Burchardi, episcopi Cameracensis, quibus confirmatur donatio ecclesiae S. Petri a comitibus Hannoniae huic monasterio facta. 1<sup>a</sup> charta data fuit anno 1121, praesulatus dicti Burchardi quinto; 2<sup>a</sup>, an. Dom. 1123; bulla autem Calixti an. 1119. Notandum quod moniales, de quibus in praecedentibus diplomatibus seu chartis, sint modo nobiles canonissae illustris capituli S. Waldetrudis, quae in prima sui institutione fuerunt religiosae seu



sanctimoniales ordinis S. P. N. Benedicti, fundatae ac dotatae ab ipsa S. Waldetrude an. 649; deinde a S. Aya et sponso ejus S. Hydulpho, domino Lobbiensi, quum Castrilocom ut ibi ipsis monasterium conderet, emerunt, locus enim ille non erat tunc dominium S. Waldetrudis. Tertius fundator fuit Sigibertus, rex Francorum, quibus et nonnullos Cameracenses episcopos, quoniam in multis eisdem suffragati sunt, addere possumus.

Ad initium noni saeculi constanter in proposito vitae coenobiticae permanserunt; tunc hujus instituti pertaesae, proprio motu et auctoritate retro aspicientes, manum ab aratro retraxerunt. Anno 816, Ludovicus Pius imperator concilium nationale Aquis-Grani (a Paschale papa postea confirmatum) celebrari jussit, in quo tradita fuerat regula canonicis et sanctimonialibus canonicè viventibus. Porro cum nobiles sanctimoniales S. Waldetrudis hujus concilii decretis obtemperare detrectassent, in poenam tantae pertinaciae, exciderunt suo jure sibi ex corpore suo eligendi abbatissam, et proventus mensae abbatialis comitibus Hannoniae addicti, qui et abbates et advocati praefati capituli S. Waldetrudis vocantur et existunt, hac addita conditione, ut comes abbatis titulo donandus, juret de servandis ecclesiae suae privilegiis; quod et anno 1600 fecit princeps noster Albertus. Hinc quicumque comes insignitur Hannoniae et inaugauratur, idem et abbas fit, eique redditus annui penduntur, abbatissae jam olim assignati, sed et ipsi hujus dignitatis possessio traditur per pedum abbatiale, quod ipsi in processionibus antefertur, ipso quoque absente deferri solemniter solet. Cum igitur ab anno 816, quasi solutae ab omni observantia monastica viverent, S. Bruno, archiepiscopus Coloniensis, sedis apostolicae legatus et imperatoris frater, Montes adveniens an. 959, illas ab omnibus constitutionibus regularibus et observantiis monasticis liberas et solutas esse declaravit. Quo in statu hodie permanent sine voto, sine regula; ne tamen sine superiore videantur, quatuor domicellae canonissae ex senioribus omnium capituli et ecclesiae negotiorum administrationem moderantur.

*De ecclesia S. Petri.*

Ecclesia S. Petri sita erat inter monasteria S. Waldetrudis et S. Germani Montibus et modo adhuc vestigia supersunt, et anno 1567, defossis mortuorum ossibus, in usum capitularis caveae est adaptata, capellaniis in ecclesiam

S. Germani translatis. Hanc porro ecclesiam seu monasterium S. Petri pro monachis Benedictinis S. Waldetrudis instituerat, prout testatur Lessabaeus dicens « in principio adjunctos fuisse quatuordecim monasticae professionis » sacrificos, mutuam rei sacrae praestantes operam. » Qui postmodum a Nortmannis omnia ubique devastantibus sedibus pulsi, variasque calamitates et incommoda passi, a primaeva fervore deficientes, ad ollas Aegyptiacas aspirantes, favente et approbante S. Brunone, archiepiscopo Coloniensi, canonici saeculares facti sunt circa an. 959.

Cum autem illi Petrenses a S. Vincentio ex Altimontensi monasterio evocati fuerint, non dubium quin idem sanctus eisdem necessaria ad vitae sustentationem suppeditaverit, detractis ab eodem coenobio nonnullis allodiis ac proventibus; hoc inde patet, quod Altimontes affirmant pagum d'*Obourg* antiquitus ad suum coenobium pertinuisse.

Ut autem hoc San-Dionysianum monasterium ampliori dote fundaretur ac firmaretur, Richildis comitissa cum filio suo Balduino effecit ante mortem ut tredecim praebendae, imo omnes proventus canonicorum S. Petri, huic domus incorporarentur, prout videre est in diplomate ejusdem Balduini, dato anno 1084.

Cum vero de hac donatione post mortem Richildis et Balduini inter partes diu multumque pertinaciter decertatum fuisset, tandem an. 1123, Burchardus, Cameracensis episcopus, solemni decreto beneficium S. Petri monasterio nostro assignavit. Decisa ita feliciter illa controversia, pars adversa conticuit.

Hinc est quod monasterium S. Dionysii privilegiis et possessionibus dictae ecclesiae S. Petri decoratum et auctum sit, abbasque San-Dionysianus sit primarius pastor nobilium canonissarum S. Waldetrudis Montibus et simul ordinarius ac regius ad ejusdem S. Waldetrudis aras ecclesiastes, pro celebrandis regis, principum, canonissarum, omniumque Hannoniae nobilium funeribus. Abbate autem absente aut alias occupato, prior aut alius unus ex religiosis S. Dionysii ejus vicem implet, quolibet alio excluso, nisi ex speciali ejusdem abbatis aut conventus licentia ad id munus deputetur; sumpto hujus praeminentiae principio ab ecclesia S. Petri, cujus abbas aut superior et monachi ex primaeva institutione iisdem domicellis erant a sacris.

Abbati porro vel religioso S. Dionysii, quandocumque pro funeribus nobilium vel alia de causa in altari principe solemniter celebranti, duo ex pri-

mariis canonicis capituli S. Germani (quos sacerdotales vocant), fungentes officiis diaconi et subdiaconi, ex antiqua traditione tenentur assistere. Ab illa quidem usitata consuetudine tentaverunt aliquando recedere, sed frustra, nam ad idem munus continuandum ex consilii sententia fuerunt condemnati.

*De ecclesia S. Germani.*

Ecclesia seu capitulum S. Germani sub titulo praepositurae ordinis S. Benedicti, diruto jam S. Petri monasterio, erectum fuit a S. Brunone, Coloniensi archiepiscopo, qui eos in parochia S. Germani constituit, et monachis S. Petri substituit, ut illustri nobilium canonissarum S. Waldetrudis capitulo subservirent in divinis. Solet enim quotidie unus ex canonicis in praefatarum domicellarum basilica sacrum cantare, et dominicis aliisque solemnioribus anni diebus tenentur omnes processioni interesse. Et cum successerint in locum canonicorum S. Petri, non abs re tenemus illam Germanistarum ecclesiam esse filiam S. Dionysii, quia ejus beneficio et fundata et dotata fuit. Hinc illi, in agnitionem et memoriam tanti beneficii, singulis annis in ipso festo S. Dionysii absoluto sacro, abbati aut ejus vicem gerenti censum annum pendunt super altare princeps, in cornu epistolae, per unum ex capitulo ad id specialiter ab ipsis deputato. Alii ob aliam causam (et quae creditur verior), dicunt illos S. Germani canonicos illum annum censum ita solemniter solvere propter jura patronatus et oblationum, quae abbates et religiosi S. Dionysii ipsis libere cesserunt, cum loco ubi erat monasterium S. Petri.

Domicellae S. Waldetrudis simile pensum quotannis, eodem modo quo Germanistae, per unum ex primariis capituli ministris solvunt in pensitationem aliquarum capellaniarum ab ipsis San-Dionysianis fundatarum; vel potius in monumentum antiquae subjectionis, qua tenebantur olim abbati, tamquam pastori legitimo et conscientiarum suarum directori, ad minus semel in anno confiteri. Ille autem census annuus hoc modo penditur. Delegatos a praefato capitulo tres parvulos acervos obsoletarum monetarum super altare (ut dictum est) componit, tum, paucis verbis suae legationis causa exposita, dicit perhumaniter celebranti jam cuculla induto; *En tres cumuli, Vestra Reverentia eligat magis arridentem*. Et, facta altari reverentia, recedens dat locum aliis qui iisdem fere caeremoniis oblationes, ut vocant, suas faciunt.

Ut autem his quae de funeribus solemnibus nobilium dicta sunt, finem faciamus, parentes sive haeredes demortui pro honorario tenentur abbati aut vicem ejus gerenti dare facem sive funale, majora insignia quae repraesentationi fuerint apposita et partem auream.

His praemissis, ad nostrum Balduinum redeamus. Anno Domini 1127 Burchardus, Cameracensis episcopus, in hoc monasterium semper benevolus, exorante nostro Balduino, confirmavit denuo privilegia, donationes et gratias eidem monasterio a nostris benefactoribus factas, insuper contulit altare de Kenasta. Ejusdem diplomatis textus ponitur fol. 53 chron. D. Gerardi. Anno 1128 fundamenta jaciuntur monasterii Bonae-Spei, ord. Praemonst., tribus antea annis inchoato coenobio S. Follanni ejusd. ord.

Anno 1130 Burchardus, episcopus Cameracensis, merito benefactorum cathalogo adscribendus, obiisse traditur. Antè mortem abbatem nostrum Balduinum cum abbate S. Ghisleni Lobbiium miserat, qui monachos Lobbienses inducerent et etiam censuris ecclesiasticis, si opus erat, compellerent ad eligendum in locum Walteri abbatis, anno praecedenti in concilio Rhemensi defuncti, unum monachum ex monasteriis Rhemensis dioecesis in Campania, qui eos ad perfectam observantiam statutorum conditorum in praefato concilio Rhemis pro observantia et regularitate habito, verbo et exemplo cohortaretur; et cum nihil proficerent, Lobbienses a divinis suspenderunt et ad propria reversi sunt.

Anno 1138, procurante eodem Balduino abbate et conferente Nicolao, Cameracensi episcopo, accessit huic monasterio altera media pars altaris de Nasta. Vide instrum. col. page 54, chron. Dom. Gerard. Anno 1142, Balduinus III, dictus Aedificator, comes Hannoniae, rogatus ab abbate et religiosis Brocque-roianis, eorum domum cum suis proceribus invisit ac perlustravit, ejusque flebili statu perspecto, abbate et religiosis supplicantibus, chartam omnium privilegiorum, immunitatum, donationum ac possessionum confirmativam edidit, additis etiam aliis privilegiis, ut videre est fol. 55, chron. Dom. Gerardi et seq.

Quanta solertia se noster Balduinus in temporalibus et spiritualibus se gesserit ex ante dictis patet, cumque 14 circiter annos rexisset, terram reliquit ultima die mensis Junii, anno 1143, vel 1144.

*De Simone IV° abbate.*

Defuncto Balduino, succedit ei in regimine pastoralis officii Simon, evocatus, ut creditur, ex monasterio Sylvae-Majoris. Hic paucis annis hujus monasterii clavum tenuit et nihil de eo habetur nisi in necrologio, ubi notatur illum *obuisse 29 decembris*, suppresso anno.

In quodam cathalogo, non tamen ita authentico, fit mentio cujusdam Caroli, quem R. D. *Vincq* quintum abbatem posuit. Ego Dom. Gerardum secutus, 5° loco ponam Arnulphum.

*De Arnulpho V° abbate.*

Nihil certi de tempore suscepti regiminis nec de obitu Arnulphi habemus. Solum constat quod anno 1156 a Nicolao, Cameracensi episcopo, jus patronatus capellae de *Fouleng* accepit. Vide diploma fol. 60 chron. D. Gerardi.

Sustinuit etiam litem contra capitulum S. Joannis evangelistae, Leodiensis civitatis, propter collationem seu altare ecclesiae Thenensis et jura inde provenientia. Et cum illa controversia diu inter partes agitata fuisset, tandem mediante ac componente Henrico, Leodiensi episcopo, placide ac amice sopita est an. 1161, hunc in modum; quod in omnibus pertinentiis et tenementis praefatae ecclesiae Thenensis aequa potestas capituli S. Joannis evangelistae et ecclesiae S. Dionysii in Brocqueroia in perpetuum erit.

Vide duas chãrtas, unam pro manso Riberti de Lembeca, et alteram pro altari de *Hoves* et utroque de *Aenghien*, apud D. Gerardum p. 62.

Anno 1171 Balduinus III, comes Hannoniae, dictus Aedificator, benefactoribus hujus monasterii annumerandus, obiit 6 Novembris; sepultus est cum uxore ad S. Waldetrudem. Anno 1171.

*De Gervasio abbate VI°.*

Quo anno Gervasius abbas 6<sup>us</sup> regimen suscepit, non habemus. At res palam est illum anno 1173, cum religiosis Bonae-Spei iniisse contractum, Anno 1173.

quem vide apud D. Gerardum p. 63. Pag. autem sequenti extat charta Helgoti, abbatis Laetiensis, pro altari de *Obrechies*.

Et pag. 65 extat amplissima confirmatio donationum, possessionum et privilegiorum hujus loci per Lucium III, summum pontificem. Tempore hujus abbatis, grande exarsit bellum inter Godefridum, Brabantiae ducem, et Balduinum, Hannoniae comitem, et cum omnia circum circa devastata sint a furente milite, non est dubium hoc monasterium gravia pertulisse incommoda; tandem cum Gervasius abbas annos circiter 14 rem domesticam prudenter administrasset, obiit 16 Novembris, anno nobis ignoto.

*De Gerardo abbate VII.*

De hoc nihil habetur nisi quod 7<sup>us</sup> rexerit et mortuus sit 20 Novembris anni incerti.

*De Bartholomaeo abbate VIII et actibus ejus.*

Bartholomaeus, antequam ad onus abbatiale assumeretur, per 20 et amplius annos prioris officio strenue functus fuerat. Sub hoc abbate controversia contra Henricum, castellanum Montensem ac Havretensem Toparcham, et monasterium nostrum super caesione arborum et lignorum, in utilitatem et necessitatem monasterii, in sylvis Havretanis, terminata est per Balduinum V, Flandriae et Hannoniae comitem (qui postea imperator Jerosolomytanus fuit), constituta San-Dionysianis quarta parte praefatarum sylvarum ab omnimoda jurisdictione extranea libera, positis in amicitia limitibus adhuc modo existentibus.

Nemus, de quo in Balduini diplomate a Dom. Gerardo relato, est 110 jugerum seu bonariorum; bonarium autem in Hannonia est passim 400 mensurarum seu gallice *verges*. Unde quarta pars a Balduino comite huic monasterio constituta, complectitur 27 jugera cum medio, sed cum fundus sit totus arenosus, infertilis, et modo nullius considerationis (sicut omnes fere sylvae ceduae Brécqueroianae), in parte Havretanis dominis reservata succe-

verunt frutices et ericae, rarissimae supersunt arbores; unde cum tempore erit dicere: jam ericae sunt ubi nemus fuit.

Ex praefato autem Balduini diplomate constat San-Dionysianos non a dominis Havretanis seu castellanis Montensibus (ut ipsi locique incolae sibi falso persuadent), sed a comite Balduino hac praefata 4<sup>a</sup> parte nemoris (loco incisionis ad libitum ut ante) fuisse donatos.

Extat, pag. 77, Dom. Gerardo charta ejusdem Balduini comitis pro nemore et advocatia de *Obourg*. Cum ergo Bartholomaeus abbas huic monasterio 24 circiter annis praefuisset et toto illo tempore diligentem operam in rebus domesticis conservandis et promovendis impendisset, ut videre est ex multis chartis in chronico Dom. Gerardi relatis, tandem e vita migravit 22 Februarii, anno, ut vero similis apparet, 1209.

*De Marcello abbate IX<sup>o</sup> et gestis ejus.*

Marcellus, vir venerabilis et vere pater pauperum, comitibus Hannoniae a consiliis, hujus loci regimen accepit circa an. 1210, Innocentio III summo pontifice.

Initio regiminis concessit Balduino de Lobbiis, seneschalco Valencenensi, facultatem erigendi sacellum in dominio de *Havrets*, in loco qui dicitur Bellus-Locus (*Beaulieu*), sibi et successoribus suis instituendi semper sacellanum jure reservato. Hujus capellae sufficienter dotatae foundationem et erectionem Godefridus, episcopus Cameracensis, approbavit an. 1223, undecim annis post praefatam licentiam factam a Marcello abbate, anno scilicet 1212. Anno 1212.

Sub dicto Marcello facta fuit commutatio 37 bonariorum sylvae quae habebamus apud *Housdeng* et *Gognies*, et omnium quae apud Rhodium (praeter servos et ancillas) possidebamus, quae omnia Eustachio de Rhodio perpetuo possidenda contulerunt patres nostri, ea conditione ut quidquid juris habebat dictus comes in Theodorici-Sarto, in omni justitia latronis, sanguinis et alterius modi, et in omnibus aliis rebus, nobis transferret, sicut et solemniter, ut videre est ex charta ejusdem Eustachii, de facto transtulit, ita quod nihil juris cujuscumque super eis retineret et omnia sicut proprium alodium ecclesiae nostrae garandire deberet, et facere ut a praefata ecclesia nos-

tra pacifice possiderentur. Quae quidem commutatio ex parte nostra effectum suum sortita est, nam ab illo tempore comites Rhodienses praefatae sylvae proprietatem tenent, ecclesia vero nostra nihil plane juris neque jurisdictionis in Theodorici-Sarto possidet, ita ut non commutatio sed donatio potius praefatae sylvae dicenda sit, cujus proinde magnum nobis inest desiderium. Praedicta autem charta Eustachii data fuit anno 1212.

Anno 1218 facta est compositio per arbitros inter abbatem S. Petri in Hasnonio et abbatem S. Dionysii in Brocqueroia super decimis territorii de *Montigny*, hoc modo quod in posterum in omne aevum « in omnibus terris ad » agriculturam redactis sive redigendis, abbas et conventus Hasnoniensis cum » sacerdote de *Montigny* sine conditione medietatem obtinebunt omnium decimarum, abbate et conventu S. Dionysii in Brocqueroia in eisdem decimis reliquam medietatem obtinentibus, ita quod ex tunc utraque ecclesia » portionem suam ad grangiam suam pro libito suo libere possit facere deportari. Illud etiam oblivioni non est tradendum quod saepe dicta ecclesia » S. Dionysii, supra scriptam medietatem suam pacifice et absque diminutione debet percipere, ita quod si presbyter de *Montigny*, qui pro tempore ibidem erit, ecclesiam S. Dionysii pro medietate decimarum quas ipsa » percipit et percipiet, vellet inquietare, ecclesia Hasnoniensis tenetur eam » ab ejus inquietatione omnino defendere, et ab ejus controversia indemnem » conservare. »

Anno 1219 facta est etiam compositio inter Marcellum abbatem nostrum et abbatem monasterii de Alna in hunc modum, videlicet quod remiserimus praedictis fratribus de Alna omnes decimas et terragia omnia quae in terris praedictorum fratrum percipiebamus, et praeterea de *Housdeng*<sup>1</sup> et *Gognies*<sup>2</sup>, ad opus animalium suorum, sub annuo censu decem modiorum annonae, sed videlicet varii bladi boni et quatuor avenae ad mensuram de Montibus, quos iidem fratres nobis et ecclesiae nostrae reddent annuatim inter festum omnium sanctorum, et Natale domini apud Lupanam Grangiam persolvent. Praeterea pro nemore (quod nemus S. Mariae dicitur), « quod praedicti fratres de Alna de nobis tenent sub annuo censu, jure perpetuo reddent nobis iidem fratres annuatim, in die S. Dionysii, apud S. Dionysium, 12 denarios alborum censuales. »

<sup>1</sup> Plus haut, p. 585 : *Houden*.

<sup>2</sup> Plus haut, p. 585 : *Goegnies*.



Sub hoc abbate Joanna, Flandriae et Hannoniae comitissa, decimam quam Joannes de *Hoves* ab ipsa tenebat in foedum, quamque in manum ejus libere reportaverat, ecclesiae S. Dionysii donavit, in cujus patronatu dicta decima jacet, ea tamen conditione quod totus fructus dictae decimae in vestes et calceamenta pauperum converteretur, ut videre est in charta donationis dictae decimae data an. 1222.

Porro, illa pars decimae jam dicta est exigui momenti. Attamen jam inde antiquitus aliquot panni albi ulnae aliquotque calceorum paria pauperibus annuatim distribuuntur, quae consuetudo et charitas sancte observatur.

Successu temporis aliae decimarum partes in *Hoves* et *Anghien*<sup>1</sup> huic monasterio advenerunt a diversis personis, labore et diligentia dicti Marcelli abbatis comparatae.

Anno 1219, multis superatis difficultatibus studio et diligentia nostri Marcelli abbatis, Englebertus, dominus temporalis oppidi Anghiensis, duas partes decimae majoris et minoris Anghiae quas ipse et ejus praedecessores injuste usurpaverant (ut fatetur in tabulis ea de re confectis), amice restituit.

Anno 1220 controversia pro allodio de *Baulegnies*, solertia ejusdem Marcelli fuit placata, ut testantur tabulae ea de re relatae in chronico D. Gerardi.

Item anno sequenti aliam satis gravem difficultatem pro piscatione cujusdam stagni in eodem *Baulegnies* per arbitros solvi in amicitia procuravit.

Anno 1223 gravis controversia pro quibusdam particulis decimarum quas abbas et conventus Camberonensis in variis pagis percipiebant, in quibus monasterium San-Dionysianum jus patronatus seu personatus habebat, fuit extincta, decima de *Naasta*<sup>2</sup> a Camberonensibus ejurata et huic loco in compensationem data.

Anno 1225 Walterus, dominus de *Lens*, omnes decimas quae ipsi competebant in parochia de *Kenaast*, huic monasterio contulit.

Anno 1225, Walterus Harduinus, canonicus S. Germani Montibus, liberaliter illam partem decimae quam in parvo *Kevi* habebat huic loco dedit, ut patet ex chirographo in chron. relato.

Eodem anno duodecimam partem decimae in Castello nobis contiguo Marcellus noster acquisivit.

<sup>1</sup> Plus haut : *Aenghien* et p. 605 : *Ainghien*.

<sup>2</sup> Ailleurs : *Nasta*.

Anno 1227, idem venerabilis abbas profusae suae liberalitatis in pauperes, posteris singulare reliquit monumentum, dum, unanimes assensu et consensu omnium fratrum suorum, quicquid suo labore et solertia, quicquid benefactorum liberali ac charitativa largitione monasterium nostrum apud Naastam in decimis et aliis proventibus jure tenebat, ex possessione propria detraxit et in illam pauperes sponte deduxit, ut videre est in tabulis in chronicis relatis.

Hanc autem donationem confirmari curavit per Gregorium IX summum pontificem, nec non per Godefridum, episcopum Cameracensem. Vide bullas et chartas dictae donationis apud Dom. Gerardum, in chronicis, pag. 94 et seq.

Anno 1229 Hugo d'Ainghien, canonicus Fornacensis, cessit huic loco aliquam partem decimae de *Hoves*, reservatis sibi annuatim ad vitam 25 libris Parisiensibus.

Anno 1230 Godefridus miles de *Winty* contulit huic loco in eleemosynam decem jugera nemoris in vicinia juxta *Thieusies*. Quod nemus vulgo vocant *les Hayons*.

Eodem anno composita fuit controversia cum abbate Camberonensi, et eidem ejusque ecclesiae assignati duo modii siliginis et duo avenae in decima de Montigniaco, in compensationem alicujus partis decimae in parvo *Enghien*.

Eodem anno comites Hannoniae Ferrandus et Joanna, uxor ejus (quibus noster Marcellus erat a consiliis) in signum grati et benevoli animi, propter navatam sibi operam, quicquid juris in villa de *Obrechies* habebant, et ab incolis annuatim percipiebant, liberaliter in perpetuum remiserunt, salva burina<sup>1</sup> id est executione criminalis sententiae, ita ut lite criminali per ballivum d'*Obrechies* suis instituta formulis, suisque armata instrumentis, praepositus territorii Malbodiensis, ut minister regius, suis impendiis et quaerere reum jam a praefatis d'*Obrechies* damnatum et animadvertere, prout res exigit, et abbatem San-Dionysianum et ministros ejus ab illa traditione omnino indemnes praestare teneatur.

Anno 1231 transiit ad superos 19 Novembris S. Elizabetha, vidua ducis Thuringiae, et filia regis Hungariae, a qua (ex majorum traditione), praeter alia beneficia nobis incognita, accepimus christallum argento inaurato inclu-

<sup>1</sup> Voy. p. 517.

sam, in speciem ovi affabre elaboratam, his nominibus in circumferentia inscriptam: *Jasper fert mirram, thus Melchior, Baltazar aurum*; quam nostrates magnificiunt ob virtutem illi insitam et nobis occultam. Compertum enim est feminis gravidis pro educendo foetu laborantibus profuisse et ad contactum illius feliciter enixas. San-Dionysiani, in memoriam beneficiorum ab eadem S. Elizabetha huic loco collatorum, jam a longinquo tempore ejus festum quotannis ritu duplici celebrant 19 Novembris.

Anno 1232 Thomas, abbas Lobbiensis, cum consensu conventus dedit huic monasterio aliquam partem decimae in *Maurage* et *Boussoit*, sed modicae aestimationis. Pro hac vero decima quilibet abbas, successive creatus in ecclesia S. Dionysii, infra annum promotionis suae, vel per se vel per aliquem fratrum, cum litteris abbatis ac ecclesiae suae, investituram praedictae decimae in praesentia capituli Lobbiensis inquirere tenetur, et de manu abbatis vel prioris Lobbiensis, aut illius qui tunc praerit conventui, sine dilatione et aliqua contradictione recipere, et pro ipsa investitura decem solidos praedictae monetae legalis eidem de cujus manu investituram receperit, statim persolvat.

Anno 1234 Gregorius IX, pontifex maximus, supplicante et orante nostro Marcello abbate, omnes immunitates, possessiones, privilegia, etc., hujus loci confirmavit, ut patet ex rescripto ejusdem pontificis in chronico nostro relato.

Tandem annis 27 circiter feliciter in regimine expletis, anno 1235, 6<sup>o</sup> Novembris migravit ad Christum abbas Marcellus, jure merito *Pater pauperum* appellatus.

*De Joanne abbate X<sup>o</sup>.*

Marcello successit Joannes in fine anni 1235 vel initio sequentis, qui per duos annos circiter cum medio hunc locum cum laude gubernavit, multis annis supprioris officio antea perfunctus. Sub cujus regimine Joanna, Hannoniae comitissa, chartam pro manso terrae et quadam parte decimae edidit. In qua charta fit mentio de quadam capella prope nostram ecclesiam « in qua (sunt) » ejus verba) pro nobis et praedecessoribus quotidie missa de Spiritu Sancto » celebratur. »

At missa de Spiritu Sancto celebranda et capellania, de quibus in praefata

tis tabulis, nostram omnino refugiunt notitiam, nec invenire est chartulam quae faciat mentionem de illis, imo nequidem extat vestigium nec traditio situs ejusdem sacelli, sicut nec xenodochii sive domus pauperum, cujus in sua constitutione eleemosynae meminit venerabilis abbas Marcellus.

De hoc Joanne hoc habetur particulare quod cum ad ejus usque tempora non nisi unico communi sigillo abbas et conventus uterentur, ipse constituit, cum consensu communitatis, ut de caetero abbas proprium et singulare suo nomine insignitum, conventus vero antiquum nomine ecclesiae confectum haberent sigillum. Quod in statutis jamjam subjiciendis statim post mortem ipsius, sede vacante, editis, prior et conventus denuo constituit et episcopus Cameracensis sua auctoritate confirmavit.

Vide statuta a priore et conventu S. Dionysii, in abbatia vacante, edita, apud D. Gerardum.

Abbas monasterii Sylvae-Majoris, hujus legitimus superior ac provisor de jure, statim certior de morte Joannis abbatis reddendus erat, ut de more, juxta Richildis constitutionem, unum ex suis designaret defuncti successorem; sed prior et religiosi, officii sui immemores, non abbati, sed Cameracensi episcopo enixe supplicarunt ut citissime ad S. Dionysium excurrere dignaretur, religiosorum vota pro novi abbatis electione collecturus, quod et ipse libentissime ac promptissime fecit. Unde, collectis fratrum suffragiis, Petrus ex priore abbas hujus loci renuntiatur. Quod postea multarum discordiarum seminarium fuit.

#### *De Petro abbate XI.*

Petrus ergo, licet contra privilegia abbatis Sylvae-Majoris eoque inscio per intrusionem electus, confirmatus et benedictus, rem tamen monasterii sat utiliter procurat, nam inter alia anno 1240 confirmationem donationis alicujus domus in civitate Valencenensi sitae procuravit. Interea Petrus noster maximam litem, ex parte abbatis Sylvae-Majoris, qui moleste ferebat ejus intrusionem juraque, ac privilegia sui monasterii pessumdari, cum magnis impensis cogitur sustinere. Quae tandem anno 1242 per arbitros a Sancta Sede delegatos finita est. Vide chartas totum hoc negotium concernentes apud D. Gerardum, p. 113 et sequent. Ineunte anno 1247 Petrus noster, exemplum capiens a

Marcello sub quo prioris officio functus fuerat, in remunerationem aliquarum donationum huic monasterio libere a magistro Arnulpho de Binchio, Cameracensi canonico, collatarum, juratis seu scabinis ejusdem Binchiensis oppidi se successoresque suos foedere obstrinxit, singulis annis, in perpetuum elargiri 50 tunicas crassi panni albi, in pauperes et egenos ante hyemem distribuendas, singulasque tunicas ex quatuor ulnis conficiendas, quem pannum vulgo *blanquet* vocant, ejusdem valoris cum eo qui in hoc monasterio in eleemosynam solet distribui. Cum vero non fuerit hujus panni praecise designata latitudo, praedicti jurati, observantes et reservantes frustum praecedaneum panni a primis saeculis pauperibus distributi, frequentes et gravissimas lites ac controversias pro panni qualitate crearunt, non attendentes ad verba contractus ubi habetur « grossi panni ejusdem valoris cujus est pannus qui » distribuitur in domo nostra ad eleemosynam. »

Illa autem eleemosyna Binchiensis est monasterio nostro gravamini, cum donationes praefati magistri Arnulphi minores multo illis 50 tunicis aestimantur. Tunc enim temporis ulna crassi panni albi solum quinque aut sex solidis duodecim denariorum probae monetae hujus patriae emebatur : jam vero, auctis rerum pretiis, plus decuplo valet. Hinc cum praefatis juratis fere singulis trienniis aut sexenniis novi tractatus ineundi pro panni redemptione et pretio augendo : ita ut modo 600 libras Hannoniensis monetae excedat, cum praeteritis saeculis 100 libras nunquam superaverit. Eodem anno 1247 idem Petrus abbas portionem canonicam pastoris S. Dionysii et d'Obourg adauxit et per Guidonem, Cameracensem episcopum, confirmari procuravit hoc tenore, quod presbytero, qui tunc temporis erat, et suis successoribus in perpetuum, cum bonis quae percipere consuevit in altaribus praedictarum villarum in minutis decimis et lino, assignantur 6 modii duri bladi et duo modii avenae, duaeque rasieriae pisorum<sup>1</sup>, quibus contentus presbyter in grossa decima nihil reclamabit.

Nicolaus, oppidi Fontensis dynastes, creatur Cameracensis episcopus anno 1248 et ab eo tempore usque in hodiernum diem, illud oppidum vocatur Fons Episcopi.

Anno 1250 idem Nicolaus episcopus controversiam inter abbatem S. Dionysii et pastorem de *Havret* pro novalibus composuit in amicitia hoc modo,

<sup>1</sup> Page 323 : *risorum*.

quod de caetero presbyter de *Havret*, in novalium tam excultorum quam excolendorum decimis, nonum manipulum, sicut in veteribus decimis dicti loci, perciperet, et his contentus esset.

Anno 1251.

Anno 1251 Margareta, Flandriae et Hannoniae comitissa, prioratum Vallis-Scholarium Montibus fundavit.

Anno 1252.

Anno 1252 celebratum fuit triennale capitulum, juxta ordinationem supra dictam in chronicis D. Gerardi, in prioratu S. Pauli-in-Bosco, Suessionensis dioecesis, cui, nomine procuratorio abbatis et conventus S. Dionysii, interfuit dominus Bonifacius, hujus monasterii professor.

Petrus autem noster decima quarta Decembris diem extremum morte confecit, et, quantum conjicere possumus, hoc anno 1252, licet nullibi annotetur.

*De Andrea de Lens abbate XII.*

Andreas Petro sufficitur de quo neque ex archivis, neque aliunde aliquid dicendum suggeritur, nisi quod (ex traditione et notis venerabilis Gasparis *Vincq*, hujus monasterii abbatis, habetur) illum strictioris observantiae peritaesum et remissioris percupidum, Romae apud Alexandrum IV, pontificem maximum, sub finem anni 1254 vel initio sequentis, supplicasse pro mitigatione regularis observantiae, fertur; quam nimium rigidam nimiumque austeram in libello supplici affirmabat, addendo Gregorium IX nonnullosque Sedis Apostolicae legatos statuta severa regulae sub gravibus poenis super addita auctoritate apostolica approbasse ac confirmasse. Sic orator mollis statutorum importabilium auctoritatem vafre ementitus, quod enixe rogarat, laetus assecutus est. Cujus tamen brevis apostolici sic subdole impetrati nulla apud nos superest memoria. Nihil de Andrea abbate habemus praeter dicta. Quo anno obierit ignoratur; dies autem fuit 30 Augusti.

*De Augustino hujus loci XIII°, et S. Amandi in pabula XLV° abbate.*

Andreae successit Augustinus, qui postea S. Amandi abbas fuit. Sub illo, aut sub praedecessore, amice composita fuit controversia diu concertata

inter ecclesiam nostram et oppidi Rhodiensis dynastem, pro juribus et privilegiis quae in parte pagi de *Thieusies* (vulgo douarium) praetendebamus.

*De Ægidio abbate XIII<sup>o</sup>.*

Ægidius (Augustino ad S. Amandum evocato) huic loco praeficitur circa annum 1268. De quo primo habemus quod anno 1269, mense Augusti, nodosae et gravi quaestioni inter ecclesiam B. M. Alnensis, ordinis Cisterciensis, et ecclesiam nostram pro decima in sex jugeribus terrae in territorio de *Housdeng*, desideratum exitum imposuit. Septem circiter annis praefuit, mortuus 26 Octobris 1275.

*De Guillielmo Moulineau abbate XV<sup>o</sup>.*

Sub hoc abbate facta fuit permutatio quarumdam decimarum xxxi modios et unam raseriam siliginis et xxxi modios avenae et raseriam cum media quotannis a nobis Camberonensibus persolvendos, et ipsi Camberonenses cesserunt nobis omnes decimas quas colligere consueverant in parochiis de *Hoves*, de *Kenasta*, de *Bierges*, de *Sarto-Dumi*, alias *Buisson-Sart*, de Castello prope *Thieusies* et de *Patembruch*, parochiae de *Marcha*. Sub eodem facta fuit compositio per arbitros cum pastore de *Havrets* pro minutis decimis, quam vide in chronico D. Gerardi. Guillielmus autem moritur cum praefuisset 24 annis aut circiter, anno ignoto, 12 Februarii.

De Marcello Jacobo et Joanne, vocatis abbatibus S. Dionysii, vide chronicon D. Gerardi *Sacré*.

*De Guillielmo Le Long abbate XVI<sup>o</sup>.*

Hic abbas circa annum 1300 clavum tenuit; iniit fraternitatem strictissimae unionis cum abbate et conventu Florinensi, qua cautum erat ut quilibet monachus alterutrius ecclesiae ab altera ad alteram causa com-

morandi, ab abbate suo missus fuisset, quamdiu illic moraretur, tamdiu vitae necessaria in victu et amictu ministrarentur.

Illud est de hoc abbate satis memorabile quod praelaturae discrimina pertimescens, vitae vero privatae statum in tuto esse prospiciens, dignitatem abbatialem abdicavit in favorem Jacobi de Montibus, quem sicut sibi praefecit in terris sic ad coelos praecedere permisit; cumque illi duobus annis et 6 diebus supervixisset, sarcinam sui corporis posuit anno 1314.

*De Jacobo de Montibus abbate XVII<sup>o</sup>.*

Jacobus de *Mons* ex abdicatione Guillelmi supra dicti, hujus monasterii abbas salutatus est circa annum 1305. Notavit R. P. *Vincq* hunc fuisse binomium et in chartulis et chirographis modo Jacobum modo Joannem fuisse nuncupatum. Unde Jacobus et Joannes, de quibus pag. 39 in fine, unus est abbas. Quod si discussum cupis et tu discutere, vide chronicon D. Gerardi.

De nostro Jacobo hoc habemus quod anno 1311 constanter obnixus fuerit dynastae de *Thieusies*, jurisdictionem et piscationem in rivulo sub molendino *Charlon*, vulgo *Vallium*, usurpanti, qua de re latius anno 1354.

Jacobus autem desiit vivere 19 Aprilis, anno 1312.

*De Aegidio abbate XVIII<sup>o</sup>.*

Jacobo Aegidius succedens vix primum praelaturae annum confecerat cum a Petro, Cameracensi episcopo, ad transferendum B. Waldetrudis corpus, cum abbatibus Lobbiensi et S. Ghisleni committitur.

Fecit concordatum cum Augustinianis Anghiensibus pro jure funeralium et oblationum quod nobis, ratione patronatus, competebat, sub his conditionibus quod dicti prior et fratres in suis praedicationibus factis in dioecesi Cameracensi, post R. D. episcopum immediate abbatem et conventum S. Dionysii populo, in suis orationibus, commendabunt in perpetuum.

2<sup>o</sup> Cum abbas, sive aliquis monachorum, sive fratrum hujus loci, quicumque in futurum fuerint, decesserit, dicti prior et conventus pro quolibet defuncto debent missam in sua ecclesia solemniter celebrare, cum officio fieri



in talibus consueto, dum tamen ex parte dictorum abbatis et conventus de morte alicujus, dictis priori et conventui sufficienter fuerit intimatum.

3<sup>o</sup> Quod omnium oblationum in quibuscumque rebus futurarum de caetero et proventuum in missis ad magnum altare in ecclesia dictorum prioris et conventus, nec non funeralium in quibuscumque rebus ad dictam ecclesiam sive coemiterium prioris et conventus, de funeribus seu occasione sepulturae et funerum dictae parochialis ecclesiae de *Anghien* provenientium, media pars erit dictorum abbatis et conventus ac curati, et ad ipsos abbatem et conventum ac curatum pertinebit omni fraude (vel in oblatione facienda dimittendo dictum altare a presbytero ibidem celebrante, vel quavis alia) remota et cessante. Alia autem media pars erit dictorum prioris et conventus, et ad ipsos priorem et conventum pertinebit et remanebit. Pars autem dictis abbati et conventui ac curato competens, dividetur inter ipsos abbatem et conventum ex una parte, et presbyterum curatum ex altera, prout oblationes et funeralia in dicta parochiali ecclesia provenientes inter ipsos dividi consueverunt.

Funeralia vero de funeribus seu occasione funerum aliunde quam de dicta parochiali de *Anghien* ad ecclesiam dictorum prioris et conventus provenientium omnino erunt dictorum prioris et conventus et ad ipsos pertinebunt, mediantibus duobus florenis de Florentia <sup>1</sup> dictis, abbati et conventui in die S. Dionysii et in monasterio praedicto abbatis et conventus solvendis et tradendis. Oblationes vero factae quotidie in capellis praedictorum Augustinianorum sive altaribus aliis ab altari magno praedicto, in simplicibus missis, erunt dictorum prioris et conventus, mediante uno floreno de Florentia solvendo quolibet anno a dicto priore et conventu dictis abbati et conventui in die S. Dionysii, in ejus monasterio praedicto. In qua die debent etiam duo fratres prioris et conventus in dicto monasterio, in magna missa, comparere, et, cum a dicto monasterio recedent, debent dicto abbati vel priori ejusdem seu locum ejus tenenti dicere, quod dicto die in dicto monasterio comparuerunt in honorem et reverentiam S. Dionysii sub, sive infra cujus patronatum, eorum ecclesia in villa de *Anghien* est fundata.

Eodem anno 1315 Noster Ægidius abbas, consentientibus religiosis ac Joanne du *Sausset*, toparcha pagi de *Boussoit*, cessit pastori ejusdem loci ejusque successoribus in perpetuum, sub annuo censu quatuor modiorum bladi

Anno 1315.

<sup>1</sup> Ailleurs : *Valentia*.

seu siliginis, et quatuor modiorum avenae, totam illam partem decimae; quam Aegidius, quondam pastor de Mauregio, in eleemosynam huic monasterio dederat anno 1283.

Anno 7<sup>o</sup> vel 8<sup>o</sup> sui regiminis Aegidius noster decessit ultima Decembris circa 1319.

*De Theoderico XIX<sup>o</sup> abbate.*

Theodericus, seu ut aliis placet Terricus, anno 1321 iniit confraternitatem et societatem cum religiosiis S. Ghisleni; nihilque aliud de illo notandum reperio nisi quod, anno 1331, viam universae carnis ingressus sit 17 Aprilis.

*De Arnulpho abbate XX<sup>o</sup>.*

Hic successit Theoderico, cognomen ei erat de *Balenghien* seu *Baulignies*, qui est pagus non longe a Camberonensi monasterio situs, locus nativitatis dicti Arnulphi.

Sub hoc abbate anno 1332 controversia quae erat inter Guillelmum, Hannoniae et Hollandiae comitem, et nos pro juribus municipalibus in pago de *Obrechies* feliciter terminata est.

Anno 1334 idem abbas, in magnam hujus monasterii utilitatem, onus illud (quod ex more patronis incumbit) sartum tectumque chorum ecclesiae parochialis Anghiensis conservandi, redemit, compositione inita cum scabinis et civibus ejusdem oppidi, idque j<sup>o</sup> sub annuo censu 60 solidorum quadragesimo denario redimibilium, pro quorum extinctione et capitali refusione duobus annis post firmatum contractum numeravit centum viginti libellas Turonenses. Hoc tempore illa summa vix alicujus considerationis videtur, habita ratione impendiorum et incommodorum in certis temporibus sustinendorum. Attamen existimandum est praefatum onus grandi pecuniae summa extinctum, cum tunc pluris unicus solidus fiebat quam nunc viginti aut triginta. Exempli gratia, modius avenae tunc temporis valebat 7 solidis, nunc autem 12 ad minus libellis.

Anno 1338 Benedictus XII, bullam (quam Benedictinam vocant) ediderat pro reformatione monachorum, sed morte praevento res infecta remansit.

Mortuus est noster Arnulphus anno 1359, decem circiter annis post suae abbatialis dignitatis resignationem.

Ejus sepulchrali lapidi versus subjecti erant inscripti :

*Ensi com vous i estes fui-ie en vie  
Ensi com je sui serés sans vie,  
Mirés vous à che miroi chi,  
Alés à Dieu, priés pour mi. †*

*De Joanne Delemotte abbate XXI°.*

Joannes *Delemotte* (alias de *Ainghien* a loco nativitatis) creatus est abbas per resignationem Arnulphi, anno 1348.

Primo suae praelaturae anno noster Joannes numerare compellitur centum aureos sub specie mutui, pro suppeditandis sumptibus contractis a Guilielmo, Hannoniae et Hollandiae comite, anno 1345 interfecto, commisso cum Frisiis praelio. Quae summa numquam fuit refusa.

Hic villam seu domum (quam vulgo *Cour des Dames* vocant), in confinibus pagi S. Dionysii, et caulas in villa de *Warton* a fundamentis et alia exaedificavit; pontem ad valvas monasterii super fluviolum (ut adhuc in integro hodie visitur) solide et percommode extruxit anno 1350.

Anno 1349 pergravis controversia excitata fuit inter Gerardum *Dubois*, toparcham de *Lombize*, ex una parte, et Catharinam *Carbaude*, viduam Joannis de *Launois*, inter quatuor cruces asyli seu libertatis in territorio S. Dionysii commorantem, ex altera : ille, ob mortem dicti Joannis, in ambitu illarum quatuor crucum defuncti, melius catallum seu jus mortuae manus, ut vocant, praetendebat, quod dictus Joannes originem traheret ex familiis servorum libertate donatorum his legibus, ut, ubicumque morerentur in comitatu Hannoniae, jus praefatum servitutis ei penderent, quod et factum saepius post mortem majorum praefati Joannis, nemine reclamante. Catharina vero tendens adversus, asserebat decedentes intra 4 cruces praedictas esse omnino liberos et absolutos ab omni jure sive catallo in morte solvendo, propter immunitatem loci, quod semper ibi fuerit generalis et plenissima libertas. Tandem post litem sat diu cum fervore agitatum et pertractam, Gerardo

agente dimisso, Catharina suo jure vicit, et libertate loci potita est, ita decernente curia Montensi anno 1349, mense Novembri.

Cum noster Joannes duobus annis pacifice huic abbatae praefuisset, non parum a quodam ambitioso sycophanta turbatus est; cum enim Clemens VI, pontifex max., qui tunc Avenione, ubi curia Romana a 43 annis erat, sedebat, reservasset sibi provisionem hujus abbatae jam a tempore Arnulphi abbatis, hocque hic omnino ignoratum esset, abbasque Joannes, per viam resignationis, electus, installatus et ab episcopo Parisiensi benedictus fuisset; ambitiosus iste qui, Joanne expulso, libentissime ipsius loco sedisset, apud pontificem maximum omnem impendit operam ut sui voti compos fieret, sed frustra, nam noster Joannes non tamen sine labore ambitiosos ejus vicit conatus confirmationeque a Sede Apostolica accepta huic monasterio laudabiliter utiliterque praefuit.

Anno 1352 in autumno, instante Clementis VI vitae termino, novum nostro Joanni suscitatur negotium pro summa pecuniaria debita ac solvenda Guilielmo episcopo, Tusculano cardinali, sacri collegii dominorum cardinalium camerario, et Stephano, archiepiscopo Tholosano, domini papae camerario, pro ipsorum et familiarium eorundem communi servitio. Haec summa adscendebat ad quingentos triginta sex florenos auri et tres solidos, quos noster Joannes, primo et secundo anno pontificatus Innocentii papae VI, numeravit.

Controversia saepius agitata inter abbatem et conventum S. Dionysii ac dominum Theodicum (*Theodericum*), toparcham de Castello et *Sainselle*, ex una parte, et Joannem de *Launois*, toparcham de *Thieusies*, ex altera, super dominio et jurisdictione fluviali seu rivi ex molendino de *la Roquette* per molendinum Vallium, alias de *Charlon*, ad nostra stagna defluentis, per arbitros in ecclesia S. Waldetrudis, praesentibus plurimis nobilibus, solemniter in favorem nostrum dirempta est, die SS. apostolis Simon et Judae sacra, an. 1354, declaratumque est dictum toparcham de *Thieusies* nihil omnino juris aut dominii in dicto fluviolo habere. Molendinum vero Vallium, alias de *Charlon*, cum possessiunculis adjacentibus, in solidum et pro indiviso ad solos praefatos abbatem seu conventum S. Dionysii et toparcham de Castello spectat. Hinc molitor seu incola domus annexae dicto molendino numquam gravatur milite transeunte aut in *Thieusies* hyemante aut hospitante, quia licet in spiritualibus pastori dicti pagi subjiciatur, toparchae tamen nusquam.

Eodem anno magnis sumptibus culinam satis solidam exaedificavit, ad Anno 1354.  
quam et ad alias officinas fons in horto scaturiens per canales plumbeos deducitur et adhuc hodie influit. Sed illa culina quae hodie vocatur inferior, jam aliis usibus est deputata.

Anno 1356 Innocentius VI, summus pontifex, expetiit ab omnibus ecclesiasticis decimam partem suorum reddituum. Anno 1356.

Anno 1359 fuit controversia inter nostrum Joannem et praefatum Joannem Anno 1359.  
de *Launois*, dynastam pagi de *Thierusies*, pro dominatu quem uterque praetendebat in parvo nemore vulgo *des Hayons*. Re in pace terminata, abbatia pleno et absoluto jure illam partem possidet quinque circiter jugerum, quam alias Godefridus de *Winti* miles monasterio dederat in eleemosynam, ut dictum est ante anno 1230.

Anno 1363 Joannes Baillius, canonicus B. Mariae in ecclesia S. Gaugerici Anno 1363.  
Valencenis, huic loco cessit viginti solidos annuos, cuidam domui in eadem civitate imputatos.

Eodem anno scripsit noster Joannes episcopo Cameracensi ut absentiam suam a synodo dignaretur ista vice habere excusatam propter itinerum discrimina, aliasque urgentes causas ipsum tunc praepedientes. Ad quam tamen misit duos ex suis religiosiis qui ei cum omnimoda potestate assisterent, una cum aliis praelatis et personis ecclesiasticis.

Anno 1372 venas lithantracium seu hullarum (*houille*) in territorio de *Hou-Anno 1372.*  
*deng* et *Goegnies* conductoribus locavit Joannes abbas, ea lege (ut patet ex concordato) ut quartum modium sive quartam mensuram penderent abbati seu conventui S. Dionysii.

In sylvis huic monasterio contiguas, hoc et praecedentibus saeculis labor pro hujusmodi hullis (sed minutis) effodiendis saepe repetitus, at cum vena, quam plurimum commendant fabri ferrarii, quinque aut sex pollicibus vix sit altior, fuit semper intermissus et desertus ab ipsis fossoribus, laboris magnitudine vel lucri tenuitate deterritis.

Cum autem noster Joannes 24 annos et amplius dignitatem abbatialem cum laude et utilitate monasterii sustinisset, senio confectus, quietis amicus, de salute sollicitus, praefectura, Gregorio XI approbante, se abdicavit anno 1373 cursumque vita, tertio post suam dimissionem anno, feliciter absolvit 28 Maii, anno 1376.

*De Nicolao de Montigny abbate XXII.*

Nicolaus de *Montigny*, per resignationem Joannis praedicti et confirmationem Gregorii XI, hujus monasterii gubernacula suscipit anno 1374. Hic Nicolaus ex nobili et generosa familia ortus perhibetur.

Initio sui regiminis ad Gregorium XI nuntios misit, ut se suumque monasterium ejus protectioni ac benevolentiae commendaret submitteretque. Cum Nicolaus abbas pro explicatione negotiorum suorum in curia apostolica etiam pro necessitatibus domesticis, multitudine aeris alieni teneretur, suam suique conventus fidem anno 1376 sygrapha adstrinxit pro 300 vel circiter florenis auri regia forma signatis, mutuo sumptis et stato die reddendis.

Anno 1386.

Anno 1386 proceres ac cives Montenses, indulgente Auberto, duce Bavariae ac comite Hannoniae, Hollandiae, Zelandiae, etc., tubis subterraneis, initio quidem testaceis, postea vero ligneis, fontem (quem antiquitus *Vastiaul* vocabant) scaturientem in vallibus, in suam civitatem, a qua duabus horis seu leucis origo distat, magnis sumptibus in maximum civium commodum deduxerunt.

Nicolaus noster fuit jurium monasterii acerrimus defensor, ut patet ex nonnullis controversiis ab illo constanter propugnatis et feliciter expugnatis. Sed ex duplici praesertim capite memoria illius posteris merito tradenda est. Primum est quod stagnum molendino hujus pagi adjacens fundaverit, massaque caementitia solide ac industrie compacta munierit; quae usque hodie integra non sine admiratione cernitur. Alterum quod ex eodem vivario in omnia loca monasterii per canales seu meatus subterraneos, utcumque amplos et altos, opere caementitio magnis dispendiis elaboratos, perennem aquam conduxerit in maximum monasterii commodum.

Anno 1392.

Annis 19 in abbatiali dignitate laudabiliter et fructuose expletis, ingressus est viam universae carnis, anno 1392, mensis Octobris 26.

*De Jacobo de Hollande abbate vigesimo tertio.*

Jacobus de *Hollande* alias de *Nivelle* Nicolao succedit.

Anno 1395.

Anno 1395 restituit Molendinum publicum seu foendale utriusque pagi scilicet S. Dionysii et d'*Obourg*, quod tunc temporis sub monasterio ad aedes pastorales sedebat, postea aliis usibus destinatum et jam omnino diru-

tum. Cum quatuor annos et aliquot menses huic monasterio strenue praefuis-  
set, diem clausit extremum prima die Februarii anni 1397, cujus sarcophago Anno 1397.  
versus sequentes erant inscripti :

Supplico gaudere, tecum, Deus alme, manere ;  
Sancte Dionysi, tutor adesto mihi.

*De Joanne de Montigny abbate vigesimo quarto.*

Joannes de *Montigny* statim a morte Jacobi eligitur abbas et spatio unius  
mensis ad summum confirmatur et instituitur.

In sui promotione erat recens sacerdotio initiatus, quia anno 1393 fuit cum  
duobus aliis subdiaconus ordinatus et non multis antea annis a Nicolao de  
*Montigny* ejus (ut persuasum habemus) patruo, ad religionem assumptus.

Joannes noster anno 1400 litigat cum magistratu Montensi pro resarcien- Anno 1400.  
dis damnis a fossoribus monasterio illatis ex assidua reparatione canalium  
dicti fontis, pro qua praedia, possessiones, terras, pomaria, imo ipsum hor-  
tum monasterii, refectorio et valetudinario adhaerentem, continuo evertabant  
in evidentissimum monasterii damnum. Tandem anno 1407 judicio vicit  
abbas, ac in damnorum pensationem constitutus est census duodecim libel-  
larum quotannis ab ipso magistratu Montensi pendendus, qui paucis annis  
solutus est, eodem magistratu summam capitalem sub eodem abbate refun-  
dente. Venerabilis vero Gaspar *Vincq*, hujus loci abbas 36, antequam pro nova  
ecclesia, quae nunc visitur, construenda, fundamina substitueret, circa annum  
1628, animo volvens difficultates et maxima pericula ab ipso fonte sub ipsa-  
met turri ecclesiae manante, aedificiis imminencia, tubos plumbeos duc-  
tumque aquae opere caementitio concameratum sub illa turri propriis dispen-  
diis elaborandum curavit.

Noster autem Joannes, post exactos in praelatura 16 vel circiter annos 20, Anno 1413.  
Novembris anni 1413 vita functus est.

*De Daniele Chauwet abbate XXV°.*

De hoc abbate nihil penitus habemus praeter annum et diem obitus ejus  
in Domino, qui fuit 12 Septembris anni 1417.

*De Guilielmo d'Assonleville abbate XXVI.*

Anno 1420.

Guilielmus d'Assonleville, factus hujus loci abbas, monasterii sui jura tueri summopere studuit, ac in primis anno 1420 impetratis a Joanne, duce Lothariae et Limburgi, comite Hannoniae, etc., litteris, cives et municipes Thenenses censuum solutionem recusantes constanter compescuit et adegit.

Anno 1423 una cum pastore Anghiae contra Carmelitas in eadem civitate commorantes, juridice egit pro jure oblationum, sepulturarum et funeralium; tandem illa controversia in amicitia perpacata fuit, sicut et alia disceptatio cum Augustinianis dictae civitatis sub Aegidio abbate, anno 1315. Cujus apographum vide in chronico D. Gerardi, pag. 215.

Anno 1424.

Anno 1424 noster Guilielmus cogitavit de redimenda seu adimenda Sylvae-Majoris jurisdictione in hoc monasterium, quod et fecit, mediante summa quingentarum coronarum auri, cunei regis Franciae, ut patet ex instrumento super hoc confecto et ad longum in chronico D. Gerardi relato, pag. 222. Dicta autem subjectio consistebat in hoc quod, juxta vetus concordatum factum anno 1241, vacante dignitate abbatiali, noster conventus mittere tenebatur ad prioratum S. Pauli-in-Bosco, Suessionensis dioecesis, ad obtinendam licentiam a D. priore dicti loci eligendi abbatem, et, cum electus fuisset et confirmatus, eundi ad dictum locum S. Pauli, et a priore recipiendi baculum pastorem et post modum redeundi ad benedictionem obtinendam. Tenebamur insuper abbatem Sylvae-Majoris quando ad nostrum monasterium declinare voluisset, recipere reverenter, ubi remanere poterat per 4 dies cum 20 equitaturis. Tenebamur etiam de triennio in triennium ad dictum prioratum S. Pauli-in-Bosco proficisci et ibidem esse per biduum cum priore dicti loci cum aliis in capitulo congregatis. Tenebamur etiam singulis annis mittere et solvere nostris expensis dicto priori S. Pauli vel alteri, loco sui, 20 libras et 6 denarios Parisienses, vice et nomine dicti domini abbatis Sylvae-Majoris, in termino dominicae de Quasimodo, sub poena decem solidorum, etc.

Anno 1426.

Anno 1426 hospitii nostri Montensis partem anteriorem cum sacello S. Catharinae sacro, aliisque officinis extruxit.

Anno 1419 chorum ecclesiae parochialis S. Salvatoris prope civitatem Athenensem a fundamentis construxit.

Anno 1421 chorum de *Bogardes*, apud Hallas, et villam de *Obrechies* om-



nino innovavit aliaque plurima extruxit, inter quae, anno 1438, coenaculum seu refectorium construxit.

Anno 1435 latrunculi, e Galliarum confinibus irruentes, totam provinciam diripiunt et vastant, qui expulsi tribus post annis secundo regrediuntur, expulsique, tertio ad praedas redeunt; gallice vocabantur *les Écorcheurs*.

Patribus ecclesiae congregatis sub Eugenio IV, summo pontifice, pro continuatione concilii Basileensis a Martino V anno 1431 indicti, Guilielmus noster, et S. Ghisleni et Camberonae abbates circa annum 1435, imperium ejusdem concilii mandantis ecclesiasticis omnium proventuum suorum unius decimae medietatem, pro sublevandis sumptibus praefati concilii, conferre, detrectantes, excommunicationis sententiam subierunt, pro cujus absolutione procuranda et impetranda noster abbas 57 libellas numeravit, duobus aliis abbatibus bis tervè totidem pendentibus. Pro medietate vero praefatae decimae hoc monasterium 72 libellas solvit.

Anno 1437 philacterium seu sacrum toreuma argenteum sesquipedale hinc inde deauratum, in modum atrii seu capellulae elaboratum, imagine sancti Dionysii, patroni nostri, argentea semipedali, industrie collocata inter quatuor columnulas, cystulam eburneam imaginunculis aliisque bellulis jocalibus adornatam suffulciantes, fieri curavit Guilielmus abbas, inculpta hac epigraphe: *Cest relique fist faire damps Guillaume Dansonville, abbé de céans l'an Mil CCCXXXVII. Priez Dieu pour ly.*

Anno 1437.

Hoc ex chronicis D. Gerardi excerpti, sed quo fundamento ipse Gerardus referat statuam illam collocatam inter quatuor columnulas esse S. Dionysii ego nescio. Et verosimile est esse potius S. Ghisleni quam S. Dionysii, quandoquidem praedicti S. Ghisleni reliquiae in arca eburnea in superiori parte posita recondantur, inveni enim schedulam caractere antiquo scriptam *de costa S. Ghisleni*. Hoc forte D. Gerardum induxit ad credendum istam statuam esse S. Dionysii ex eo quod superior pars capitis sit quasi amputata, sed ex hoc argumento potius crediderim illam esse S. Piatonis, patroni Tornacensis, cujus superior capitis pars sic fuit abrasa et cum hac martyrii sui nota ubique pingitur. Visitur ad januam monasterii, sub camera abbatiali, statua ejusdem S. Piatonis quam seniores nostri credebant etiam esse S. Dionysii, sed eodem forte errore quo D. Gerardus *Sacré*, quia scilicet in manu capitis superiorem partem teneret. Sed ad nostrum Guilielmum redeamus.

Anno 1444 patres Augustinianos ac Carmelitas Anghienses, privilegiorum

Anno 1444.

suorum fimbrias nimium dilatantes ac magnificantes, et ideo a supra memoratis concordatis recedere tentantes, Guilielmus noster compescuit, impetratis ab Eugenio IV, summo pontifice, iudicibus et arbitris qui, auditis audiendis, quaestionem ab iisdem patribus contra abbatem et religiosos S. Dionysii excitatam auctoritate apostolica deciderent, quod et fecerunt, omnibus in integrum restitutis et confirmatis, prout erat in utroque contractu compromissum a partibus.

Anno 1461.

Insuper anno 1461, sub Rassone, per iudicis sententiam condemnati sunt et adstricti quotannis in profesto S. Dionysii, patroni nostri, cum suis cappis primis vesperis et sequenti die solemniter interesse (quod religiose adhuc observant, 1725). Guilielmus autem, cum strenue duo de triginta annos hujus loci moderamina tenuisset, plenus dierum, confectus senio, infirmitatibus assiduis attritus, laboribus fatigatus, hujus miserandae vitae taedio affectus, ac, aeternae felicitatis desiderio accensus, carnis sarcinam honorisque pondus ac pedum posuit die 6 Aprilis, anno 1445.

Anno 1445.

*De Rassone d'Assonleville abbate XXVII<sup>o</sup> et actis ejus.*

Rasso d'Assonleville, Guilielmi successor ac nepos, in locum patris sui demortui canonicè a suis confratribus electus et ab episcopo Cameracensi confirmatus, eodem anno 1445 in possessionem monasterii deductus est a magistro Joanne *Gybaunari*, Hannoniae archidiacono, cui de more et ex jure equus vectuarius cum breviario abbatis tradendus erat: quare pro illis aliisque dispendiis inaugurationis et pro ejusdem abbatis ad Cameracensem synodum profectione quaestor aerarius hujus monasterii Andreas Martini 80 libellas solvit.

Magistratus et incolae oppidi Anghiensis, immemores contractus alias cum Arnulpho abbate anno 1334 initi, Rassoni nostro anno 1446 molestias non parvas creaverunt, injicientes manum possessionibus hujus monasterii dicto oppido adjacentibus, ut hac via abbas compelleretur chorum ecclesiae reparare, sed frustra laboraverunt causa cadentes.

Anno 1456 Nicolaus d'Assonleville, canonicus Malbodiensis, fundum seu haereditatem prope monasterium sitam (quae vulgo *Montpicquet* vocatur), oppignoravit, pitanciae annum censum non magni momenti pensaturam,

hac lege ut in vigilia S. Aldegundis virginis responsum : *regnum mundi*, cum versu et oratione : *exaudi nos* etc. a religiosis in ecclesia abbatiali quotannis, ante statuam bipedalem ejusdem sanctae opere anaglyptico elaboratam, ab ipso Nicolao canonico in dicta ecclesia collocatam, cantaretur. Quod hodie sancte observatur, finitis vesperis pro festi ejusdem sanctae. Quantum ad dictam statuam, D. Gerardus *Sacré* in suis chronicis asserit se illam adhuc suo tempore vidisse, cujus tamen hodie ne minimum quidem vestigium superest.

Anno 1460 Rasso abbas in ditionibus S. Dionysii et d'*Obourg* plusquam 60 praediorum jugera in terris, pratis, pascuis, stagnis, sylvis et alnetis, maxima ex parte ad villam seu coloniam Bellae-Vallis (vulgo *Belvaux*) spectantia, ac denique ipsammet villam monasterio comparavit, opera pia ac generosae matronae Aelidis marito tunc orbatae, filique sui Rassonis abbatis studiosissimae (et cui hoc monasterium in summis deliciis erat), quae ingentes nummos liberali ac perbenigna effusione libens subministravit, eo, ut credimus, fine. ut monasterii benefactoribus annumeraretur et annis singulis annua parentalia cum vigiliis et epicediis precationibus a religiosis solemniter ac devote celebrarentur. Quare noster Rasso, triduo ante mortem, praesente Joanne *Baccart*, Laetiensi abbate, multisque aliis pro praefato anniversario instituendo instrumentum edidit, decernens ut necrologio annotaretur; sed nescio quo pacto fuerit omissum, cum et Aleidis et Joannis conjugum, Rassonis parentum hujusque domus benefactorum, nomina eodem die cum Guilielmo abbate, eorum fratre, inscripta habeantur, et nullibi anniversarii celebrandi vel minima mentio fiat. Forsan abbas moriens sat esse duxerit piorum parentum nomina in necrologio exarata et illos perpetuum ad participationem et societatem omnium bonorum operum, sicut et reliquos benefactores nostros, admittendos recipiendosque (videant tamen quorum interest).

Anno 1468 Carolus Audax, Philippi boni filius et haeres, celebratis nuptiis Anno 1468. mense Julio Brugis cum Margarita Eboracensi, Eduardi Angliae regis sorore, Montibus cum triumpho et solempni pompa recipitur, et, praestito jurejurando in ecclesia S. Waldetrudis pro juribus et privilegiis provinciae tutandis, acceptisque libellis praelatorum ac ecclesiasticorum Hannoniensium merito conquaerentium quod monasteria et claustra aggravasset, singulis singulos miserabiles, quos *pain d'Abbie* (d'*abbaye*) vocare solemus, ex suis famulis aut aliunde commendatos, alendos fovendosque, datis codicillis, pro jure suo assignando, Gandavum consedit, ubi, examinatis ac ponderatis serio supplican-

tium argumentis ac justissimis querimoniis contra ejusmodi suorum provisiones, 20 Junii anni 1469 decretum hisce fere conceptum verbis edidit : « Notum sit omnibus quos nos praelatis et ecclesiasticis supplicatoribus concessimus et indulsumus, concedimus et indulgemus, quod si horum aliqui, nobis nostrisque codicillis ac litteris obsequentes, in sua claustra aut monasteria miserabiles aliquas personas praefatis litteris munitas ex charitate benigne admiserint, inde nihil in eorum praejudicium concludendum nec detrimento vel damno debet illis esse, qui misericordiam in miseros ac pauperes exercuerunt. »

Anno 1469.

Anno 1469 abbas Rasso, postquam 24 annos in abbatali dignitate vixisset, ex hujus vitae laboribus ad aeternae vitae quietem transiit die 7<sup>a</sup> Octobris, aetatis circiter 64, sepultusque et clausus, ut vivens concupierat, cum praedecessore ac patruo suo in eodem sarcophago.

*De commendatariis abbatibus S. Dionysii, qui duo de viginti annos  
administrationem tenuerunt.*

Rassone abbate defuncto, Sigerus de Pastura, professus ac sacerdos hujus monasterii, canonicè in abbatem electus, qui, acceptis nuntiis de reservatione provisionis hujus monasterii, cum vacaret, a Paulo II facta, nulla interposita mora, pro confirmatione sua Romam profectus est, sed nihil efficere potuit, quia de hoc monasterio cuidam saeculari jam provisum erat. Igitur hujus monasterii jussus abbas commendatarius fuit, Ferricus de Cluniaco, protonotarius apostolicus, legum doctor, libellorum ac supplicationum magister, Carolique audacis, Burgundiae ac Brabantiae ducis, Flandriae Hannoniaeque comitis, consiliarius, qui, acceptis a Paulo II litteris apostolicis, 18 Decembris 1469, abbatiam hanc primus habuit in titulum seu commendam, quam ad tres solum aut circiter annos tenuit, nam annos 1473 a Sixto IV, Pauli II successore designatus fuit Tornacensis episcopus 67<sup>us</sup> et post modum ab eodem Sixto, pontifice maximo, cardinalis S. Romanae ecclesiae titulo S. Vitalis renuntiatus, Romae purpuram, mytram et vitam posuit anno 1483.

Philibertus, S. Rom. ecclesiae cardinalis diaconus tituli S. Luciae in silice, secundus fuit hujus loci commendatarius, qui possessionem hujus commendae

adiit per dom. Sigerum de Pastura, quem suum in hunc finem constituerat et ordinaverat specialem procuratorem suumque tam in temporalibus quam in spiritualibus cum summa potestate vicarium, uti et fuerat sub priore commendatario, reservata annua pensione, ex mutuo contractu, Romam quotannis dicto cardinali transmittenda.

Sed nec Philibertus hanc commendam diu tenuit, auctus enim et opibus et honoribus ab eodem Sixto IV, sponte in manibus ejusdem pontificis, ut Henrico a Berghis faveret, commenda nostra se abdicavit anno 1477.

Henricus a Berghis, tertius hujus loci commendatarius, nobilissimi ac potentissimi viri Joannis de *Berghes* filius, velleris aurei cancellarius, utriusque juris doctor, protonotarius apostolicus et canonicus Leodiensis, sed Mechliniae consistens, in hujus monasterii possessionem 3<sup>o</sup> Maii, anno 1477, solemniter est inductus regiminisque sui auspiciam a mutatione omnium officialium duxit.

Anno 1480 electus est Cameracensis episcopus. Confirmatione a Sixto IV obtenta, approbavit et confirmavit auctoritate ordinaria contractum initum et saepius repetitum inter monasterium S. Dionysii et pastorem Anghiensem, ex una parte, et conventum Augustinianorum, ex altera.

*De Sigero de Pastura abbate XXVIII.*

Sigerus de Pastura, duorum primorum commendatariorum vicarius in temporalibus et spiritualibus, mortuo Rassone abbate canonice fuerat a religiosis electus, ut dictum est superius. Promoto itaque Henrico a Berghis ad cathedram Cameracensem, et eo ipso vacante, ut prius, abbatia nostra, Romae degens Philibertum cardinalem cujus vicarius fuerat, sollicitat ut commendam San-Dionysianam ad quam jus et regressum dictus Philibertus habebat, pro se a summo pontifice exposceret, quod libens praestitit. Igitur Philibertus, acceptis litteris pontificis, sed necdum commendae praedictae possessione accepta, petitaque et obtenta ejusdem commendae exercendae venia, totum jus suum per munus pontificis Sigero nostro tradidit. Cum igitur, tanto patrono sollicitante in dicta curia Romana, Sigerus confirmationem suae pristinae electionis impetrasset, anno 1481, statim munus benedictionis a Mitinensi archiepiscopo, in ecclesia S. Triphonis, Romae accepit. Quibus peractis, hinc, rescriptis et mandatis pontificiis bene munitus, reversus est.

Primum autem scriptum pontificium, quod erat Sixti IV, derogabat reservationi concessae Henrico, episcopo Cameracensi.

In secundum designabat pontifex Sigerum de Pastura abbatem hujus loci.

In tertio commendat idem pontifex Sigerum episcopo Cameracensi.

Quartum mandat religiosiis San-Dionysianis ut Sigerum recipiant in abbatem.

Sed dictis rescriptis nec episcopus, nec qui a parte ejus stabant religiosi, paruerunt: quinimmo magnum schisma inter fratres exortum est dispersique gregis disturbia, nam qui partes dicti episcopi tutabantur, abscedentes secum vasa argentea non pauca, plurimamque sacram ecclesiae suppellectilem asportaverunt. Quae omnia Sigerus summo pontifici fideliter exponi curavit. Quare idem summus pontifex novum rescriptum ad eundem episcopum misit, sed frustra, nam cum non fuisset illud Sedis Apostolicae comminatorium episcopo commendatario insinuatum, qui nec minis generosi Sigeri animum concutere, nec terroribus percellere poterat, decrevit vi eum depellere, quare, missis satellitibus suae rebellionis ac contumaciae in Sedem Apostolicam ministris, innocentem abbatem immaniter apprehendi jussit et pro libitu suo huc et illuc ignominiose trahi: qui, singulari Dei beneficio, custodia se exemit, Romamque iterum perrexit partes suas defensurus, ubi molestiis ac litigiorum dissidiis ab antagonista biennium lacesitus, moerore ac taedio pergravatus, in ipsa urbe xi Decembris anni 1484 rebus humanis excessit. Quo mortuo, praedictam commendam episcopus de Berghis adhuc ad triennium retinuit.

Hoc de ipso specialius venit notandum quod cum Nicolaus *Desmarez*, doctor sorbonicus fratrumque Scholarium Montensium prior, jura abbatae nostrae pro exequiis regis, principum, canonissarum totiusque Hannoniae nobilitatis (ut moris semper fuit) in ara principe celebrandis, usurpasset, Henricus episcopus, rei certior factus, monasterium nostrum juribus ac privilegiis antiquis plene restituit. Unde nostro tempore pater prior nec non et pater senior a domicellis, per unum ex ministris sui capituli missum, vocati et rogati saepius, exequias solemniter ad aram principem celebrarunt, ipsismet canonissis asserentibus illud privilegium esse specialiter monasterio S. Dionysii in Brocqueroia annexum.

*De Joanne Le Fort abbate XXIX°.*

Joannes *Le Fort*, professus ac sacerdos hujus monasterii, fit abbas sub finem anni 1487, Henrico, Cameracensi episcopo, sese commenda abdicante, Innocentio VIII ejus abdicationem confirmante et approbante, sub annua pensione 600 florenorum episcopo reservata. Tunc temporis observantia monastica hic penitus collapsa erat, ita ut ipse episcopus bis terve illius restituendae causa monasterium perlustravit, sed cum incassum se laborare conspiceret, Quintinum *Benoît*, S. Ghisleni abbatem, zelo religionis praeditum, monasterii sui reformatorem strenuum, cum omnimoda auctoritate delegavit anno 1497, ut hoc monasterium visitaret et ad meliorem observantiam reduceret. Quem autem fructum haec visitatio attulerit penitus ignoratur.

Anno 1502 obiit praefatus Henricus a Berghis.

Anno 1511 noster Joannes abbas, cum hujus monasterii clavum 24 annos tenuisset, vivere desiit. Tempore sui regiminis multa fortiter et magnanimiter pro monasterii juribus tutandis contra juratos Binchienses et alios gessit. Ecclesiam nostram ornamentis pretiosis holosericis auro contextis nobilitavit, quorum duo adhuc hodie (1725) omnino integra extant, duae cappae scilicet ex panno aureo cum suis casulis et tunicellis, coloris rubri una, altera conchilii seu violacei, et duo similia antipendia.

Insuper rem familiarem non parum adauxit, emptis 30 et amplius praediorum jugeribus in ditionibus S. Dionysii et d'*Obourg*.

*De Ægidio Cambier abbate XXX°.*

Ægidius, sepulto Joanne *Le Fort*, in abbatem, concordii ac unanimi religiosorum suffragio, eligitur 21 Decembris anni 1511, et ultimo die ejusdem mensis et anni a vicariis generalibus episcopatus Cameracensis (Jacobus de *Croy* episcopo absente) confirmationem adipiscitur, munus autem benedictionis anno sequenti in ecclesia Franciscanorum solemniter ei impertitur.

Cum autem hujus loci octo circiter annis gubernaculum tenuisset, taedio affectus, malensque subesse magis quam praesse, officii munus et molestias vivens et libens posuit anno 1519, in suum locum Joanne *Dorimont* coop-tato, sibi que ad vitam pensione annua 500 florenorum ex pacto reservata.

Abdicato pedo, supervixit ad annum 1531 et die 4 Martii ejusdem anni Montibus in nostro hospitio rebus humanis exemptus est et in hoc monasterio sepultus, ejusque monumento versus sequens, qui non parum ad chronologiam abbatum nostrorum facit, insculptus erat :

Ecce ut Joanni nunc cedo tricesimus aedem.

Sub ejus regimine numerus religiosorum non est auctus, nec res ascetica multum promota, priori, superiori aliisque officialibus regularibus pro suorum exercitio assignatis, more operariorum, stipendiis annuis. Illud tamen notatu dignum quod a fundamentis magnam partem murorum ambientium monasterium ad plagam meridionalem innovaverit, claustrumque vetus a praedecessore inchoatum modicum protenderit.

*De Joanne Dorimont abbate trigesimo primo.*

Joannes *Dorimont*, Montensis ex priore cedenti Aegidio *Cambier* sufficitur. Initio praelaturae ejus, exiit edictum a Carolo V Caesare ut hujus monasterii et aliorum proventus et bona specificè describerentur.

Anno 1529, consentientibus incolis S. Dionysii et d'*Obourg*, nonnullisque in amicitia sopitis difficultatibus, decem circiter jugera ericarum nunc pascuorum monasterio adjunxit, in loco qui dicitur *les Tuilleries*.

Anno 1537 labrum insigne hexagonum quod nunc in medio horti claustralis stat, fieri curavit.

Anno 1545 23 aprilis praelaturae suae anno 26 Francisco de *Behaut* a decennio in coadjutorem cooptato, Joannes *Dorimont* septuagenarius sarcinam corporis posuit, luctu et jubilo in ejus morte miro Dei judicio permixtis.

Anno 1531.

Tempore ejus regiminis chorum de *Gottegnies*, prout nunc visitur, a fundamentis solide extruxit, villam quoque de *Warton* innovavit, et religiosos in scribendis libris pro choro sat utiliter occupavit.

*De Francisco de Behaut abbate XXXII.*

Anno 1535.

Franciscus de *Behaut*, nepos Joannis d'*Orimont* ex sorore, ex nimio avunculi sui affectu anno 1535 coadjutor est decretus adhuc levita; qui, maximis



gravissimisque obicibus sublatis, 19 junii anno 1536 codicillos regios (quos *patentes* vocant) a Carolo V Augusto impetravit. Cui primo nominationem et provisionem abbatiarum, prioratuum, etc., in ditionibus Belgicis vacantium Sancta Sedes indulserat. At solum anno 1543 bullas apostolicas suae coadjutoriae confirmativas obtinuit a Paulo III.

Illo tempore proventus annui hujus monasterii, secundum quod taxatum erat in tabulis et codicibus camerae apostolicae, non excedebant summam mille ducatorum.

Acceptis praefatis litteris pontificis, in coadjutoriae possessionem deductus est a quodam notario apostolico anno 1543.

Anno vero 1545 a Nicolao *Houzeau*, Vallis-Scholarium Montensium priore, lectis publice coram religiosis praesentibus litteris apostolicis, ad utendum fruendumque jure quaesito in spiritualibus et temporalibus, cedente ac peroptante avunculo, nepos admittitur.

Hanc diem solemnem avunculus et nepos; senex infirmus cedens ac decedens et juvenis sanus succedens summo ac unanimi voto videre concupierant, illumque viderunt sed non pari successu. Mane, siquidem choro et musica jubilantium in luctum versis sibique promisso solatio nimis ardentem optato, sumptibusque nimis procurato frustratus senex, justo judici rationem redditurus excessit rebus humanis. Novellus vero abbas susceptum laeto animo pedum post 25 praelaturae annos (conscientia animum verberante) cum vitam tremebundus posuit.

Anno 1547 turris ecclesiae d' *Obourg* a fundamentis excitatur, sed demum anno 1590 cum campanili peraedificatur.

Anno 1548 domum in Anghiensi oppido emit, alteram 1462, deinde 3<sup>am</sup> 1570, ut ex illis hospitium instrueret. Quod cum nullum utilitatis aut commodi fructum praeberet, distractum est anno 1619, aere, ex ejus venditione comparato, in majorem monasterii utilitatem mutato.

Anno 1551 summam manum veteri claustro imposuit. Capitulum adhaerens; coenaculum ac dormitorium in quindecim cellulas officinasque alias distinctum exaedificavit, etc.

Hoc tempore numero monachorum hic ad undenarium redacto, disciplinae cellapsa, Philippus II, Hispaniarum rex, zelo monasticae disciplinae redintegrandae ardens, anno 1559 ad abbatem nostrum Franciscum gravissimas dedit epistolas, quibus mandabat ut suos religiosos ad regulae obser-

vantiam efficaciter revocaret, commessiones, immoderationes et corruptelas, sensim introductas omni studio proscriberet.

Anno 1563 Maximilianus a Berghis, archiepiscopus Cameracensis, hoc monasterium canonicè visitavit, ex cujus visitationis actibus archigraphiae nostrae insertis discet curiosus lector hujus loci luctuosum statum, de quo melius silere quam loqui, ne deformitas matris nostrae evulgetur.

Circa annum 1565 varii casus ad observantiam monasticam spectantes universitatis Lovaniensis doctoribus a nonnullis ordinis nostri abbatibus proponuntur. Ac in primis Bursfeldenses quaerunt an liceat dispensationem pro carnibus sollicitare apud Sedem Apostolicam, et, si impetretur, an liceat secunda conscientia ea uti? Post longam ac doctam discussionem, hanc praefati doctores dederunt resolutionem.

« Non licet istis patribus apud Sedem Apostolicam sollicitare istam dispensationem, et, si impetrata fuerit, non licet ea uti secunda conscientia, eo quod » apud Deum in judicio extremo non excusabit. »

Alii vero abbates Benedictini petierunt ad quid teneatur religiosus vi voti. Ad quod quaesitum, satis prolixum dederunt responsum. Quod vide in archigraphia nostra.

Anno 1566, excurrentibus, saevientibusque per agros Hannonios rebellibus (dictis *les Gheux*), pusillus grex religiosorum hujus monasterii merito sibi metuens Montes consedit.

Anno 1568 monasterium Bonae-Spei ab iisdem Gheusiis concrematur.

Anno 1571, Noster Franciscus abbas, cum praeter tempus coadjutoriae annis 26 huic monasterio praefuisset, aetatis suae 57 cum vita pedum posuit.

Tempore sui regiminis rem domesticam procuravit et auxit. Ab incolis d'*Obourg* foenum cordum sive autumnale (de antiquo jure ad eorum communitatem spectans) quinque jugerum pratorum, territorio d'*Havret* et Hainiae fluvio confinium, magno emit pretio, etc.

Tandem morti proximus saepius ex intimis animae medullis erumpentibus lacrymis, alteque petitis suspiriis, has voces gemebundus ingeminabat: « O utinam longe remotus a negotiis et officiis totam vitam instar parvuli ac humilis novitii peregissem! O utinam toto illo tempore quo pedum abbatale gestavi, vilissimus bubulcus aut porcarius fuisset! procul dubio non in tanto moerore morerer, non tantis angustiis opprimerer. »

*De Petro Rollier abbate XXXIII°.*

Petrus *Rollier*, Joannis *Dorimont* ex sorore nepos, et consequenter Francisci de *Behaut* cognatus germanus, canonicè electus, et a Ferdinando *Alvarez*, duce Albano, nominatus, nec non acceptis litteris confirmationis a vicariis generalibus archiepiscopatus Cameracensis, praefato Francisco succedit, installaturque 29 Junii anni 1571, ac 22 Julii ejusdem anni Montibus solemni apparatu munus benedictionis a R<sup>mo</sup> Martino *Cupper*, episcopo Chalcedonensi ac suffraganeo Cameracensi ex abbate Crispiniensi, suscipit, numeratis pro juribus confirmationis et benedictionis quingentis libellis, domesticis ac familiaribus archiepiscopi ducentis libellis; ratio vero expensarum Bruxellis et alibi pro hac provisione peragenda praefatos sumptus aequabat.

Anno 1572 Ludovicus, comes Nassovius, collectis mille circiter peditibus ac levis armaturae quingentis equitibus in insidiis decumbentibus, caeso custode, clavibusque civitatis abreptis proditorie, Montes, Hannoniae metropolim, 24 Maii intercipit.

Anno 1578 domnus Julianus *Hergo*, hujus monasterii prior, provectus est ad praeceptoriam S. Antonii in vicinia ad Barbaefossam; at non nisi quatuor annis illo potitus est honore, obiitque anno 1583 ac in medio chori dictae praeceptoriae sepultus. Abduxerat secum duos socios sacerdotes D. Andream *Lefebvre* et D. Joannem *Fontaine*, hujus monasterii monachos professos, unico fratre Davide *Le Blanc*, sene praesbytero, superstite ex prioribus fratribus S. Antonii hospitalariis ex Mota in Delphinatu anno 1415 evocatis.

Mortuo D. Juliano *Hergo*, D. Andreas *Lefebvre* pro illa praeceptoriam adipiscenda aliquam diligentiam adhibuit, sed, in via subsistens, fuit ab alio praeventus. Ac demum patres societatis collegii Montensis anno 1587 eundem locum cum suis attinentiis (accedentibus pontificia et regia auctoritatibus) obtinuerunt a conventu et abbate monasterii S. Joannis-in-Monte juxta Teruanam, ordinis S. Benedicti, qui, ex eo loco profugi, Balliolanam praeceptoriam impetraverant; hodie autem Ipris commorantur ab anno 1590.

Annis 1579°, 80°, 81° et 82°, tam ob Gheusiorum quam Allemannorum depraedationes, religiosi saepius Montes consederunt, huc, periculis elapsis, revertentes; et ipsi Allemanni fores monasterii igne injecto combusserunt, cujus conflagrationis adhuc hodie signa visuntur (1725).

Anno 1583 Germani monasterium nostrum iterum expilarunt, equis secum abductis multisque aliis ablatis.

Anno 1586 agrorum sterilitas fuit memorabilis.

- Anno 1587 ex dicta sterilitate fuit tanta rerum penuria ut Antuerpiae raseria frumenti 36 flor., siliginis vero 24 venderetur, et in hac patria siligo 16 flor. Quo famis et miseriarum tempore, noster Petrus thesaurizavit sibi in coelis, parvulos panes fieri jubens et petentibus elargiri, qui huc catervatim ex vicinis et remotis locis confluebant. Messis tamen subsequens, Deo miserante, tam copiosa fuit ut raseria siliginis in Hannonia 12, 15 et 18 assibus venundata fuerit.

Eodem anno 1587 sylva in via Montensi fuit radicitus extirpata, loco illo nemoroso in arationem commutato.

Anno 1594, quinta Martii, Petrus abbas a Clemente VIII breve apostolicum accepit datum 29 Aprilis anni 1593, quo pontifex illi ejusque successoribus usum mitrae concedebat; at illo pontificali indulto non nisi semel ac iterum usus est, lumen enim oculorum non multo post amisit, caecus factus reliquo vitae suae.

Annis 1598, 99, 1600, 1 et 2, Mars apud Belgas suum sibi domicilium elegisse videbatur.

Anno 1602 morbo, senio, caecitate ac laboribus confectus, migravit ad Dominum noster Petrus abbas, 3 Decembris, anno aetatis 79, cum praelaturae honores et labores amplissime ac constantissime annis 31 gessisset.

Porro insignis ejus devotio erga venerabile sacramentum maxime enituit, competentem annum censum pro horis canonicis in ecclesia parochiali San-Dionysiana, per totam octavam ejusdem venerabilis sacramenti, quotannis canendis assignans. Sanctam etiam Barbaram, in ejus profesto obiit, mirifice coluit. Fuit in pauperes liberalis, in hospites urbanus, in filios suos religiosos benignus, in rebus monasterii conservandis et augendis bonus minister, adeo ut bonum sui odorem ad posteros spirarit.

*De Joanne Des Champs abbate XXXIII.*

Joannes a Campis Petro *Rollier* immediate succedit, nominante Alberto, Austriaco archiduce ac Belgarum moderatore, confirmante vero Maximiliano

a Berghis, Cameracensi archiepiscopo, qui et solemniter in hoc monasterio, 25 februarii anni 1603, munus benedictionis novello abbati impertivit, prius in dignitatis abbatialis possessionem 25 Januarii ejusdem anni deducto.

Anno 1604 insignem aediculam in hospicio nostro Montensi a fundamentis erexit, quam memoratus archiepiscopus consecravit 28 Martii anni 1605. Eidem sacello amplum aedificium in varias officinas, cellas, caveas, etc., distinctum extruxit.

Dum autem huic operi ferventer incumbit veteresque muros praemeditatis aedificiis obstantes disturbat ac evertit, fortuito casu thesaurum decem millium florenorum a suo praedecessore reconditum offendit, unico solo superstite istius occultationis conscio.

Anno 1604 chorum ecclesiae de *Bogardes* a fundamentis excitat.

Annus 1606 ventorum insuetorum et tempestatum rabie memorandus extitit, vigesima enim septima Martii, feria 2<sup>a</sup> Paschae, tanto furore irruerunt, ut in Belgio, Francia, Germania ac Italia templorum turres quam plurimae dirutae, aedificia innumera convulsa ac commota, arboresque robustissimae radicitus eversae fuerint, quod in nostris etiam sylvis non parvum attulit damnum.

Anno 1608 patres Minimi in nostro hospicio Montibus ad annum 1618 suscipiuntur, quo tempore locum, quem nunc incolunt, pro sede capienda compararunt, nostrumque idcirco patronum S. Dionysium, etiam in suum, in grati animi argumentum, elegerunt.

Anno 1612 Joannes noster moritur post 9 annos laudabilis regiminis.

Pro dote et institutione horarum canonicarum in ecclesia Anghiensi quotidie canendarum, summam notabilem contulit, ea lege ut illae horae precariae ad intentionem abbatis et conventus S. Dionysii persolverentur.

*De Henrico de Buzegnies abbate XXXV<sup>o</sup>.*

Henricus de *Buzegnies*, ex nobili apud Montenses familia genitus, vitam monasticam hoc in monasterio anno 1594 professus et anno 1604 prior institutus, dein ab Alberto, principe Belgarum et Burgundionum gubernatore, abbas monasterii S. Adriani Gerardimonte, ordinis S. P. Benedicti, nominatur anno 1606.

Voluit introducere in suum monasterium S. Adriani reformationem sive observantiam congregationis Vallis-Oletanae in Hispaniâ, serioque egit, de illa introducenda, cum Benedictinis Anglis Duaci residentibus ab anno 1609, sed praemeditata illa reformatio evanuit; quare evanuerit nescio.

Interea San-Dionysiani, praelato orbatî, in demortui locum unanimi consensu Henricum cooptarunt; quod Alberto archiduci pergratum fuit.

Unde anno 1613 hujus loci abbas, omnium gratulatione et applausu, renuntiatur. In possessionem autem jurium monasterii inductus, studuit boni ac vigilantis pastoris partes implere, omnem adhibens solertiam ut sensim ac pedetentim observantia regularis, quam maxime semper cordi habuit, refloresceret, editis et ad regulam additis salutaribus constitutionibus, quae adhuc hodie apud nos extant, et quas laeto animo perlegi.

Anno 1615 pestilentia saevissime Montibus Hannoniae metropoli grassante, a domicellis canonissis capituli S. Waldetrudis ejusdemque civitatis proceribus, noster Henricus Gerardimontium, successori suo abbati S. Adriani pro sacris ejusdem S. Martyris ad octiduum circiter transferendis, supplicaturus delegatur, sed frustra; abbate quidem ac conventu benigne annuentibus, populo autem Gerardimonte ad arma ruente, ac diu noctuque excubias agente ne patroni sui reliquiae auferrentur.

Montenses vero hanc repulsam molestissime ferentes, mutato consilio, de alio patrono cogitant, Henricumque nostrum Gandavum ad episcopum et capitulum ecclesiae cathedralis, reliquias S. Macharii, patriarchae Anthiœcheni, expostulaturum mittunt, qui sacrum pignus sub certis legibus felici successu impetrat, illudque duobus canonicis ex inito foedere concomitantibus, ad hoc monasterium honorifice delatum, vigesima octava Septembris dicti anni, summo mane, maximo populi concursu ac solemnî pompa, Montes deducitur, ac in ecclesia S. Waldetrudis decenter ac reverenter collocatur, ubi pro tanti triumphî tamque felicitatis legationis coronide, solemnî admodum ritu, religiosissimis nostris ministrantibus, abbas noster sacrum celebrat.

Montenses autem, statim ab ingressu dictarum reliquiarum in urbem, auxilium Domini promptissimum sibi adesse senserunt, pestilentia in dies lentescente ac imminente, ita ut spatiò 20 dierum plus quam 150 familiae, illa lue laborantes, sanæ ac liberae fuerint: ac tandem mense Martio insequentis anni 1616, universa civitas meritis beati Macharii a dicta contagione omnino liberata fuit, quae toto illo tempore 25,000 millia hominum misere prostraverat.

Eodem anno 1616 Henricus noster dictas reliquias Gandavum reducit, quas populus Montensis, in gratiarum actionem tanti per eas beneficii accepti, ex antiqua ac cariota capsula lignea in magnificam argenteam reverenter transtulerunt. Sub hac autem translatione distribuuntur ab episcopo et capitulo S. Bavonis partes dicti pignoris dicto populo Montensi et Henrico abbati, quas redux in capsula pedali argentea passim deaurata ac perite fabricata, uncias 148 pendente inclusit.

Eodem anno sacellum in finibus nemoris in honorem ejusdem S. pontificis (quod jam a sancto nomen accepit), in pestiferorum solamen extruxit. Ad quod singulis annis, die decima Aprilis, sancto Machario sacra processionaliter pergimus, ibique sacrum solemne decantatur; singulisque octavarum diebus religiosus, a zelatore assignatus, circa horam octavam sacrum legit duobus confratribus Montensibus ibi religiose convenientibus, nec non cum magno populi concursu.

Anno 1617 mortalem hanc vitam reliquit venerabilis pater dom. Franciscus *Desquesnes*, hujus monasterii religiosus, cujus memoria in benedictione est, in omni quippe virtutum genere fuit exercitatissimus. Cujus elogium vide apud D. Gerardi *Sacré* chron., fol. 310 et 311.

Anno 1620 Henricus abbas conceptas constitutiones in regulam S. Benedicti, ab illustrissimo Cameracensi archiepiscopo in actu visitationis approbatas, et ad genuinam regulae observantiam tempore praemeditato introducendam plurimum conducentes, pro suo monasterio typis excudendas curavit. Vide infra.

Anno 1622 Mansfeldius, Alsatia, Lotharingia aliisque provinciis latrociniis variisque depraedationibus vastatis, in hanc Hannoniae provinciam appulit, ubi magna etiam mala perpetravit; hoc tamen monasterium nihil ab istis praedonibus passum est, cum non ultra pagum de *Bray* accesserint.

- Ipsomet anno 1622 parochialem ecclesiam abbatiali nostrae inhaerentem vel verius agglutinatam, et novae construendae impedimento futuram, in eum locum ubi nunc visitur, transtulit Henricus abbas et a fundamentis erexit, cujus primum lapidem ex indulto illustrissimi Cameracensis benedixit solemniter ac posuit.

Anno 1620 dormitorium veteri conjunctum, in tria cubicula inferiora pro infirmis, et novem cellulas pro religiosis distinctum, solide a fundamentis extruxit.

Anno 1622 impetravit Romae pro suo monasterio communicationem omnium gratiarum, privilegiorum ac indultorum congregationi Cassinensi a summis pontificibus concessorum. At breve apostolicum (quod videre poteris apud D. Gerardum *Sacré*, pag. 314) huc appulit Henrico jam mortuo.

Anno 1623 Henricus noster, videns plurium animos ad reformationem Cassinensem sive S. Justinae de Padua suscipiendam dispositos, mittit D. Benedictum *Ruteau* cum socio ad S. Huberti monasterium, ubi a quinque sexve annis reformatio praedicta cum fructu fuerat introducta. Qui huc reversus, cum omnia quae in illa terra promissionis diligentissime observarat, enarrasset addidissetque non homines sed angelos fragili carne amictos, spiritu ambulantes et inenarrabili dilectionis dulcedine in asceterio observantiae rigidioris currentes se vidisse; Henricus noster statim de illa reformatione amplectenda deliberat, dominumque Joannem *Bourgeois*, priorem ad S. Hubertum, destinat in vitam, mores et exercitia reformatorem diligentissime inquiriturum. Morae autem impatiens, Spiritus Sancti igne vehementer incensus, ipso die Pentecostes ejusdem anni 1623, 4 Julii, scapulare, cui caputium reformatorem assuendum jusserat, induit, novum vivendi regimen assumpsit, omniaque reformationis exercitia ac caeremonias ab illo die fideliter et genere ad mortem observavit, hoc exemplo religiosorum animos erigens ac erectos summopere confirmans ac roborans. Octavo Julii D. Maximilianum *Maille* iterum ad S. Hubertum mittit cum libello supplici, quatenus amplissimus abbas huc aliquos ex suis mittere dignetur, qui reformationem amplexuros in caeremoniis et observantiis regularibus instruant. Quare dictus abbas Hubertinus, supplicantis precibus cedens, optatos sine mora mittit ascetas R<sup>dos</sup> scilicet D. Mathiam *Potier* priorem, D. Simonem..... presbyterum et F. Petrum... diaconum, quos Henricus noster velut angelos e coelo missos excepit.

Cum autem in vesperis profesti B. Mariae Magdelanae novum officium Romano-Benedictinum prima vice persolveretur, et abbas pro more devote assisteret, dum canticum *Magnificat* intonatur, radium perfulgidum a fornice presbyterii juxta altare, in cornu evangelii, ad pavementum usque in formam colomnae ignea et ad finem cantici micantem vidit; cumque, persoluto officio patrem directorem praedictum Mathiam ad se vocari jussisset, rogat ut edisserat quid illud lumen quidve illa inaudita claritas velit quidque praesagiat; director vero, rei ignarus, stupet ad interrogata, et abbas repente subticet, hoc sibi et non alias innotuisse pernoscens.



Noster autem Henricus cum tribus mensibus aliquotque diebus magno cum fervore reformationis munera tam in victu quam in vestitu observasset, in corona filiorum lacrymantium obdormivit in Domino, 24 Septembris anni 1623, cum annos vixisset 47, in observantia monastica 29, in praelatura S. Adriani annos 6, et in hac San-Dionysiana annos 10, menses octo.

Erat autem noster Henricus divini verbi praeco eximius, ingenio et animo praestans. Non modo in asceticis et domesticis verum etiam in politicis et publicis rebus peritissimus. Quare deputationem provinciae Hannoniae, ex parte cleri, septennio gloriose ac laudabiliter sustinuit.

Quantum vero huic monasterio profuerit, nemo est qui verbis exprimat. Ultra reformationem quam introduxit, rem familiarem non mediocriter adauxit. Domum abbatialem extruxit, non tamen a fundamentis; ecclesiam varia suppellectile sacra, insigni phylacterio pro venerabili sacramento, calicibus, candelabris aliisque vasis argenteis adornavit, multa aedificia tam in monasterio quam in villis a fundamentis excitavit; quare de illo juste dixeris: *ingressum domus et atrii amplificavit.*

Mortuo igitur B. D. Henrico abbate, expertissimus D. Andreas Trevisius, serenissimae Isabellae Hispaniarum infantis ac Belgii moderatricis, doctor medicus, qui morienti Henrico vocatus adfuerat, religiosos amaritudine oppressos, et in capitulo congregatos verbis consolatoriis adhortatur et ad perseverandum in susceptae reformationis proposito corroborat, suam operam, omnemque qua apud gubernatricem pollebat auctoritatem eis pollicens. Qui, Bruxellas reversus, urget Serenissimam Isabellam ut quamprimum commissarios pro novo abbate eligendo transmittat. Unde ipsa archiepiscopum Cameracensem Franciscum *Vanderburg* et Petrum *Leduc*, consiliarium Montensem, ad id muneris destinat. At archiepiscopus totus a reformatione alienus. Dom. Michaelem *Mauret* alias capacem, sed ad reformationem minus idoneum abbatem constituere satagebat; quod cum Isabella rescivisset, archiepiscopum praefatum et Antonium *Winghe*, abbatem Laetiensem, nova auctoritate munitos pro instituenda nova electione huc mittit; utrique mandans, mentem suam esse qualibet alia reformatione seu observantia etiam Blossiana rejecta, reformationem hic introductam fovere, stabilire ac tueri. Idcirco autem gubernatrix Blossianum institutum expresse excludebat quod sciret archiepiscopum illius introducendae esse percupidum. Et de facto Isabellae postremis litteris non satis deferens, omnes nervos intendit (adnitente

etiam collega) ut, reformatione repulsa, Blossianum institutum introduceret. Verum nostri reformati ejus conatibus mandatum principis capitulariter lectum opponunt. Quare archiepiscopus dom. Michaellem sollicitat et urget ut jam dictam reformationem amplecti et stabilire promittat; at ille generose respondet se non posse promittere quod non posset implere. Quo religioso responso gloriam non modicam apud omnes adeptus est.

Interea nostri commissarii hic ad octiduum moram trahentes, suasionibus pollicitationibusque reformatos omnes (uno excepto) pro observantia Blossiana subscribere compulerunt, ita ut archiepiscopus ipse prioris trepidantem manum nec characterem valentem efformare tenuerit et duxerit. Cujus rei certiores facti Isabella, doctor Trevisius et abbas S. Adriani, dure ac graviter acceperunt, et ex tempore Dionysianis reformationem deserturis ad illam re assumendam hortatorias ac persuasorias dederunt epistolas. Moxque Isabella scribit abbati Vedastino, ut aliquem proponat qui abbatiam S. Dionysii vacantem suscipiat et reformationem introductam retineat. Ille quatuor gubernatrici producit, D. *Monmorenci*, L. Andreae in Cameracesio, virum virtute et genere nobilem, D. *Vandenzype*, S. Andreae prope Brugas, scriptis et zelo regularis observantiae notum, D. Richardotum Echternacensem, in Luxemburgensi ducatu nobilibus ortum natalibus, et D. Gasparem *Vincq*, S. Adriani Gerardimontensis, aliis virtute et merito non inferiorem, abbates celeberrimos. Tribus prioribus postpositis, quartus, Deo disponente, nominante serenissima Isabella, regimen abbatiae et reformationem felicissimo suscessu suscepit circa medium Martii, anno 1624.

*De Gaspare Vincq abbate trigesimo sexto.*

*Gaspar Vincq*, ex pago *Vaux* super Scaldim prope Tornacum oriundus, ex abbate S. Adriani Gerardimonte, hujus loci abbas anno 1624 renunciatur, sed patentes regias ad menses aliquot propter pensiones quae petebantur nec admittere volebat, levare differt, at tandem, ne capitosus nimis videretur, pensionem unam 120 flor. tantum (cum multae et magnae peterentur) admittit, eamque quodammodo panis abbatialis loco; nam panem abbatialem acceptare noluit, patriae suae Hannoniae ejusmodi oneribus non subjectae, praejudicare nolens.

Confirmatione more solito accepta die 28 Augusti ab illustrissimo archiepiscopó Cameracensi Francisco *Vanderburg*, in possessionem jurium monasterii deducitur; ac in posterum reformationi sedulo incumbit, priorem S. Huberti Mathiam *Potier*, saepius nominatum, iterum accersit ac sub illo humilis novitii partes, in exemplum et solamen filiorum, mirum in modum explet.

Die 23 Septembris, ecclesia parochialis hujus pagi a fundamentis excitata, consecratur solemniter cum coemeterio ab illustrissimo Cameracenci.

Die 24 ejusdem mensis idem archiepiscopus infirmitorii nostri sacellum (jam tamen dirutum) consecrat in honorem SS. Servuli, Jobi, Druonis et S<sup>ae</sup> Liduinae.

Die 25 Februarii anni 1625, praesentibus multis ex proceribus ac primariis metropolis Hannoniae civibus, magno populi concursu, duo sacerdotes antiquae professionis hujus monasterii cum tribus novitiis vota nuncupant reformationis. 21 Martii venerabilis abbas Gaspar, praesentibus abbatibus S. Adriani et Vallis-Scholarium, sua etiam devote emittit in manus R. patris Matthiae *Potier*, ad hoc specialiter ab illustrissimo delegati.

Eodem anno noster Gaspar ab Urbano VIII dictae reformationis confirmationem petit et impetrat. Item actum nuntii apostolici pro divulgatione dictarum litterarum apostolicarum. Itemque placetum regium pro dicta reformatione firmanda et brevi apostolico exequendo. Haec omnia videre poteris apud D. Gerardum *Sacré*, a pag. 339 ad 347 inclusive.

Anno 1625.

Anno 1626 abbas Gerardimontensis suscipit reformationem cum octo religiosi qui, hic novitiatum explentes, ad suum monasterium, initio anni sequentis 1627, redeunt, professionemque solemnem reformationis emittunt dominica prima Quadragesimae, abbas quidem in manus archiepiscopi Mechliniensis, religiosi vero in manus abbatis sui.

Interea abbates S. Dionysii et S. Adriani ad S. Hubertum proficiscuntur, unde una cum S. Huberti abbate Romam monachum mittunt, summum pontificem rogaturum quatenus abbatiae in his provinciis reformatae et in posterum reformandae in unum congregationis corpus uniri valeant. Sed frustra, Cameracensi et Leodiensi Romae potenter resistentibus.

Anno 1627 Affligemienses, praeunte Dom. Benedicto Haefeno, eorum praeposito, habitu reformationis donantur 18 Octobris.

Anno 1628, in profesto S. Mauri abbatis, dum vesperae solemniter decantan-

tur, fornices navis antiquae ecclesiae magna ex parte maximo cum fragore de repente corruunt. Quae causa fuit cur Gaspar abbas serio cogitarit de nova ecclesia a fundamentis erigenda; quibus excavatis, Andreas Trevisius medicus, nomine Isabellae, Belgarum moderatricis, primum ponit lapidem, secundum abbas S. Adriani, uterque ad hanc solemnitatem nominatim vocatus et invitatus; tum religiosi ordine singuli singulum lapidem ponunt, abbate nostro pontificalibus induto consuetas benedictiones et caeremonias faciente.

Eodem anno 1628, mense Augusto, illustrissimus Mechliniensis, Affligemii consistens, abbates S. Adriani et S. Dionysii ad se vocat cum illis de unione trium monasteriorum reformatorum acturus; unanimique consensu 12 articulos, dictam unionem tangentes ac stabilientes, conceperunt ac signarunt. Illustrissimusque Mechliniensis archiepiscopum Cameracensem, tunc temporis Montibus commorantem, adiit quatenus praedictis articulis subscribere dignaretur, quod et fecit, verbis nonnullis mutatis et additis in favorem praelatorum.

Anno eodem religiosi Affligemienses, die S. Lucae, magno coetu abbatum, doctorum theologorum ac nobilium, assistente illustrissimo pontificaliter missam faciente, Cornelio Jansenio episcopo Iprensi de reformatione interiori orationem nervosam dicente, omnibus applaudentibus, professionem devotissime emittunt.

Alia luce orta, Gaspar noster sacrum solemne de sanctissima Trinitate, in gratiarum actionem celebrat.

Anno 1629, mensis Maii 19, celebratum est primum congregationis B. Mariae in Belgio capitulum in monasterio Affligemiensi, in quo electi sunt in definitores D. Hubertus Phalesius Affligemiensis et D. benedictus *Ruteau* San-Dionysianus pro novis decretis condendis, sed archiepiscopis Mechliniensi et Cameracensi non probabatur ejusmodi electio.

Unde in capitulis sequentibus illud munus praelatis defertur, conventualibus sive conventuum deputatis frustra intercedentibus.

Ista capitula annalia celebrata sunt usque ad annum 1653 inclusive, in quo ultimo capitulo abbas quidam, aegre ferens alium jam tertio in visitatorem fuisse electum, illustrissimum Mechliniensem quaeribundus adiit, qui, visitatorem in suum Affligemiense monasterium admittere nolens, alium propria auctoritate constituit, quae causa scissurae fuit, et pluries, in vanum tamen, congregationem restaurare tentatum est.

Sub exitu anni 1629 ac introitu sequentis, deambulatoria arboribus consita in superiori parte septi hujus abbatiæ, religiosi magno cum fervore auspicantur.

Anno 1630, incunte mense Augusto, regis Francorum mater ex Gallia Coloniæ fugiens, Montibus regio apparatu excipitur, et tertia die in S. Walde-  
trudis, missam, a nostro Gaspare, ordinario ac regio ad ejusdem divæ aras ecclesiæ, pro officio solemniter celebrante, devotissime audit.

Anno 1633, prima die Decembris, serenissima Isabella-Clara-Eugenia, Hispaniarum infans, Belgicarum provinciarum et Burgundiae moderatrix, hanc mortalem vitam cum opinione virtutis deserit Bruxellis, maxime de reformatione merita, et nobis semper cum honore nominanda, quæ et reformationem, si diutius inter homines egisset, brevi per omnes ditionis suæ provincias propagasset.

Anno 1635 abbas S. Bertini Audomarensis ex hoc monasterio duos religiosos evocat mense Septembri, cum illis de reformatione amplectenda acturus. Rebus compositis, nostri huc revertuntur, paulo post cum aliis numero 12 ad S. Bertinum redituri, qui omnes, in profesto omnium sanctorum Audomaropolim appellentes, benigne ab abbate S. Bertini comiterque suscipiuntur. Sed cum ibi mensibus circiter quinque morassent, prædictus abbas, mutato consilio, Bertinianos habitum reformationis deponere jubet, tum novitios quinque, infra octavam Paschæ, ad solemnem professionem sub antiqua et relaxata observantia admittit.

Nihilominus reformationis alumni in sancto proposito constanter perseverant, curiam appellantes, apostolicique nuntii suppetias implorantes. At dum Bruxellis in utraque curia litigio concertatur, abbas Bertinianus, morae impatiens, nostros blanditiis, suasionibus minisque hortatur et urget cedere ac recedere, et, hoc artificio nihil proficiens, omne alimentum illis et reformationi adhaerentibus substrahi jubet, prohibetque severe ne quis eis cibi aut potus aliquid porrigat, positis ad omnes exitus custodibus; sed Deus aliquos cives suscitavit qui eis clangulum cibos aliquos submiserunt. Tandem abbas, diutius victoriam ferre non sustinens, comparatis curribus, exeuntes e refectorio die 26 Novembris anni 1636, in quo a tribus quatuorve diebus nihil alimenti appositum fuerat, inopinanter vacuo stomacho et, ne minima mora ad cellas ascendendi et libros ac sarcinulas efferendi data, per ballivum et apparitores inhumaniter comprehensos, currus violenter ascendere compel-

lit, et statim quadrigarii, concitatis equis, gradum, ut mandaverat abbas, praecipitanter accelerant, apparitoribus quoquoersum stipantibus, nocte dieque excubias agentibus ne quis eorum se subduceret et effugeret. Post tanta ludibria, post tantas persecutiones postque tanta incommoda, supra modum fatigati, ultima Novembris dicti anni huc appellunt.

Anno 1637, Mars in his regionibus dimicilium ponens, omnibus terrorem incutit. Quare abbas Altimontensis, in majori periculo constitutus, ad nostrum monasterium servos et ancillas cum pecudibus mittit, qui, hic, ad sex hebdomadas remanserunt; quare praefatus abbas, grati animi ergo, nostrae ecclesiae statuam argenteam una cum reliquiis S. Marcelli dono dedit.

Eodem anno inita est societas cum religiosis sanctimonialibus Benedictinis Gerardimontensibus.

Anno 1638.

Anno 1638 ex morbis praecedentibus peste exorta plusquam media pars S. Dionysii et *Obourg* hoc morbo interiit, omnibus hujus monasterii incolis salvis et incolumibus (quod S. Macharii protectione evenisse credimus, ante cujus reliquias publice expositas missa quotidie celebrabatur). *Gloriosus Deus in sanctis suis.*

Anno 1639.

Anno 1639, ultima Septembris, ecclesiae fabrica absolvitur, cujus longitudo est pedum 180, latitudo 38, altitudo a pavimento ad fornices 80.

Anno 1640.

Anno 1640, 9 Octobris, abbas S. Adriani primam missam solemniter ac pontificaliter in nostra nova ecclesia celebrat.

Anno 1642.

Anno 1642, 14 Maii, hinc secundo directores instanter ac enixe rogati ad S. Bertinum, adjunctis nonnullis ex monasteriis Affligemiensi et Gerardimontensi athletis ac duobus religiosis Gemblacensibus reformationem ambientibus, proficiscuntur; sed haec secunda missio, variis emergentibus difficultatibus, nullum felicem exitum sortita est, nostrisque huc revertentibus, concepta reformatio Bertiniana abiit in auras.

Eodem anno, 22 Junii, Dominica infra octavam venerabilissimi sacramenti, illustrissimus Franciscus *Vanderburg* ecclesiam novam ritu solemniter consecrat, praesentibus abbatibus Altimontensi, Maricolensi, Laetiensi, S. Foillani et Vallis-Scholarium Montensium.

Eodem anno et mense praelatus S. Ghisleni et conventus, ejusdem reformationis cupidi, aliquos religiosos exposcunt, qui laetanter a nostro Gaspare concessi, ibi reformationem, superatis omnibus difficultatibus, optato successu plantarunt et rigarunt; Deo incrementum dante; ipsi gloria in saecula.

Anno 1643, 25 Septembris, solemnem reformationis professionem, archiepiscopo suscipiente, abbas S. Ghisleni emisit, suos postea ad eandem professionem eodem die admittens. Anno 1643.

Anno 1644 noster *Gaspar* a rege nominatur ad abbatiam S. Petri Gandavensis; hinc ergo venerabilis abbas Blandinium abscedens et indigne ibi receptus ad nos revertitur. Mense tamen Decembri acceptis codicillis regiis, Blandinium iterum appulsus, humanius quam altera vice excipitur. Anno 1644.

Quia vero ipsemet historiam illam tragicam, a sua denominatione usque ad contumeliosam violentamque expulsionem, contra regis intentionem ac mandatum, fuse ac graphice descripsit, his supersedeo.

*De Martino Gouffart abbate XXXVII.*

Reverendo domino Gaspare *Vincy* ad S. Petrum in Blandinio nominato, Dom. Martinus *Gouffart* hujus monasterii abbas, post suffragiorum examen a rege Hispaniae denuntiatur, in possessionemque jurium monasterii ab abbate S. Ghisleni deducitur, et 22 Maii, Bruxellis, in ecclesia PP. Dominicanorum, ab illustrissimo Mechliniensi munus benedictionis solemniter accipit.

Anno 1648 pluvia purpurea nonnullas Belgii provincias abundanter irrigavit.

Annus 1649 latrociniis et depraedationibus eorum qui *Herlacques* vocabantur memorabilis extitit.

Eodem anno in pago *d'Obourg* prodit pullus gallinaceus biceps, quadrupes, quadripennis.

Anno 1650, die undecima Decembris quae erat dies Dominica, fusae sunt ad vesperam, praesentibus omnibus religiosis, septem campanae quae adhuc omnes extant in nostra turri (1726). Anno 1650.

Anno 1652 tanta granorum raritas fuit, tantaque inde annonae caritas subsecuta est ut raseria siliginis quinque et 6 florenis venderetur. Quare noster Martinus in pauperes (patronum suum imitatus) misericordiam exercens, aliquando in una die, ut domestici observarunt, 7 aut octo raserias siliginis in paximates conversas distribuit, maxime ante messem, ineunte Julio.

Anno 1653 congregationis Belgicae capitulum ultimum celebratum est in monasterio Affligemiensi, in quo cum quidam abbas in visitatorem jam quarto a patribus electus fuisset, alterique abbati ista electione displicente, ad illustrissimumque Mechliniensem super hoc querimonias ipso ferente, praefatus illustrissimus sua auctoritate alium visitatorem pro monasterio suo Affligemiensi stabilivisset, patribus hoc displicuit, congregationisque haec prima scissura fuit. Pluries postea de resarcienda congregatione, sed in vanum, laboratum est.

Anno 1653.

Ab hoc anno usque ad annum 1656 ubique bella, ubique latrocinia, fugae frequentes necessariae, quandoque etiam de coelo signa terribilia apparent mortalibusque terrorem injiciunt.

Anno 1656 R. D. Gaspar *Vincq* Bruxellis ad nos mittit corpora SS. Placidi et Hyppolyti quae, Roma mediante, a R. P. Balthazare de *Avila*, ordinis Minimorum generali, acceperat anno 1652. In litteris a communitate Sandionysiana ad praefatum D. Gasparem *Vincq* supplicibus missis ad impetranda praedicta corpora SS., hoc specialiter notavi quod 19 sacerdotes; abbate dempto, subscripserint. Et ad minus tunc temporis erant 6 aut 7 fratres laici aut commissi et unus clericus; communitas ergo erat circiter 30 religiosorum.

Anno 1657.

Anno 1657 ignis ex sylvis *d'Havrets* ad nostras sacello S. Macharii finitimas pertingens, quinque circiter jugera adussit. Eodemque anno plura centena jugera ericarum conflagarunt circa viam regiam Bruxellensem.

Eodem anno pluvia purpurea, sive rubella fere omnes Hannoniae agros partemque Artesiae irrigavit.

Eodem anno, Jesuitis Bruxellensibus lite cadentibus causaeque jacturam facientibus, pensio 300 floren. ab anno 1603 circiter instituta, annue ipsis ab hoc monasterio pendenda (et quam contra naturam ejusmodi pensionum sustinebant esse perpetuam), decreto supremae curiae Montensis extinguitur.

Eodem anno inita est societas cum sanctimonialibus Benedictinis reformatis oppidi de *Poperinghe*.

Anno 1658 intensissimum frigus geluque saevissimum multos homines et pecora, quae aerumnae et fames non absumperat, interiit.

Anno 1659.

Anno 1659 R. D. Gaspar *Vincq*, hujus loci abbas meritissimus, Bruxellae, omnibus ecclesiae sacramentis ministerio D. Martini *Gouffart*, ejus in hoc



monasterio successoris, rite munitus, pie et placide, repetendo assidue illa sacrosancta nomina JESVS MARIA; vitam quam ad 85 annum duxerat, conclusit, postquam annos undecim S. Adriani, 22 S. Dionysii monasteriorum summa cum laude clavum tenuisset et a Philippo IV, Hispaniarum rege, ab anno 1644 S. Petri Gandavensis abbas nominatus. Vir venerabili canitie, sed magis virtutum morumque gloria celebrandus. Ejus corpus huc reductum erumpentibus filiorum ejus lacrymis reverenter suscipitur, omnibusque exequiarum solemnitatibus devote peractis (non in angulo ecclesiae, ut optaverat), sed in medio chori, humo mandatur. Obiit 24 Martii.

Anno 1660 R. D. abbas mandavit ut officia, quoad missam et vesperas, persolverentur, ut aliis temporibus. Hoc pluribus displicuit, sed frustra; et hoc duravit usque ad annum 1680.

Eodem anno, 18 Martii, pax inter Hispaniarum et Galliarum reges firmata per omnia Belgarum oppida late publicatur. Quare, finito sacro solempni, *Te Deum* decantatur, et ab illo die litaniae Lauretanae, quae pro pace impetranda ante summum sacrum quotidie legebantur aut cantabantur, praetermissae sunt.

Eodem anno, 5 Aprilis (festo Annuntiationis B. M. Virginis translato sacra) confluyente devotorum magna multitudine, sanctissimi Rosarii Archiconfraternitas celebri apparatu in nostra abbatiali ecclesia erigitur.

Eodem anno, 5 Septembris, cum pompa et apparatu celeberrimo SS. MM. Placidi et Hyppolyti publicae fidelium venerationi exponendarum sacrarum reliquiarum translatio seu illatio celebratur, praesentibus abbatibus Gerardi-montensi, Dionysiano et Vallis-Scholarium.

Anno 1661, mense Septembri, pro labore manuum, una hora mane et altera post meridiem religiosi etiam sexagenarii lapidibus marmoreis poliendis, quibus praesbyterium erat consternendum, vacabant.

Perinsigne venerabilissimi sacramenti archyphilacterium argenteum inauratum, ex antiquis monasterii vasis argenteis conflatum, 235 uncias pendens, Montibus Hannoniae affabre elaboratum, exponitur hic mense Octobri, statque circiter 1500 flor.

Anno 1662 tabella sive abaculus altaris principis, Namurci artificiose elaboratus, mense Martio erigitur, et artificii ex pacto mille floreni penduntur.

Eodem anno Anna *Blondeau*, Augustini *Lalou* hujus pagi incolae uxor, quadragenaria major, quatuor puellulas effudit uno partu, quarum prima

solemniter baptisata ad tres hebdomadas vivit, aliae tres ab obstetricè baptizatae, mundo vix salutato, obeunt.

Eodem anno, 20 Decembris, nobilis juvenis Philippus Albertus de *Longueval*, comes de *Rosemberghe*, comitis de *Bucqoy*, supremi Hannoniae Ballivi, filius natus secundus, ordinis Calatravensis Miles, professionem praefati ordinis in manus nostri abbatis, regia ad id auctoritate praediti; emisit in nostra ecclesia, paulo ante meridiem. Anno 1663 et sequenti sacrarium construitur, jactis fundamentis a 24 circiter annis.

Anno 1664, in profesto patronorum nostrorum, mense Octobri, lampade argentea 122 uncias pendente D. *Lemaire*, advocatus Montensis, F. benedicti (primi Lovaniensis, mense Julio superiore professi) pater; ecclesiam adornavit.

Eodem anno sedilia chori Bruxellis elaborata adaptantur, et sequenti anno peraguntur. Stant 6,000 flor. Antiquae vero ecclesiae sedes Montes in templum S. Elizabethae anno 1647 sunt translatae.

Ineunte anno 1665, noster Martinus abbas, mandante illustrissimo Gaspare Nemio, archiepiscopo Cameracensi, monasterium Bethleemiticum (vulgo *Belian*) visitat. Quod munus alibi aliquoties exercuit.

Eodem anno, 16 mensis Novembris, praefatus Martinus, abbas, Parisiis ab abbate generali S. Genovefae reliquias S. Dionysii et sociorum diu desideratas accipit, quas die nativitatis D. N. J. C., post nonam, religiosis omnibus conventualiter congregatis, exhibuit venerandas et inspiciendas. Accepit etiam eodem tempore reliquias unius sociorum S. Dionysii ab abbatissa Montis-Martyrum (vulgo *Montmartre*).

Eodem anno 1665 equilia, piscium receptaculis adhaerentia, a fundamentis erexit.

Anno 1666, mense Martio, Montibus Hannoniae Carolo Hispaniarum regi sacramentum fidelitatis a praelatis et proceribus patriae solemniter praestatur, nostro abbate, pro officii sui ratione, ad altare princeps in ecclesia S. Waldegradis pontificaliter celebrante, sancti Follani et Belligensi abbatibus diaconi et subdiaconi munere fungentibus; caeteris abbatibus cum mitra et pedo ac pluviali, duce Arembergico cum sua curia multisque nobilibus in choro assistentibus.

Eodem anno moritur in *Beliant* D. Joannes *Jonart*, octuagenario major, prioris officio hic aliquando ante reformationem laudabiliter functus, quam

et susceperat, sed ob infirmitates ab ea recedere suasus. In praedicto canonicarum monasterio ab anno 1639 spiritualemente directorem egit, usque dum vivere desiit.

Eodem anno duo altaria inferiora ad introitum chori, picturis et abacis Bruxellae elaboratis, adornantur.

Eodem item anno chorus pagi de *Ville* a fundamentis excitatur.

Eodemque anno aliquot partes murorum hoc monasterium ambientium renovantur.

Hoc anno raseria siliginis vendebatur 18 et 20 assibus.

Anno 1667 Ludovicus XIV, rex Galliae, victor plurimas Belgii urbes ingreditur, et hic ab alterutris copiis non leviter divexamur.

Eodem anno, mense Septembri, ranularum minuscularum saltantium et repentium per hortos, areas, plateas pagi et monasterii (taceo alia loca), maxima copia cum omnium admiratione conspicitur; has ranulas cum pluviis cadere aliqui credunt.



## **APPENDICES.**

## APPENDICES.

EXTRAIT D'UN ANCIEN INVENTAIRE DES CHARTES DE L'ABBAYE DE LIESSIES.

(MS. de la Bibliothèque royale, n° 7457.)

EX PARTE PRIMA, CONFIRMATIONES BONORUM ECCLESIAE LAETIENSIS.

DE DOMO LAETIENSI.

Quibus temporibus et a quibus summis pontificibus, archiepiscopis et episcopis, confirmatae sunt donationes et privilegia domus Laetiensis, etc.

### *Bulla Paschalis II.*

Paschalis II Guntero, abbati monasterii Sancti-Lamberti, quod in loco qui Laetias dicitur situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum, etc. Datum apud Guarstallum, per manum Joannis, sanctae ecclesiae cardinalis, xv<sup>o</sup> kal: Novembris, indictione xv<sup>a</sup>, Incarnationis Dominicae anno 1106, pontificatus Paschalis viij<sup>o</sup>. Anno 1106.

### *Bulla Innocentii II.*

Innocentius II, servus servorum Dei, dilecto filio Wedrico, abbati monasterii Sancti-Lamberti, quod in loco qui dicitur Laetias situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas, etc. Datum Leodii,

Anno 1131.

per manum Aimerici, sanctae Romanae ecclesiae diaconi <sup>1</sup>, cardinalis et cancellarii, v<sup>o</sup> kal. Aprilis, indictione VIII<sup>a</sup>, anno Incarnationis Dominicae 1131, pontificatus domini Innocentii papae, secundo.

*Bulla Eugenii papae III, de confirmatione altarium quarumdam villarum, etc.*

Anno 1147.

Eugenius papa, servus servorum Dei, dilectis filiis Gerrico <sup>2</sup>, abbati Sancti-Lamberti Laetiensis, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Piae postulatio voluntatis effectum debet per sequentem compleri, etc. Datum Altisiodori, per manum Guidonis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi, cardinalis et cancellarii, vi<sup>o</sup> idus Octobris, indictione VI<sup>a</sup>, Incarnationis Dominicae anno 1147, pontificatus domini Eugenii papae III, anno 3<sup>o</sup>.

*Bulla Adriani papae IV, confirmans libertatem ecclesiae, possessiones, altaria et feudos prius ab Eugenio confirmata, etc.*

Anno 1156.

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, filio Helgotho, abbati monasterii Sancti-Lamberti, quod in loco Laetias situm est, etc. Quotiens a nobis illud petitur, etc. Datum Beneventi, per manum Rolandi, sanctae Romanae ecclesiae presbyteri, cardinalis et cancellarii, xiv<sup>o</sup> kal. Maii, indictione IV<sup>a</sup>, Incarnationis Dominicae anno millesimo C<sup>o</sup>L<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, pontificatus vero domini Adriani papae IV anno secundo.

*Bulla Alexandri III, de libertate loci et pertinentiâ ejus, etc.*

Anno 1180.

Alexander, episcopus Dei (*sic*), dilectis filiis Elgotho, abbati Laetensi ecclesiae, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, monasticam vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus, etc. Datum Tusculani, per manum Alberti, sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, ix<sup>o</sup> kal. Novembris, indictione XIV<sup>a</sup>, Incarnationis Dominicae anno 1180, pontificatus ejusdem Alexandri III, anno XXII<sup>o</sup>.

*Bulla secunda ejusdem pontificis Alexandri papae tertii, de confirmatione altarium et possessionum ecclesiae Sancti-Lamberti Laetiensis, ex Tusculano.*

<sup>1</sup> Le. MS.: *diaconus*.

<sup>2</sup> *Gerrico*, Wedrico?

*Bulla Lucii pontificis III, de confirmatione villarum, possessionum, et ut nulli liceat in personatibus ecclesiae decimas vendere, etc.*

Lucius episcopus, servus servorum Dei, et dilectis filiis Helgote, abbati Laetiensi monasterii, ejusque fratribus, etc. Quotiens a nobis petitur etc., ea propter etc. Statuentes ut quaecunque possessiones, quaecunque bona idem monasterium in praesens juste et canonice possidet, aut, in futurum, concessione pontificum, largitione regum et principum etc. Datum Verulae, per manum Alberti, sanctae Romanae ecclesiae presbyteri, cardinalis, et cancellarii, ii<sup>a</sup> nonas Maii, indictione II<sup>a</sup>, anno 1184, pontificatus vero dicti Lucii papae III, anno 3<sup>o</sup>.

Anno 1184.

*Bulla Innocentii papae III, de libertate personarum et bonorum, etc.*

Innocentius III, dilectis filiis abbati et conventui Laetiensi salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, etc., ea propter, dilecti in domino filii, etc. Datum Ferenti, iij<sup>o</sup> nonas Junii, pontificatus nostri anno sexto.

*Annotatio.* — Hic pontifex successit Coelestino III. Eadem ipsa die qua ille decessit, suffectus est Innocentius III, qui antea Joannes Lotharius vocabatur, diaconus SS. Sergii et Bacchi, anno 1198. Bulla igitur illius approbata et Laetiensibus missa, fuit anno 1200.

Anno 1200.

*Bulla secunda Innocentii III, ad decanum et vice-archidiaconum Suessionensem, et cantori Noviomensi super causa quae vertebatur inter ecclesiam Laetiensem, ex una parte, et dominum de Avesnis, ex altera, pro nemoribus de Fania, de Haia, de Liessies et aliis quatuor nemoribus.*

Innocentius, episcopus, etc. Dilectorum filiorum abbatis et conventus de *Liescies*, ex parte una, et nobilis viri W., de Avesnis, ex altera, etc. Datum Laterani, ix<sup>o</sup> kal. Junii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Hic pontifex mortuus est anno 1216, die 16<sup>o</sup> Julii.

Anno 1216.

*Bulla Honorii papae III de libertate personarum et bonorum monasterii et de Brueriis et de Thorvoie.*

Honorius, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Lae-

tiensis. Sacrosancta Romana ecclesia, etc. Datum Reati, idus Junii, pontificatus nostri anno tertio.

Anno 1218.

Hic rexit ecclesiam 10 annis, mensibus 7, diebus xiiij.

*Bulla Gregorii papae IX<sup>1</sup>, decano et Werrico Tudunensi, super causa quae vertebatur<sup>2</sup> ecclesiam Laetiensem et ecclesiam de Bucillies, pro nemoribus de Formies.*

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Laetiensis exhibita nobis petitio continebat, etc. Datum Interamnii (?), iiij<sup>o</sup> nonas Junii, pontificatus nostri anno decimo.

Anno 1241.

Rexit ecclesiam annos 14, menses 5, dies tres; mortuus est 1241 die 22<sup>a</sup> Augusti.

*Alia bulla Gregorii IX data Reati, iiij idus Septembris, pontificatus sui anno 10.  
Bulla Alexandri papae iiij, de novalibus.*

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Liessiensis, etc. Vestris supplicationibus inclinati ut in locis et in parochiis illis, etc. Datum Agnagniae, 8<sup>o</sup> kal. Augusti, pontificatus nostri anno sexto.

Anno 1259.

Creatus pontifex anno 1254; mortuus 1260, die xxv Maii.

*Item alia bulla ejusdem, de potestate abbatis nostri super paenis statutorum Gregorii papae noni.*

Alexander dilecto filio abbati de Liessies, etc. Ex parte tua fuit nobis supplicatum, etc. Datum Neapoli, 11<sup>o</sup> kal. Januarii, pontificatus nostri anno primo.

Anno 1254.

*Bulla Innocentii papae IV, de Torvoye et Breueriis.*

Innocentius episcopus dilectis filiis abbati et conventui monasterii Laetiensis, etc. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios, etc. Datum Lugduni, nonas Julii, pontificatus nostri anno 5<sup>o</sup>.

<sup>1</sup> Creatur pontifex Gregorius IX anno 1227 (MS.).

<sup>2</sup> Ajoutez : *inter*.



*Alia bulla ejusdem, de novalibus accipiendis de terris recenter ad culturam redactis.*

Innocentius etc. Quum a nobis petitur quod justum est, etc. Datum Laterani, vij<sup>o</sup> kal. Martii, pontificatus nostri anno primo.

Anno 1243.

*Quatuor aliae bullae ejusdem; una data Lugduni, anno 3<sup>o</sup> pontificatus ipsius, et alia Assisii, anno 10<sup>o</sup>.*

## EX PARTE SECUNDA QUAE CONTINET DE TERRA AVESNENSI.

*Galcherus, episcopus Cameracensis, de institutione monachorum, de libertate et donatione villarum de Liessies, de Feron, de Cartignies, de Semeries, et altaris de Avesnis. Cap. I<sup>um</sup>.*

Idem Galcherus diplomate confirmavit, indictione III<sup>a</sup>, anno 1095, anno 1<sup>o</sup> prae- dicti pontificis.

Anno 1095.

*Manasses, episcopus Cameracensis, diplomate supradicto, etiam insuper altaria de Ramousies, de Sars, de Beugnies et Feron, anno Incarnationis Dominicae 1105, indictione XI<sup>a</sup>, actum Remis 5<sup>o</sup> kal. Martii, anno vj<sup>o</sup> praedicti pontificis.*

Anno 1103.

*Odo, Cameracensis episcopus, de recognitione, facta per Gossuinum, dominum de Avesnis, plurium villarum, etc. Capitulum 3<sup>um</sup>.*

Odo, divina miseratione Cameracensis episcopus, etc. Non parum, etc. Actum anno millesimo centesimo xj<sup>o</sup>, indictione 4<sup>a</sup>, ipsius pontificatus anno vj<sup>o</sup>.

*Rodulfus, Remensis archiepiscopus, de confirmatione villarum et possessionum de Ramousies, de Formies, cum advocatia quartae partis villae de Vilers, de Haat, de pactionibus inter ecclesiam sancti Quintini, etc.*

Rodulfus, Dei gratia sanctae Remensis archiep., ministris ecclesiae, christi fidelibus utriusque sexus notum facimus, etc. Actum Remis, in generali concilio, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>,

Bulla.

Anno 1114.

indictione VII<sup>a</sup>, regnante Ludovico, rege Francorum, anno vij<sup>o</sup>, archiepiscopatus Rodulfi vj<sup>o</sup>.

*Odo, episcopus Cameracensis, de concordia facta inter ecclesiam Laetiensem et Gossuinum, dominum de Avesnis, super nemoribus de Haia, de Fania, de Sylva sanctae Hiltrudis et de Lesiere.*

Bulla.

Anno 1112.

Odo, divina misericordia Cameracensis episcopus, etc. Quod rationabiliter veritate attestante, etc. Actum hoc anno Dominicae Incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XII<sup>o</sup>, indictione V.

*Nicolaus, dominus de Avesnis, de recognitione et divisione nemoris de Fontenellis ultra Sambram, de foragiis et theloneis, et vestituris apud Fontenelle, Papeleu, et aliis villis ubi fundus est ecclesiae.*

Roboratio domini Aves-  
nensis.

Ego Nicolaus, dominus de Avesnis, notum facio exortam fuisse discordiam inter Warnerum, villicum meum de Papeleu, et Robertum Equum, praepositum ecclesiae Laetiensis, tempore Helgoti, ejusdem loci abbatis. (In finem non est notatus annus, nec mensis.)

*Conventio domini de Avesnis, Jacobi, et ecclesiae Laetiensis, de quatuor nemoribus, videlicet de Feron, de Formies, de Fontenellis et de Cartignies.*

Diploma.

Anno 1180.

Ego Helgotus, Dei gratia Laetiensis abbas. Dictus, etc. Actum anno Incarnati Verbi M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX.

*Cyrographum inter ecclesiam de Laetis et ecclesiam sancti Remigii Remensis, de terra et possessione de Terlon.*

Bulla.

Anno 1103.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, etc. Notum sit, tam praesentibus quam futuris, ecclesiae fidelibus, quod abbas Laetiensis ecclesiae, Gunterus, ad praesentiam sancti Remigii accesserit, etc. Actum est hoc in capitulo sancti Remigii, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, indictione XI<sup>a</sup>, annuente et confirmante domino Manasse, Remorum archipraesule.

*Item de eodem, Petrus, abbas sancti Remigii.*

Diploma.

Ego Petrus, Dei gratia sancti Remigii humilis minister. Quid inter nos et Elgotum, venerabilem abbatem Laetiensis, ecclesiam nostram et ecclesiam illius actum sit, etc.

Actum anno Verbi Incarnati M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>, tempore Henrici, Remensis archiepiscopi. Anno 1170.

*Renovatio veteris chirographi, de eodem.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Notum sit, etc. Gunterus ad praesentiam sancti Remigii, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>. Anno 1170.

*Item de eodem, Henricus, Remorum archiepiscopus.*

Henricus, Remorum dictus archiepiscopus, omnibus tam praesentibus, etc. Quod rationabiliter factum esse dignoscitur, scripto commendari solet, etc. Actum Remis anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXII<sup>o</sup>, archiepiscopatus nostri anno xj<sup>o</sup>. Anno 1172.

*Manasses, Remorum archiepiscopus, de altare de Struum.*

Ego Manasses, ecclesiae Remorum indignus archiepiscopus, omnibus in Christo fidelibus. Sic transire per bona temporalia ut adipiscantur aeterna, etc. Actum Remis, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, regnante Philippo, rege Francorum, X<sup>o</sup>LI<sup>o</sup>, archiepiscopatus autem domni Manasse IX<sup>o</sup>, indictione XIII<sup>o</sup>. Anno 1104.

*Nicolaus, Cameracensis episcopus, de donatione duorum molendinorum de Struem, de recognitione donationis de Ramousies.*

Notum sit praesentibus quam futuris, quod dominus Gualterus de Avesnis, Laetias veniens, coram altari sancti Lamberti, duo molendina *d'Estreum* in eleemosynam ecclesiae Laetiensi, etc. Ego igitur Nicolaus, Cameracensis episcopus, huic operi bono favens etc., (non notatur annus) Sigilli nostri attestazione et munitione tamquam ratum et firmum corroboro. Circa annum 1160. Quaeretur annus.

*De altari de Anoid.*

Nicolaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, etc. Apostolicum praeceptum nos instruit, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LX<sup>o</sup>III<sup>o</sup> praesulatus domini Nicolai episcopi xxviii<sup>o</sup>. Anno 1164.

*De altari de Fourmies.*

Nicolaus, divina miseratione Cameracensium episcopus. Cum, secundum scriptu-

Anno 1140.

rām, in discretione eleemosynarum suarum, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>, indictione I<sup>a</sup>, presulatus domini Nicolai 4<sup>o</sup>.

*Alia bulla super eodem.*

*P., abbatis sancti Remigii, et R., Suessionensis archidiaconi, de eodem.*

Bulla.

P., abbas sancti Remigii et R., Suessionensis archiepiscopus, universis fidelibus in perpetuum. Noverit caritas vestra, etc.

*Nicolaus, Cameracensis episcopus, de allodio Helichin, de molendino de Fait et quionagio de Estruen.*

Bulla.

Anno 1150.

Nicolaus, divina misericordia episcopus Cameracensis, etc. Cum de omnibus nobis cura sit habenda fidelibus ecclesiarum, tamen, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CL<sup>o</sup>, presulatus domini Nicolai xiiij<sup>o</sup>.

*Cyrogaphum Galteri de Avesnis, de terra sua cultiva, et de conductu platri (vel potius plaustrum) ecclesiae.*

Bulla.

Anno 1196.

Ego Galterus, dominus Avesnensis, notum facio praesentibus et futuris quod, communi assensu curiae meae et baronum meorum, assensu etiam capituli Laetiensis, etc. Actum anno Incarnati Verbi M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>.

*Nicolaus, dominus de Avesnis, super villicatione et aliis consuetudinibus.*

Bulla.

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod, apud villam quae *Cartignies* dicitur, querela quaedam orta est inter ecclesiam Laetiensem et dominum Nicolaum, Avesnensem dominum, etc. (Non est notatus annus.)

*Capitulum Cameracense, de altaribus de Glaion, Viler, Waudrecies, Hestrut et Spineto.*

Bulla.

Anno 1145.

In nomine domini Theodericus, praepositus, Gerardus, decanus, quod cum eis est Cameracense capitulum, etc. Pactionis ecclesiasticae constat firmamentum, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>V<sup>o</sup>, indictione VIII<sup>a</sup>, praesulatus domini Nicolai ix<sup>o</sup>.

*Cyrographum inter ecclesiam Laetiensem et Lobbiensem de Fontenellis.*

In nomine Dei summi, unius et trini. Si nubes mundo novit occultare solem, etc. Anno 1143.  
Actum Laubiis, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>III<sup>o</sup>; epacta 5<sup>a</sup>, regnante domino feliciter.

*De altari de Avesnellis et de confirmatione conventionis inter ecclesiam Laetiensem et Lobbiensem.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nicolaus, divina misericordia episcopus Cameracensis, etc. Divinae scripturae monitu salubriter animatus, quae ait : Benefac justo, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, indictione III<sup>a</sup>. Anno 1143.

*De eodem, Rogerus, episcopus Cameracensis.*

Rogerus, divina misericordia Cameracensis episcopus, etc. Penes legitimos possessores suarum dominia rerum, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>. Bulla. Anno 1186.

*Odo, Cameracensis episcopus, de altari Sancti-Hilarii.*

Notum sit omnibus, etc., quod ego Odo, Cameracensis episcopus, humilis, ad animae meae et predecessorum meorum salutem, altare de Sancto-Hilario, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>IX<sup>o</sup>, indictione II<sup>a</sup>, praesulatus 5<sup>o</sup>. Bulla. Anno 1109.

*De altari de Avesnis, idem qui supra.*

Noverit omnium industria, etc. Actum Cameraci in capitulo sanctae Mariae anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>, indictione III<sup>a</sup>, pontificis Odonis viij<sup>o</sup>. Anno 1113.

*De dono Willelmi de Donopetri videlicet altarium de Fissar, de Scarbes, de Florsies et de Donopetri, etc., de monachis ibidem instituendis, et ne corpus beati Etthonis transferatur, ut alibi remaneat.*

Ego Nicolaus, Dei gratia episcopus Cameracensis, etc. Quia ea quae legitime et ordine canonico ab episcopis et principibus et caeteris fidelibus ecclesiis Dei contradun- Bulla. Anno 1162.

tur, etc. Acta sunt haec publice, in conspectu ecclesiae nostrae, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXII<sup>o</sup>, episcopatus nostri xxvi<sup>o</sup>.

*Abbas Helgotus, de possessione de Harsillies.*

Bulla.

Ego Helgotus, Laetiensis ecclesiae minister, praesentibus et futuris. Bonae memoriae Guillelmus qui ecclesiam de Donopetri nobis contulit, etc.

*Petrus, electus Cameracensis, de possessione Ivini de Donopetri.*

Anno 1172.

Petrus, Dei gratia Cameracensis electus, etc. Diligenter sibi cavit in inventione litterarum humana industria, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXII<sup>o</sup>.

*Item qui supra, de recognitione filiorum Ivini.*

Bulla.

Anno 1173.

Ego Petrus, etc., electus Cameracensis episcopus. Non parum quibuslibet in negotiis, etc. Datum M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXIII<sup>o</sup>.

*Item, de eodem et de allodio de Saroet.*

Bulla.

Anno 1172.

Ego Petrus, electus Cameracensis episcopus, non parum, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXII<sup>o</sup>.

*Theodorici, domini de Walcuria, de xij denariis namurcensibus qui debentur beato Etthoni in die sancti Andreae.*

Bulla.

Anno 1234.

Universis praesens scriptum inspecturis, Theodorus de Walcuria. Veritatem agnoscere, etc. Actum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXXIII<sup>o</sup>.

*Jacobus de Avesnis, de septem modis et dimidio frumenti accipiendis apud Struem, et de xl sextariis avenae apud Cartignies.*

Bulla.

Anno 1190.

Ego Jacobus de Avesnis, etc., notum facimus omnibus quod ecclesia Laetiensis septem modios frumenti, etc. (Iste Jacobus vivebat an. 1190.)

*Jacobus de Sancto-Audomaro, de xl<sup>o</sup> solidis alborum ad tholoneum de Perices in festo beati Martini accipiendis.*

Quoniam vivax scripti testimonium rei gestae memoriam perpetuare solet, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>. Bulla. Anno 1214.

*Guillelmus, castellanus de Sancto-Audomaro, de quitatione thelonei et aliarum consuetudinum in villa et in finibus de Perices.*

Ego Willelmus, castellanus de Sancto-Audomaro, etc. Actum anno Incarnati Verbi M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>. Bulla. Anno 1180.

*Nicolaus, dominus de Flamengeria, de nemore de Lehouseie, et tertia parte decimarum, ultra rivum de Chevrueil.*

Quum vita hominum brevis est, et memoria labilis, ideo priorum gesta, etc. (Ista pactio facta est sub Hugone, 8<sup>o</sup> abbate Laetiense, qui tenuit regimen domus annis 20, et mortuus est 1215.) Bulla. Anno 1213.

*Walterus, dominus de Avesnis, de relaxatione quinque modiorum frumenti et quinque avenae.*

Quum vetustate vel lapsu temporum pleraque tenebris ignorantiae tradita, a memoria evanescent, etc. Actum Orsiaci anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VII. Bulla. Anno 1197.

*Cyrographum inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam de Altimonte, de terragio terrae in via de Rambrechies, et terrae cujusdam, etc.*

In nomine sanctae Trinitatis. Ne faciamus alii vel patiamur ab alio, etc. Actum anno MC<sup>o</sup>LXXXIII<sup>o</sup>. Bulla. Anno 1184.

*Lettres de submission d'arbitres, à cause des dissensions entre Liessies et Bucillies, pour bois qui sont entre Fourmies et Mondripuis.*

Jou Ponçars, par le soffrance de Dieu, abbés de Bucellies, et tout li communs ca- Lettre première.

pitres de ce misme liu, faisons sçavoir à tous ciaux qui ces lettres verront, ke, come il soit descors et ait esté longement entre nous, de unne part, et l'abet et le convent de Léties, de autre part, etc. Et ce fut fait en l'an del Incarnation nostre Segnor M et CCXXX.

Anno 1230.

2<sup>e</sup> lettre pour le mesme. *Mahieu, abbé de Foisni<sup>1</sup>, Robers, prieur de Léties, et Raous, prieur de Bucillies, arbitres de ce mesmes.*

Je Mahius, par la souffrance de Dieu, abbés de Foisni, je Robers, prieurs de Léties, et je Raous, prieurs de Bucellies, arbitres del descors qui estoient entre l'église de Bucellies, d'une part, et l'église de Léties, etc. Et ciz acors fu faiz en l'an MCCXXXVII.

Anno 1237.

3<sup>e</sup> lettre du mesme. *Gérars, cantre de Foisni, arbitre en lieu l'abet, Robert, prieur de Léties et Raous, prieur de Bucillies, arbitres de ce mesme.*

Dans Gérars, cantres de Foisni, estaulis arbitres en liu l'abet de Foisni, etc. Et ce fu fait en l'an 1237.

Anno 1237.

*Petrus, abbas Laetiensis, de censu Gisleni, militis de Bossoit.*

Ego Petrus, divina permissione Laetiensis ecclesiae dictus abbas, totusque ejusdem loci conventus, etc.

*Henricus, decanus sancti Bartholomei in Leodio, de terris et pratis de Avesnellis.*

Universis praesentes litteras inspecturis, Henricus, Dei gratia decanus sancti Bartholomei in Leodio, unicus judex a domino legato delegatus, salutem in Domino, etc. Datum M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XLII<sup>o</sup>, in octava omnium sanctorum.

Anno 1242.

*Arbitrium Thomae abbatis Laetiensis et magistri J., decani de Cymaco, de piscaria de Cartignies.*

Thomas, Dei paciencia Laetiensis ecclesiae dictus abbas, et J., decanus Cymacensis, etc. Cum causa verteretur, coram decano Fossensi, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVII<sup>o</sup>.

Anno 1227.

<sup>1</sup> *Foisni*, Foigny, diocèse de Laon.



*Conventio Jacobi de Avesnis et ecclesiae Laetiensis de quatuor nemoribus, videlicet de Feron, de Fourmies, de Fontenellis, etc.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notitiae praesentium et futurorum pateat quod ecclesia Laetiensis et dominus Jacobus de Avesnis, etc. Actum 1180. Bulla.  
Anno 1180.

*Accord fait entre l'église de Liessies et Wachier, seigneur d'Avesnes, pour les soitures des bos l'abbé et les Faignes.*

Li abbés d'Aumont, li abbé de Saint-Michiel, et Wauchiers de Nouvion. Selonc le mise et bois de Faignes, etc. Cis dis fu dis adont quant li ans del Incarnation Jésus-Christ estoit au conte de M. et CC. et XIX, el mois de Décembre. Anno 1219.

*Compositio de Haya et Pania.*

(Sunt tria exemplaria ejusdem tenoris.)

*Lettre par laquelle appert que le S<sup>r</sup> Jean d'Avesnes est gardien de l'église de Liessies.*

A tous chiaus ki ces présentes lettres verront et oront, Jehan de Castillon, cuens de Blois, et sires d'Avesnes, salut en nostre Seigneur. Je fach savoir à tous comme sois garde de l'église de Liessies, etc. Donnée l'an del Incarnation MCCLXII, el mois de March. Anno 1262.

*Lettre de Hue, abbé, et du couvent, par laquelle ils connoissent que le S<sup>r</sup> d'Avesnes est gardien de l'église de Liessies.*

Caetera ut supra e converso domini Avesnensis, eodem tempore et anno data.  
Reliquae chartae hujus secundae partis debent alibi requiri, nimirum in volumine papyraceo, sed sub iisdem annis.

## CAPITULA TERTIAE PARTIS SUNT HAEC IN QUA CONTINENTUR DE HAINAU.

*(MS. de la Bibl. roy. n° 7437).**Nicolaus, episcopus Cameracensis, de libertate altarium de Linea, de Helpra, de Jeumont et de Marpent.*

Bulla.

Anno 1142.

Nicolaus, divina misericordia Cameracensis episcopus, etc. Quia bonum ad omnes, melius ad domesticos fieri Apostolica censet Auctoritas, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLII, Indictione sexta, praesulatus domni Nicolai vj<sup>o</sup>.

*Item de altari de Cheni et appenditiis ejus, per supradictum episcopum anno 1142. Joannes, episcopus Cameracensis, de eodem.*

Bulla.

Anno 1195.

Joannes, Dei gratia Cameracensis episcopus, dilectis filiis Hugoni, abbati, et conventui Laetiensis monasterii, in perpetuum. Vigor aequitatis deposcit, et nostri debitum requirit officii, etc. Anno incarnati Verbi, M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>V<sup>o</sup> quarto kal. Octobris.

*Nicolaus, episcopus Cameracensis, de donatione altarium de Atres, de Arbore, de Meuregien, de Hyhy et Bavai.*

Bulla.

Anno 1136.

In nomine sanctae Trinitatis, Nicolaus, etc. Cum secundum Scripturam quae ait: honora Dominum de tua substantia, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXXVI, Indictione xiiij<sup>o</sup>.

*Cyrographum inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam Malbodiensem sancti Quintini, de confinio terrarum de Bialvor, et de duobus modis et dimidio avenae accipiendis apud Willies.*

Bulla.

Anno 1206.

In nomine sanctae Trinitatis. Prophetali notata imprecatione quae dicitur: Vae qui domum domui conjungitis, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>VI.

*Cyrographum de feodo de Gomignies et de hominio Iberti et haeredum ejus, et de hospitandis carris et familiis ecclesiae ibidem.*

Bulla.

Anno 1173.

Ego Helgotus, Laetiensis abbas dictus, etc. Si christianae professionis nomine censemur, in ejus nobis mandatis currendum est, etc. Actum M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXIII.

*Cyrographum inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam sancti Joannis in Valencenis,  
de sex libris alborum.*

Ego Hugo, Laetiensis abbas, totusque qui mecum in eadem ecclesia Deo militat fratrum conventus, omnibus praesentem paginam inspecturis, in perpetuum, etc. Actum anno dominicae Incarnationis M<sup>o</sup>CCI<sup>o</sup>.

Anno 1201.

*Ægidius, dominus de Barbenson, de decima de Jeumont quae fuit Gerardi Basin,  
militis.*

In nomine sanctae Trinitatis. Quicquid tanta praedecessorum antiquitas posteritati nostrae dignum memoria refundebat, scriptis imprimebat, etc. Actum apud Geumontem, anno gratiae subeuntis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XI<sup>o</sup>.

Anno 1211.

*Item ejusdem, de eodem.*

Ego Ægidius, dominus de Barbenson, etc. Actum apud Geumont, anno quo supra.

*Gerardus, dominus de Jacia, de decima de Jeumont et censu trium solidorum  
alborum qui fuerunt Philippi, militis de Bercillies.*

Quum mortalium labilis est memoria, et omnia secum labentia trahunt tempora, sic decet confirmari quae fiunt in tempore, ne mutantur cum tempore, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>X<sup>o</sup>.

Anno 1210.

*Alardus, miles de Borghella, de decima de Marpent.*

Ego Alardus, miles de Borghella, notum facio tam praesentibus quam futuris, etc. Datum Tornaci, anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXIX<sup>o</sup>.

Anno 1229.

*Ferrandus, comes Flandriae et Hain., de eodem.*

Ego Ferrandus, comes Flandriae et Hain., notum facio universis, etc., quod nobilis vir Alardus de Borghella, homo meus, etc. Datum Tornaci, anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXIX<sup>o</sup>, in octava Epiphaniae. — Ratum sit et firmum.

*Godefridus, Cameracensis episcopus, de eodem et de confirmatione pitantiarum.*

Bulla.

Anno 1236.

Godefridus, Dei gratia episcopus Cameracensis, etc., in salutis auctore. Noverit universitas vestra quod nos precibus abbatis, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXXVI<sup>o</sup>.

*Segardus, abbas, de confirmatione pitantiarum.*

Anno 1231.

Segardus, divina miseratione Laetiensis ecclesiae abbas, et ejusdem loci commune capitulum, etc. Datum anno MCC<sup>o</sup>XXXI<sup>o</sup>.

*Nicolaus, abbas, de eodem.*

Anno 1236.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Nicolaus, miseratione divina Laetiensis ecclesiae abbas, et ejusdem loci commune capitulum, etc. Actum MCCXXXVI, mense Februario.

*Gerardus, advocatus de Bellomonte, de duobus modis: uno avenae, et uno modio segetis in decima sua de Jeumont accipiendis, ad opus luminaris Beatae Mariae.*

Anno 1197.

Ego Gerardus, advocatus de Bellomonte, notum facio praesentibus et futuris quod Philippus, miles de Bercilliis, tradidit ecclesiae Laetiensi, etc. Actum anno Incarnati Verbi M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>.

*Gislenus, castellanus de Bellomonte, de decem solidis apud Solram accipiendis, et de recognitione terragii et decimae cuidam terrae quae dicitur Presbyteri Vallis.*

Anno 1189.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Gislenus, castellanus de Bellomonte, notitiae tam praesentium quam futurorum transmitto, quod assensu Haduidis, uxoris meae, et filiorum meorum, decem solidos Valentianae monetae, etc. Actum in capitulo Laetiensi, sub praesentia domni Helgoti abbatis, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXXIX.

*Item ejusdem de donatione decimae villarum de Spinoit et de Foubrechies.*

Anno 1211.

Ego Gislenus, castellanus, etc., ut supra. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XI<sup>o</sup>.

*Cyrographum quoddam de terris et pratis de Obrecies.*

Notum sit tam praesentibus quam futuris quod aliquando querela orta inter ecclesiam Laetiensem et Adam de *Obrecies*, qui villicationem et dotes altaris nostri, tam in sylvis quam in terris cultis et incultis, reclamabat, et sibi injuste usurpabat, etc. Hujus recognitionis testes abbas Helgotus, Robertus praepositus, etc.

*B. abbatissa de reclinatorio Beatae Mariae de Marqueta, juxta Insulam, et de eleemosinariis colendis de Tudinio.*

B., de reclinatorio Beatae Mariae juxta Insulam, humilis abbatissa, totusque ejusdem loci conventus, etc. Datum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXXVII<sup>o</sup>; mense Junio.

Anno 1237.

## HIC REQUIRUNTUR ALIAE CHARTAE ALIBI REQUIRENDAE.

(SUITE DE L'INVENTAIRE, MS. de la Bibl. roy., n<sup>o</sup> 8374, dans un Recueil provenant des Bollandistes, n<sup>o</sup> 54<sup>e</sup> de leur bibl.)

## MONASTERII LAETIENSIS PRIVILEGIA, ETC., SUMMATIM INDICATA.

EXCERPTA EX LIBRO 2<sup>o</sup> PRIVILEGIORUM MONASTERII SANCTI LAMBERTI LAETIENSIS, CONTINENTE APPENDICEM AD LIBERUM PRIMUM EORUMDEM PRIVILEGIORUM.

Innocentius IV, contra gravamina quae in procurationibus, ratione visitationis, debitis inferebantur. Datum Lateran., 2<sup>o</sup> calendas Martii, pontificatus nostri anno XI<sup>o</sup>.

Innocentius papa IV. Quod non possit collegium excommunicari. Datum Lugduni, xij calendas Februarii, pontificatus nostri anno III<sup>o</sup>.

Innocentius papa IV, de possessionibus fratrum nostrorum retinendis qui professionem fecerint, etc. Datum Lugduni, vi calendas Aprilis, pontificatus nostri anno III<sup>o</sup>.

Privilegium Alexandri papae tertii, de altaribus et omnimoda libertate ecclesiae Laetensi pertinentibus; absque plumbo. Datum Beneventi, per manum Gratiani,

sanctae Romanae ecclesiae subdiaconi et notarii, ij calendas Januarii, indictione x, Incarnationis dominicae anno MC<sup>o</sup>LXXVII<sup>o</sup>, pontificatus vero domini Alexandri papae tertii anno XVIII<sup>o</sup>.

Alexander papa tertius, de eo quod non debemus ad iudicium evocari inviti, per litteras a Sede Apostolica impetratas. Datum Viterbii, calendis Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Martinus papa quartus, pro confirmatione bonorum ecclesiae. Datum apud Urbem Veterem, vj nonas Julii, pontificatus nostri anno primo.

Urbanus episcopus papa quartus, pro bonis de Aysonvilla. Datum apud Urbem Veterem, nonis Novembris, pontificatus nostri anno tertio.

Urbanus papa quartus, contra mercatores super solutione duorum millium librarum Turonensium. Datum apud Urbem Veterem, xij calendas Januarii, pontificatus nostri anno secundo.

Urbanus papa quartus, de revocatione contractuum, ad priorem sancti Jacobi Leodiensis. Datum Viterbii, vij idus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Urbanus papa quintus, de revocatione contractuum de Sarto monachorum. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, quinto calendas Februarii, pontificatus nostri anno octavo.

Urbanus papa quintus, ad decanum ecclesiae Tornacensis, ad recuperanda bona ecclesiae Laetiensis injuste alienata. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, quinto calendas Februarii, pontificatus nostri anno octavo.

Urbanus papa quintus, ad decanum Leodiensem, pro recuperatione bonorum ecclesiae. Datum Avinioni, vj calendas Decembris, pontificatus nostri anno tertio.

Nicolaus papa tertius, pro confirmatione bonorum ecclesiae. Datum Viterbii, calendis Julii, pontificatus nostri anno primo.

Nicolaus papa tertius. Quod abbas Laetiensis potest, pro suis fratribus, successiones accipere, feudalibus duntaxat exceptis. Datum Viterbii, nonis Octobris, pontificatus nostri anno secundo.

Nicolaus papa quartus, pro receptione Guidonis de Pera, clerici, etc. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, xij calendas Januarii, pontificatus nostri anno primo.

Revocatio generalis Alexandri papae quarti, cujusdam doni pluribus facti per Innocentium papam, pro ecclesiae interdictu, etc. Datum Anagninae, xv calendas Septembris, pontificatus nostri anno primo.

Gregorius papa decimus, pro recuperatione contractuum. Datum Lugduni, ... Januarii, pontificatus nostri anno secundo.

Joannes papa II. Quod non tenemur ad solutionem debitorum praedecessorum nostrorum. Datum Viterbii, vj calendas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Bulla summi pontificis Pauli tertii, continens confirmationem modi vivendi, sive statutorum et quorundam privilegiorum monasterii Laetiensis. Datum Romae, apud

Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quadragésimo quinto, sexto idus Aprilis, pontificatus nostri anno undécimo.

Joannes, comes Blesensis et dominus Avesnensis, de conservatione ecclesiae.

Initium litterarum : « A tous chiaus qui cest lettres verront et oront Jean de Castillon, cuens de Blois et sires d'Avesnes, salut en nostre Seigneur, etc. Donnée l'an del Incarnation nostre Seigneur mil CCLXII, el mois de March. »

Quod episcopus Cameracensis non habet visitationem apud Donum-Petri.

Initium litterarum : « G., dei gratia Cameracensis episcopus, omnibus praesentes litteras visuris salutem in Domino, etc. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XLII, feria quinta ante Dominicam qua cantatur : *Esto mihi*.

*Pour la chapelle du chasteau de Trelon.*

Initium litterarum : « Nous Hues de Castillon, cuens de Blois et sires d'Avesnes, à tous ciaux qui ces présentes, etc. L'an de l'Incarnation nostre Seigneur Jésus-Christ, mil deus cens quatre vins et dis et wit, le juesdi après le jour de Paskes. »

*Transsumptum declarationis foundationis comonitatus (canonicatus?) Avesnensis.*

Ita incipit : « Praepositus, decanus et capitulum ecclesiae collegiatae sancti Nicolai oppidi Avesnensis, Cameracensis dioecesis, universis praesentes, etc.

Tenores vero erectionis et declarationis sequuntur et sunt tales :

Ludovica *Dalbret*, domina de Avesnis in Hannonia, Cameracensis dioecesis, relicta quondam piae memoriae Caroli de *Croy*, principis de *Chimay*, etc. Datum et actum in loco nostro capitulari, anno Domini 1555, mensis Januarii die nona.

*Donatio juris patronatus ecclesiarum de Sanctis et Helluinsart.*

Sic incipit : « Sanctissimo patri ac domino Clementi, Dei gratia sacrosanctae ecclesiae Romanae summo pontifici, Nicholaus, miseratione divina Cameracensis episcopus. Devota pedum oscula beatorum, etc. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXV, feria 2<sup>a</sup> ante ascensionem Domini.

*Provision pour éviter les dommaiges que povoient venir à l'église, à cause des obligations (copie).*

Dux Aubiers de Baiwier, comtes palatins dou Rin, bauls et gouverneur de Hayn-

nau, Hollande, Zélande et de le seigneurie de Frise, à nos amés et féauls le seigneur de Donstienne, gouverneur d'Avesnes, etc. Donné à Le Haye en Hollande, l'an MCCCLXV, neuf jour en Aoust.

*Quod episcopus non habet pernoctationem apud Ath (copia).*

G., Dei gratia, Cameracensis episcopus, universis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverint universi quod cum nos, in die nativitatis beatae Virginis, etc. Datum in crastino dictae Nativitatis, anno Domini MCC° quadragesimo sexto.

COPIA LITTERAE FUNDATIONIS CAPELLANIAE BEATAE-MARIAE, SITAE IN ECCLESIA PAROCHIALI DE ATHINKOVE, AD COLLATIONEM VENERABILIIUM ET RELIGIOSORUM DOMINORUM ABBATIS ET CONVENTUS MONASTERII SANCTI LAMBERTI LIESSIENSIS SPECTANTIS.

Cujus hoc est initium : « In nomine Domini amen, etc. Datum per copiam, sub signo et subscriptione mei notarii publici infra scripti, anno Domini millesimo quadragesimo, Indictione nona, mensis Decembris, die xxij<sup>a</sup>. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Margareta de *Aulhikove*, uxor Arnulphi dicti ducis, compos mei, ad honorem Dei omnipotentis, etc. Datum et actum in hospicio ejusdem Margaretae, feria 6<sup>a</sup> post *Laetare Jherusalem*, anno Domini M°CC°LXX° nono.

*C'est de la capelerie de Ligne du Saint-Esprit, dont la collation appartient dorénavant à l'église et abbé de Liessies.*

« A tous chiaux qui ces présentes lettres veront, mesmement à nostre bon seigneur amy et cousin homme religieux, discret et honorable, Meurisse par la grasse de Dieu abbet de l'église de Liessies, Nous Watier, chevaliers, sire de Ligne, salut et bonne amour, etc. Donné en l'an de grace M°CC° et VIJ, le dimenche après le Tous-sains. »

*De dono capellaniae castri de Linea (copia).*

Vestris praesentes litteras visuris, Walterus, vir nobilis, dominus de Linea, miles, salutem in Domino. Noverint universitas vestra quod, cum viri religiosi, etc. Datum anno Domini millesimo ducentesimo LXX° septimo, mense Augusto.



*Commission et puissance bailliée par Jehan d'Avesnes à Nicholon de Housdaing, d'estre au deshirement que Wautier, sires de Ligne, voët faire de vint livrées de terre, pour amortir à tousjours, pour une capellerie (copie).*

Nous Jehans d'Avesnes, quens de Haynnau, faisons sçavoir à tous que nous establissons et mettons en no lieu, pour nous et de par nous, Nicholon de Housdaing, etc. Données en l'an de grasse MCCIIIJXX et sèze, le dimenche prochain après le jour saint Mahieu l'apostle.

*Lettres de deshirement de XX livrées de terre, par Nicholon, chevalier, sire de Housdaing, etc. (copie).*

Jou Nicholes, chevaliers, sire de Housdaing, fach sçavoir à tous chiaus qui ces présentes lettres veront ou oïront que, par le pooir que j'euch dou très-hault et noble prinche, mon chier signieur, monsignieur Jehan d'Avesnes, comte de Haynnau, etc. Ce fut fait en la salle à Ath, l'an de l'Incarnation Jhésu-Christ MCCIIIJXX et sèze, le samedi devant le jour saint Denis, ou mois d'Octembre.

*Concordia inter conventum Laetiensem et dominum Theodericum de Gocillies, et ejus filios, etc. quod nullum jus habere debeat super domo et possessione de Sarto.*

(Copie). Sacent tout chil qui escript véront que li abbés de Liessies, et mesire Thiris de Gocillies, et si enfant, sunt mis en trois preud'hommes, de toutes les queeles qui sont entre iaus, etc. (sans date).

*Rescriptum dominorum abbatum Lobbiensis et Floreffiensis ad illustrissimum dominum dominum de Lotharingia et ejus uxorem, super querelis quae vertebantur inter ecclesiam Laetiensem et Theodericum, dominum de Gocilies (copia).*

Illustri domino suo B., duci Lotharingiae, et M. nobilissimae ducissae, uxori suae, R., Lobbiensis et H., Floreffiensis dicti abbates, orantes in Christo salutem. Ad mandatum vestrum, feria 3<sup>a</sup> ante Palmas, pro querelis, etc. (sine annotatione anni).

*Quaedam charta sigillo Semigalliensis episcopi B. signata, etc. (copia).*

Nos B., Dei gratia quondam Semigalliensis episcopus, omnibus ad quos praesentes litterae pervenerint notum facimus quod, de consensu nostro, dominus abbas et con-

ventus Liessiensis arrestare possunt proventus prioratus de Sarto; sive ad firmam fuit data, seu in horreis (?) recondita, etc. Datum feria 2<sup>a</sup> post octavas beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup> nono.

*Instrumentum renunciationis dompni Aegidii, monachi Dolensis, de bonis prioratus de Sarto monachorum.*

Copiae initium : « In nomine Domini, amen. Noverint universitas et singuli hoc praesens publicum inspecturi, quod religiosus vir, dompnus Aegidius de Renia, alias Bavo, monachus expresse professus monasterii Dolensis, ordinis sancti Benedicti, Bituricensis dioecesis, etc. Acta fuerunt haec Montibus, dictae Cameracensis dioecesis, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, Indictione iij<sup>a</sup>, die nona mensis Novembris, pontificatus Bonifacii noni anno sexto. »

MONASTERII LAETIENSIS PRIVILEGIA, ETC. SUMMATIM INDICATA, EX QUIBUS TEMPUS PONTIFICUM ROMANORUM ET EPISCOPORUM CAMERACENSIVM INNOTESCERE POSSIT, EXEMPLI GRATIA BURCHARDI, CUJUS FINIS INCERTUS EST.

PARS QUARTA.

CAPITULA PARTIS 4<sup>ae</sup>, IN QUA CONTINENTUR DE BRABANTO.

*Manasses, episcopus Cameracensis, de dono altaris de Braffio.*

Bulla.

Anno 1098.

In nomine <sup>1</sup> et individuae Trinitatis, Manasses, Dei gratia episcopus Cameracensis, etc. Sanctorum monasteria non solum in quibus eorum requiescunt corpora, verum etiam, etc. Actum anno MXC<sup>o</sup>VIIJ<sup>o</sup>, Indictione vj<sup>a</sup>, pontificatus ejusdem anno tertio.

*Nicolaus, episcopus Cameracensis, de confirmatione altarium de Linea et de Helpra.*

Anno 1142.

Nicolaus, divina misericordia Cameracensis episcopus. Quia bonum ad omnes, melius ad domesticos, fieri Apostolica censet Auctoritas, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLIJ<sup>o</sup>, Indictione sexta, VI<sup>o</sup> episcopatus.

<sup>1</sup> Lege sanctae.

*Item ejusdem de dono quod fecit Walterus de Antonio possessionis suae de Frasne.*

Nicolaus, Dei gratia, etc. Injunctum nobis exigit officium ea quae ecclesiis Dei conferuntur, tali prudentia ordinare ac disponere, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLVJ<sup>o</sup>, praesulatus Nicolai X<sup>o</sup>. Anno 1146.

*Item ejusdem, de eodem, et de servis et ancillis, et de hominio domini de Antonio.*

† Ego Nicolaus, episcopus Cameracensis, praesenti scripto notum volo fieri, tam futuris quam praesentibus fidelibus, quod Walterus de Antonio, et Aaliz, soror ejus, etc.

*Burgardus, episcopus Cameracensis, de dono altarium de Atichove, de Wanebeke et de Sclarbeka.*

† Burgardus, divina misericordia Cameracensium episcopus, etc. Cum in animae nostrae fundamento aurum, argentum, lapides pretiosos, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XVJ<sup>o</sup>, Indictione viij<sup>a</sup>, praesulatus Burgardi primo. Anno 1116.

*Item privilegium ejusdem, de confirmatione villarum et possessionum ecclesiae Laetiensis.*

In nomine sanctae Trinitatis, Burgardus, Dei gratia, etc. Notum facio tam praesentibus quam futuris filium nostrum Rainerum, Laetiensem abbatem, ad nos venisse, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XIX<sup>o</sup>, indictione xij. Anno 1119.

*Item ejusdem privilegium confirmationis altaris de Felleris, de Osticio, possessionum de Aath, feodi Herberti de Serre, allodii de Baschien, allodiorum de Perez, de Bugnies et de Berella, et familiae dominae Agnetis, in terra Avesnensi.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Burgardus, Dei gratia Cameracensis episcopus, etc. Quia pastoralis sollicitudine commonemur ut, intuendis ecclesiis nostris, armatura spirituali accingamur, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXVIIJ<sup>o</sup>, praesulatus Burgardi XII<sup>o</sup>. Bulla. Anno 1128.

*Idem de eodem.*

Bulla confirmationis. De beneficiis per misericordiam Dei nobis collatis, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXIII<sup>o</sup>, Indictione 1<sup>a</sup>, Conc. vij<sup>o</sup>, episcopus XXII<sup>o</sup>.

*Item de eodem.*

Anno 1125. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXV<sup>o</sup> Conc. iij<sup>o</sup>. episcopus XIII<sup>o</sup>, ordinationis domini Wedrici ij<sup>o</sup>.

*Burgardus, episcopus Cameracensis, de altari de Marcha.*

† Burchardus, divina misericordia, etc. Quoniam scriptura attestante quae ait : ante mortem benefac, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXIX<sup>o</sup>, Indictione vij<sup>a</sup>, praesulatus domni Burchardi XIII<sup>o</sup>.

Anno 1129.

*Philippus, comes Flandriae, de octo pensis caseorum de Gastella.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Philippus, Dei gratia comes Flandrensium, praesentis chartae testimonio notum fieri volo, tam praesentibus quam futuris Flandrensium marchiae baronibus, etc. (annus non notatur).

*Conventio inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam sanctae Waldetrudis in Montibus, super octo bonariis terrae sitae in territorio de Mastio.*

† Quoniam quae a fidelibus Ecclesiae instituuntur in regione oblivionis plerumque solent devenire, idoneum duximus quod ab ecclesiis, etc. (sine annotatione anni).

*Sigerus, dominus de Angien, de decima monalium in parochia de Atincove (Atichove).*

Ego Sigerus, dominus de Angien, notum facio, etc. quod ego, ob salutem animae meae et antecessorum meorum, assensu et voluntatis Alaidis, uxoris meae, dedi in eleemosinam ecclesiae Sancti-Lamberti de Laetiis. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>.

Anno 1240.

*Cyrographum inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam Sancti-Laurentii Leodien sis, de terra quae est apud Wanebeke, tenenda sub censu dimidiae marchae.*

† Notitiae pateat quod dominus Everlinus, abbas ecclesiae Sancti-Laurentii in Leodio, venerabili abbati Laetiensi Helgote, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CLXXV<sup>o</sup>, Indictione viii<sup>a</sup>.

Anno 1175.

*Cyrographum inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam Camberonensem, de decima de Linea et de duobus solidis, infra octavam beati Remigii apud Ath persolvendis.*

Ego Hugo, Dei gratia abbas Laetiensis, et capitulum, etc. Anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XI<sup>o</sup>.

Bulla. 1211.

*Cyrographum de possessione et servis et ancillis de Frazino.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Petrus, divina permissione Laetiensis ecclesiae dictus abbas, etc. Notum facimus praesentibus et futuris quod quondam Gualterus de Antonio, et Aelidis, soror ejus, ecclesiae Laetensi, etc. Datum solempniter in capitulo Antoniensi, anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XIX<sup>o</sup>.

Anno 1219.

*Petrus, Cameracensis electus, de allodio Heluidis de Annen (Anven, Anvin?) apud Meurengien.*

† Petrus, divina permissione Cameracensis dictus electus, etc. Commode sibi cavit in inventione litterarum humana industria, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXIX<sup>o</sup>.

Anno 1169.

*Joannes, episcopus Cameracensis, de decima de Molembek Balduini, villici de Gislengien.*

Joannes, Dei gratia episcopus, etc. Paginae praesentis indicio notum facimus universis quod cum Balduinus, villicus de *Gislengien*, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XVII<sup>o</sup>, mense Augusto, quinta feria post Assumptionem.

Anno 1217.

*Magistri Walterus, scolasticus, et Walterus hospitalarius, canonici Tornacenses, de oblationibus capellae de Aath.*

Magister Walterus, scolasticus, et Walterus, hospitalarius, canonici Tornacenses, omnibus ad quos istae litterae pervenerint in Domino salutem. Noverit<sup>1</sup> universitas vestra, etc. Actum M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XII<sup>o</sup>.

Anno 1212.

*Item de eodem.*

Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>.

Anno 1213.

<sup>1</sup> In codice manuscripto legitur *Noveritas*.

*Cyrographum inter ecclesiam Laetiensem et Camberonensem, de decimis de Ath, de Wasnebeke (Wanebeke) et de Hamaidia, et quibusdam censibus.*

Anno 1226.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, Gerardus de Cirvia, et Gobertus de *Atre*, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVI<sup>o</sup>.

*Sigerus, abbas Camberonensis, de eodem.*

Frater Sigerus, dictus abbas de Camberone, totusque ejusdem loci conventus, etc. Actum anno quo supra.

*Cyrographum de doariis parochiae de Aath.*

Anno 1204.

J., cantor, et B. de Wasia, canonicus Tornacensis, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, xix kal. Septembris.

*S., abbas de Thosan, de commutatione quarundam terrarum.*

Anno 1223.

Frater S., dictus abbas de *Thosan*, et totus ejusdem conventus, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXIII<sup>o</sup>.

Hugo, abbas Laetiensis, de eo quod ecclesia de Viconia acquirere non potest in parochia de *Wasnebeke*.

Ego Hugo, Dei gratia dictus abbas Laetiensis, et totum capitulum nostrum, etc.

*W., abbas Sancti-Andree, foris Brugis, de decima de Pressonare.*

Anno 1223.

Universis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXIII<sup>o</sup>, ante portam Sancti-Andree, foris Brugis.

*G., Cameracensis episcopus, de decima de Meurengiens.*

Anno 1223.

G., Dei gratia Cameracensis episcopus, praesenti testimonio, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CCXXIII<sup>o</sup>.

*Decani Sancti-Bricii Tornacensis, de concessione de Villaupne (?).*

Anno 1228.

Ego Thomas, decanus christianus Sancti-Bricii in Tornaco, etc. Actum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVIII<sup>o</sup>.

*Abbas et conventus Sancti-Laurentii in Leodio, super emptione XX<sup>ti</sup> solidorum alborum, apud Wambecquam.*

Reverendo patri ac domino N., Dei gratia Cameracensi episcopo, ejusdem permissione abbas Sancti-Lamberti juxta Leodium, etc. Datum anno 1241.

Anno 1241.

*Responsio et approbatio Nicolai, Dei gratia Cameracensis episcopus super supradictis.*

Eodem tempore et anno.

PARS QUINTA.

CAPITULA 5<sup>ae</sup> PARTIS SUNT HAEC QUAE SEQUUNTUR.

DE SARTO.

*Albero, Leodiensis episcopus, de fundatione prioratus de Sarto, et de donatione possessionum et reddituum et libertate ejus.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Albero, divina misericordia Leodiensium episcopus, etc. Quod ad laudem Domini et honorem Salvatoris nostri Jesu-Christi in dies augmentatur, etc. Actum Leodii, anno Domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXV<sup>o</sup>, Indictione iij<sup>a</sup>, regnante Lothario, anno 1<sup>o</sup> regni ejus, sanctae Romanae ecclesiae Honorio, Leodii episcopo Alberone.

Anno 1125.

*Gerardus, diaconus, cardinalis et Apostolicae Sedis legatus, de Molendino de le Fretet.*

† Ego Gerardus, Dei gratia diaconus cardinalis, et Apostolicae Sedis legatus, etc. Pax pacem volentibus, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LIII<sup>o</sup>.

Anno 1154.

*Cyrographum de parochia ne Pientechial.*

† Notum sit tam praesentibus quam futuris quod fratres Sancti-Michaelis sub Goceliis susceperunt ecclesiam de *Pientechial*, etc. Actum Laubiis, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXXVIJ<sup>o</sup>.

*Cyrographum de terra Walteri de Fontanis et Franconis de Lebzlangne (?)*

Anno 1126. Notum sit quod Walterus de Fontanis terram quamdam xxiiij<sup>rum</sup> bonariorum, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XX<sup>o</sup>VJ<sup>o</sup>.

*Cyrographum de eodem.*

Anno ut supra.

*Cyrographum de mansionariis de Suvei.*

Anno 1197. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XCVIJ<sup>o</sup>.

*Charta de possessione de Haia, et de controversia domini N., de Bevene.*

Bulla. 1209. Notum sit omnibus, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>IX<sup>o</sup>.

*Charta de x modis moliturae ad molendinum de le Freteit, et de decimatione domus et culturarum domini de Gosillies.*

Notum sit, etc. quod, dum inter ecclesiam Sancti-Michaelis in Sarto, etc. (Silet annum).

*Cyrographum de decima de Tier.*

Anno 1146. Notum, etc. quod Marsilius de Castilino, et Alis, uxor ejus, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXVI<sup>o</sup>.

*Charta de Cimion et de aliis beneficiis.*

Anno 1113. Notum sit omnibus quod Lambertus de *Maisereth*, inspirante Deo, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>.

*Cyrographum de terris, pratis et Sylvis Bernardi de Waiaus.*

Notum sit etc. quod Walterus, filius Bernardi de *Waiaus*, et Henricus, frater ejus, etc.

*Joannes de Loverval, archidiaconus Leodiensis, de oblationibus et aliis parochiae de Gocilies.*

Notum, etc. quod Joannes de *Loverval*, Leodiensis archidiaconus, etc.



*Raulfus Tinorum, de piscaria de Damremi.*

Ego Raulphus, divina miseratione decanus dictus de Fleriis, omnibus, etc.

*Eustachius, dominus de Ruez, de tribus solidis apud Triviere.*

Noverint tam praesentes quam posteri quod vir nobilis Eustachius de *Ruez*, piae intentionis obtentu, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXXIIJ<sup>o</sup>.

Anno 1183.

*Theodoricus de Bierbais, de libertate prioratus de Sarto et possessionum ejus.*

Ego Theodoricus, vir nobilis de *Bierbais*, Basilia uxor mea, et filii mei Gilio et Jacobus, notum facimus, etc. Datum apud *Guochelyes*, anno gratiae M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXJ<sup>o</sup>, mense Mayo.

Anno 1221.

*Item ejusdem, et aliorum virorum nobilium de eodem.**Item Henricus, dux Lotharingiae, et Maria uxor ejus, de eodem.*

Anno 1226.

Ego Henricus, Dei gratia dux, et Maria, nobilis uxor mea, ducissa Lotaringiae, etc. Actum [anno] M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXJ<sup>o</sup>.

Anno 1221.

*Item Hugo, Leodiensis episcopus, de eodem.*

Ego Hugo, divina gratia Leodiensis episcopus, etc. Actum anno supra notato.

*Philippus, marchio Namurcensis, de silva de Haia.*

Ego Philippus, marchio Namucensis, notum facio, etc., quod constitutus in praesentia mea vir nobilis Theodoricus de *Birbais*, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>, mense Januario.

Anno 1240.

*Gozuinus Flerucensis, de eleemosina domini Joannis presbyteri, de Damremi.*

Universis, etc. Gozuinus Flerucensis, decanus. Cognoscere veritatem, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>, mense Novembri.

Anno 1240.

## CHARTAE ALIQUOT DESUNT.

## PARS SEXTA.

CAPITULA VI<sup>te</sup> PARTIS DE HANETIES ET AYSONVILLA.

*Bartholomaeus, Noviomensis episcopus, de donatione altaris de Haneties et portione Presbyteri.*

Bartholomaeus, Dei gratia, Noviomensium episcopus, etc. Ad officii nostri sollicitudinem, etc. Actum Novioni, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LVIII<sup>o</sup>.

Anno 1158.

*Stephanus, Noviomensium episcopus, de eodem.*

*Jacobus, dominus Avesnensis et Guisiae, de decima quae fuit Adae de Goy et de sylva et terra Sancti-Gervasii.*

Ego Jacobus, Avesnarum dominus et Guisiae, et de *Leschères*, notitiae praesentium et futurorum transmitto quod ecclesia Laetiensis accepit de manu Adae de Goy, hominis mei, etc. (sub Helgotō abbate).

*Item de eodem.*

*Item de eodem.*

VIJ, VIIIJ, IX, X, XI, XIIJ, XIIIJ capita nihil habent notatu digna.

*Cyrogaphum Sancti-Nicolai de Ribodimonte, de terragio, et decima de Hancijs (Haneties).*

Notum sit, etc. Quod ecclesia Nicolai de Ribodimonte, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXXVIII<sup>o</sup>.

*De eleemosina Jacobi Peritre, videlicet quatuor modiorum segetis.*

Ego frater Elyas, prior Sancti-Salvii, et magister Renerus de Haspra, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXIII<sup>o</sup>.

*Capitulum Sancti-Quintini, de concessione loci.*

Sciant tam praesentes quam in posterum venturi, quia Reinerus, Laetiensis coenobii abbas, cum monachis ejusdem loci, beneficiorum San-Quintinensis ecclesiae in temporalibus, etc. Actum apud Sanctum-Quintinum, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>X<sup>o</sup>, Indictione iv<sup>a</sup>.

Anno 1110.

*Cyrographum sancti Gervasii, de possessione de Resteul.*

Ego Rainaudus, Dei gratia ecclesiae Sancti-Gervasii decanus, et commune capitulum, etc. Actum Goisiae anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LVJ<sup>o</sup>.

Anno 1166.

*Item ejusdem, de donatione possessionis suae et de confirmatione societatis.*

† Ego Rainaldus, ecclesiae Sancti-Gervasii decanus, et capitulum, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>.

Anno 1170.

*Cyrographum ecclesiae Aquicincti, de quadam terra quae dicitur Sancti-Amandi, etc.*

In nomine Domini. Ea quae pacis intuitu faciunt, pacis amatores dignum est ut tradantur, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>.

Anno 1180.

*Cyrographum ecclesiae Auriniacensis, de campo et nemore de Bernonville (?).*

† Notum fieri volumus, etc. quod Auriniacensis ecclesia terram, etc. (Sine notatione anni).

Anno 1180.

*Item, de eodem.**Conventiones inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam Viromandensem.*

† Ego Helgotus totusque conventus Laetiensis, etc. Ne aliquis longis temporum intervallis subrepat oblivio, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LVI<sup>o</sup>, Epacta vj<sup>a</sup>, Indictione v<sup>a</sup>, Concurrente 4<sup>o</sup>.

Anno 1156.

## PARS SEPTIMA.

## IN QUA CONTINENTUR DE FONTANIS ET BRIASTRA.

*Capitulum Beatae-Mariae Cameracensis, de donatione omnium quae apud Fontanas possidebat, et quod solvere debent episcopo et ministris ejus, quicquid eis debetur.*

Anno 1138. In nomine Domini Guido, praepositus, et Gerardus, decanus, et quod cum eis est Sanctae-Mariae Cameracensis capitulum, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXXVIII<sup>o</sup>.

*Item idem Capitulum de censu pro Fontanis et altare de Ahat (Ath?) et de Senogiis capituli.*

Anno 1169. In nomini Domini, Thomas Cameracensis praepositus, H., decanus et universum quod cum eis est capitulum, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXVIII<sup>o</sup>.

*Item idem Capitulum de terra de Briastra.*

Anno 1163. † Theodericus, praepositus, Gerardus, decanus, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXIII.

*Nicolaus episcopus Cameracensis, de allodio Fulconis de Inchies, et Helicinis, uxoris Wedrici, de Briastra.*

Anno 1144. In nomine domini Jesu-Christi, Nicolaus, Dei misericordia, etc. Officii nostri sollicitudine invitamur, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLIII<sup>o</sup>, praesulatus nostri anno VIII<sup>o</sup>.

*Item idem episcopus de eodem et aliis.*

Anno 1145. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLV<sup>o</sup>.

*Cyrographum Sancti-Andree de Castello, de commutatione allodii Sancti-Andree et decimae quae fuit Sancti-Quintini.*

Anno 1142. † Notum sit, etc., dominum Wedricum, ecclesiae Laetiensis abbatem, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLII<sup>o</sup>, Indictione v<sup>a</sup>.

*Capitulum Sancti-Quintini de allodio Wedrici apud Briastre et Fontanas, et de societate.*

Cum fratres in Christo quibus est res amplior, fratrum qui minus habent necessitatibus, etc. Actum in capitulo Sancti-Quintini, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XX<sup>o</sup>, Indictione vj<sup>a</sup>, Anno 1120. Epacta xvij<sup>a</sup>.

*Herbertus, abbas Sancti-Auberti Cameracensis, de feodo Ysaae.*

† Ego Herbertus, divina permissione abbas ecclesiae Sancti-Auberti Cameracensis, etc. Actum M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XCVIII<sup>o</sup>. Anno 1198.

*Aubustus, Cameracensis episcopus, de possessione Drogonis, villici de Sausoit, apud Fontanas.*

† Certa sit tam praesentibus quam futuris veritas suscripti negotii, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXI<sup>o</sup>. Anno 1161.

*Cyrographum de possessione Lieberti apud Fontanas.*

Ego Helgotus, Laetiensis abbas dictus, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXIII<sup>o</sup>. Anno 1174.

*Item de eodem.*

*Cyrographum de prato Himale, ante portam de Briastra.*

Ego Helgotus, Laetiensis abbas, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXVI<sup>o</sup>. Anno 1176.

*Cyrographum de redditu Sancti-Aicadri de Haspra.*

*Balduinus, abbas Sancti-Andrae de Castello, de venditione quatuor mencadorum bladi, etc.*

Balduinus, Dei permissione Sancti-Andrae de Castello abbas, etc. Actum anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XX<sup>o</sup>. Anno 1220.

## PARS OCTAVA.

*Bartholomaeus Laudunensis episcopus, de terra et allodio de Breveris.*

Anno 1149.

† Ego Bartholomaeus, divina misericordia Laudunensis praesul, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLIX<sup>o</sup>. Indictione xj, epacta xxviiij.

*Item idem de beneficio Radulphi, etc.*

Anno 1121.

Ego Bartholomaeus, Dei gratia Laudunensis episcopus, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXI<sup>o</sup>.

*Odo, Romanae ecclesiae diaconus, cardinalis, et apostolicae sedis legatus, de Vinea de Corleon.*

Odo, Dei gratia sanctae Romanae ecclesiae diaconus, cardinalis, et Apostolicae Sedis legatus, dilecto fratri H., abbati Laetiensi, salutem; presbyter Guillelmus, etc. Sine anno.

*Guarinus, abbas Sancti-Martini Laudunensis, de censu molendini de Angient.*

Anno 1150.

† Ego Guarinus, Domini gratia ecclesiae sancti Martini Laudunensis abbas, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LX<sup>o</sup>.

*Cyrographum capituli Laudunensis de terra apud Monberout.*

Anno 1160.

† Ego Milo, cantor Laudunensis, et generale capitulum, etc. Actum Lauduni, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LX<sup>o</sup>.

*Radulphus, dominus Coaci, de quitatione quionagii duarum caratarum vini.*

Anno 1174.

Ego Radulphus, dominus Coaci, notum fieri volo praesentibus et futuris quod ex dono Ingelranni, etc. Actum Coaci, anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXIII<sup>o</sup>.

*Bartholomaeus, episcopus, de quittance guionagii duarum caratarum vini quam dedit Ingelrandus de Fara.*

Ego Bartholomaeus, episcopus Laudunensis. Notum esse volumus, etc. Anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXXIX<sup>o</sup>.

Anno 1139.

*Item, idem, de septem caratarum vini per terram de Guisia et villam de Strata.*

Ego Bartholomaeus, etc. Actum anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XLIII<sup>o</sup>, temporibus Werrici, abbatis de Laetias.

Anno 1143.

*Jacobus, dominus de Avesnis, de quittance wionagii (guionagii, winagii) vecturarum ecclesiae per terram suam.*

Ego Jacobus de Avesnis, dominus de Landrecies, notum volo fieri, etc.

Societas inter ecclesiam Laetiensem et ecclesiam Lobbiensem, anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXIII<sup>o</sup>.

Anno 1224.

#### LISTE DES LIEUX OU L'ABBAYE DE S<sup>t</sup>-DENIS POSSÉDAIT DES BIENS.

L'abbaye de S<sup>t</sup>-Denis en Broqueroie possédait des revenus considérables. Au XV<sup>e</sup> siècle, ses biens, en Hainaut, étaient disséminés dans un grand nombre de villes et de terres, dont les noms, pour la plupart, se sont conservés jusqu'à nos jours. Elle avait aussi des rentes et des revenus en Brabant, mais en bien plus petit nombre, et seulement à Tirlemont et à Wavres. Ses domaines s'étendaient même au pays de Liège, où elle possédait, à Estrées, des héritages et des revenus par moitié avec l'église de Lobbes. C'est ce que nous révèlent les registres de comptes d'André Martin (depuis la S<sup>t</sup>-Remy 1433-34 jusqu'à 1439-40) et de Godefroid de Courières (1471-72), receveurs de l'abbaye.

Années 1433-34; 1439-40; 1471-72.

Nous y lisons que l'église de S<sup>t</sup>-Denis avait des héritages; des redevances, rentes et revenus, des cens et d'autres droits dans les « villes et terres de Sainct-Denis, Obourcq <sup>1</sup>, » de le Saisine <sup>2</sup>, Thieusies, Castiaux <sup>3</sup>, Havrech <sup>4</sup>, Ville-sour-Hayne <sup>5</sup>, Gottignies,

<sup>1</sup> Obourg.

<sup>2</sup> Saisinne.

<sup>3</sup> Casteau. Comptes de 1471-72.

<sup>4</sup> Havré.

<sup>5</sup> Ville-sur-Haine.

» Thier, Boussoit, Mauraige <sup>1</sup>, Houdaing et Ghoegnies <sup>2</sup>, Villers-Saint-Ghislain <sup>3</sup>, Nimy  
 » et Maisières, Masnuy-Saint-Pierre, Masnuy-Saint-Jean, Montigny, Crousaige ou  
 » Grousaige, Estinn <sup>4</sup>, Bray et Péronne, Estrées <sup>5</sup>, Obrechies, Mons en Haynnaut,  
 » Herchies et Erbault <sup>6</sup>, Baulignien et Cambron <sup>7</sup>, Deux-Quesvy ou Kévys, Ascouil-  
 » lies et Buignies <sup>8</sup>, Saint-Sauveur et Yerigval ou Yergivaul <sup>9</sup>, Oedenghien <sup>10</sup>, Fou-  
 » leng <sup>11</sup>, Grant-Enghien, Petit-Enghien, Bougardes <sup>12</sup>, Berghes <sup>13</sup>, Kenastre <sup>14</sup>,  
 » Hoves, Thieulemont en Brabant <sup>15</sup>, Lembecque, Wavres, au pays de Brabant, On-  
 » naing et Vy dallès Vallenchiennes, Vallenchiennes, Artre et Artrial <sup>16</sup>. »

Nous ne nous bornerons pas à cette nomenclature des noms des *villes et terres* où l'église de St-Denis avait des possessions; nous appellerons encore l'attention des lecteurs sur les détails suivants, qui nous semblent également offrir quelque intérêt. Ils font aussi, sous un autre rapport, juger de l'importance des revenus de l'abbaye. Ces détails, nous les puisons toujours dans les trois registres des receveurs, André Martin et Godefroid de Courières. Ainsi les comptes d'André Martin, de la St-Remy 1453-54, font connaître que les trois états de Hainaut ayant consenti l'année précédente une taille de 40,000 livres tournois, l'église de St-Denis en Broqueroie y contribua pour la somme de 245 livres, 16 sols, 8 deniers, qu'elle acquitta en quatre termes l'an 1454. Nous y lisons encore qu'en 1458 et 59, l'abbaye paya, en trois termes, 187 livres, 10 sols, pour sa part dans l'aide de 30,000 livres que les états de Hainaut avaient accordée à Monseigneur le duc de Bourgogne, le 5 septembre 1458.

Elle dut acquitter en outre, dans le terme de deux années et en trois paiements, la somme de 255 livres, 6 deniers, à cause des 40,000 livres octroyées par les états de ce pays à Monseigneur le duc.

Dans les comptes de l'année 1471-72, nous trouvons que les états du Hainaut avaient

<sup>1</sup> Mauraige (*Malraige*, comptes de 1547-48).

<sup>2</sup> Houdeng, Goeegnies.

<sup>3</sup> Villers-S<sup>t</sup>-Ghislain.

<sup>4</sup> Estinnes.

<sup>5</sup> Ce nom ne se rencontre point dans le compte de 1453. Il figure pour la première fois dans celui de 1459-40.

<sup>6</sup> Erbaut.

<sup>7</sup> Baulegnien (comptes de 1471); Baulegnies (comptes de 1547).

<sup>8</sup> Asquillies et Bougnies.

<sup>9</sup> Jergval (comptes de 1459); Iregval (comptes de 1471).

<sup>10</sup> Oudeghien.

<sup>11</sup> On ne le trouve cité pour la première fois que dans le compte de 1459-40.

<sup>12</sup> Boghardes (comptes de 1471).

<sup>13</sup> Bierghes (comptes de 1459).

<sup>14</sup> Quenastre (comptes de 1471).

<sup>15</sup> Thillemont (comptes de 1471-72); Tirlemont.

<sup>16</sup> Artrial (comptes de 1471-72).



accordé au feu duc Philippe une aide de 200,000 livres, payables en dix années, et que Duterne, receveur des aides, reçut de l'abbaye, pour les termes de Noël 71 et de la S<sup>t</sup>-Jean 72, la somme de iiiij<sup>xx</sup>vj livres, v sols, vj deniers.

Les deux termes de Noël 71 et de la S<sup>t</sup>-Jean 72, pour la contribution de l'abbaye de S<sup>t</sup>-Denis dans une nouvelle aide votée par les États de Hainaut à Monseigneur le duc Charles, — à savoir 500,000 livres payables en 15 années, — se montaient à xlvij livres.

Les trois États de Hainaut avaient aussi accordé à Madame la Duchesse une aide de 28,000 livres. Duterne reçut, à cette occasion, de l'abbaye, 12 livres, pour les termes de Noël 71 et de la S<sup>t</sup>-Jean 72.

Il reçut, en outre, pour l'aide des lances, les deux termes de Noël 71 et de la S<sup>t</sup>-Jean 72, c'est-à-dire 100 livres tournois.

Enfin, nous lisons que l'église de S<sup>t</sup>-Denis devait payer l'an 1472, à la S<sup>t</sup>-Jean-Baptiste, 75 livres tournois pour l'aide de 12 mille livres que les États avaient votée, afin de payer les gens de guerre qui gardaient les frontières.

Au XVI<sup>e</sup> siècle et aussi au XVII<sup>e</sup>, les redevances, rentes, *censes* et *droitures* dues à l'abbaye s'étaient singulièrement accrues, surtout à S<sup>t</sup>-Denis et à Obourg. On en acquiert la certitude dès qu'on ouvre les comptes des receveurs de l'abbaye à ces époques. On voit que les chapitres, sous les diverses rubriques, se multiplient, s'allongent. Mais, en poursuivant l'examen de ces comptes, on ne tarde point non plus à s'apercevoir que des rubriques, qui, dans les registres du siècle précédent, portaient certains noms de *villes* et de *terres* où l'abbaye de S<sup>t</sup>-Denis percevait des rentes, y manquent complètement. Et cette omission se remarque, non dans un seul compte, mais dans plusieurs, et pas seulement dans les registres des receveurs du XVI<sup>e</sup> siècle, mais encore dans les comptes du siècle suivant. De tout cela, la conclusion est facile à tirer.

Ainsi, dans le registre des comptes de Damp Jean de la Ramonnerie (S<sup>t</sup>-Remy 1547-48) et dans celui de Martin Buisseret (1571-72), receveurs de l'église de S<sup>t</sup>-Denis, on ne voit plus figurer les redevances, rentes et revenus, cens et autres droits que l'abbaye avait antérieurement dans les villes et terres des deux Quesvy, d'Asquillies, de Bougnies, de S<sup>t</sup>-Sauveur et Yerigval (?), d'Oeudeghien<sup>1</sup>, Bougardes, Berghes, Kenastre, Lembecque<sup>2</sup>, Tirlemont, Wavres, Onnaing, Vy, Valenchiennes, Artre et Artriaux (?).

Enfin, au XVII<sup>e</sup> siècle, dans les comptes de trois années, rendus par J.-B. Buisseret, receveur des menues rentes de l'église de S<sup>t</sup>-Denis en Broqueroie (Noël 1648-50),

<sup>1</sup> Cependant, il existe, dans le registre de Damp Jean de la Ramonnerie, une rubrique sous laquelle ce receveur a énuméré les rentes et revenus perçus en la *ville d'Enghien*. Dès lors, du Grand ou du Petit-Engbien, quelle est la *ville* qu'il faut considérer comme étant omise dans ses comptes ?

<sup>2</sup> Lembecque ne figure point dans les comptes de 1547-48 ; mais on le retrouve dans le registre de 1571-72.

on signale une omission de plus. Un nom a de nouveau disparu : c'est celui de Villers-S'-Ghislain. Mais, vers la fin du registre, on voit reparaître Tirlemont et Wavres, deux villes dont il n'était plus question dans le registre des comptes de Damp Jean de la Ramonnerie et de Martin Buisseret (1547-48, 1571-72).

### ADDITIONS.

*Le Chevalier au Lion et Gilles de Chin* (voir l'Introduction, p. xxxviii).

Nous avons rapproché *Gilles de Chin* du *Chevalier au Lion*; il est bon cependant de montrer que l'un des épisodes du poème de Gautier de Tournay semble emprunté à Chrestien de Troyes; dans le roman de ce trouvère, Yvain trouve un lion aux prises avec un énorme serpent; il tue le serpent; le lion s'attache à lui par reconnaissance, et ne le quitte plus :

Si qu'il li comança à faire  
 Semblant que à lui se rendoit ;  
 Et ses piés joins li estendoit,  
 Envers terre incline sa chièrre,  
 S'estut sur les deux piés derrière,  
 Et puis si se rajenoilloit,  
 Et tote sa face moilloit  
 De larmes, etc.

Ginguené a remarqué que le Pulci avait prêté la même aventure à Renaud, au chant IV du *Morgante Maggiore*. — *Hist. litt. d'Italie*, t. IV, p. 220.

*Archives de Stavelot* (voir l'Introduction, p. xcvi).

Dans la séance de l'Académie royale des sciences, des lettres et des beaux-arts de Belgique du 7 juin 1847, la compagnie a ordonné l'impression d'une curieuse notice de M. Gachard sur les archives de Stavelot, déposées aujourd'hui à Dusseldorf. Nous regrettons de n'avoir pu consulter ce mémoire. Nous devons mentionner aussi les chartes de Stavelot et de Malmedy publiées par M. Ritz, il y a quelques années (1824).

*Chronique de Liessies* (voir l'Introduction, p. cxii).

Ce volume était achevé quand nous avons reçu le neuvième volume des *Archiv der Gesellschaft für aeltere deutsche Geschichtkunde*; herausgegeben von G. H. PERTZ, Hannover, 1847, in-8°. Il contient, pp. 292-382, un savant mémoire de M. A. Wilmans sur les Annales du Hainaut de Jacques de Guyse, dans lequel, pp. 359-362, il traite de la Chronique de Liessies et nomme Jacques Lespée.

FIN.

## TABLE DES MATIÈRES.

	Pages.
INTRODUCTION . . . . .	I
COUP D'OEIL SUR LE CONTENU DE CE VOLUME. . . . .	<i>ib.</i>
<i>Le roman de Gilles de Chin</i> . . . . .	<i>ib.</i>
Le Hainaut au moyen âge . . . . .	<i>ib.</i>
George Chastellain ou Lefevre de Saint-Remy . . . . .	II
Histoire authentique de Gilles de Chin. . . . .	III
Son origine. . . . .	IV
Ses biens et dignités . . . . .	<i>ib.</i>
Chambellan, sénéchal, bouteillier et grand veneur héréditaires de Hainaut. . . . .	<i>ib.</i>
Gilles de Chin, conseiller du comte de Hainaut . . . . .	VI
Berlaimont . . . . .	<i>ib.</i>
Mariage de Gilles de Chin avec dame Ide de Chièvres . . . . .	VII
Méhaut de Chin . . . . .	VIII
Gilles de Saint-Aubert . . . . .	<i>ib.</i>
Généalogie des descendants de Gilles de Chin . . . . .	X
Maison de Ligne . . . . .	XII
Exploits et mort de Gilles de Chin . . . . .	<i>ib.</i>
Combat prétendu contre un dragon . . . . .	XIII
Légende poétique de Gilles de Chin . . . . .	XIV
Cycles de la guerre de Troie, d'Alexandre et de la Table-Ronde. . . . .	XV
Enfance de Gilles de Chin . . . . .	XVI
Il est armé chevalier par Gossoin (Gaussoin) d'Oisy. . . . .	<i>ib.</i>
Généalogie d'une des branches de la maison d'Oisy. . . . .	XVII
Tournoi de la Garde-Saint-Remy . . . . .	<i>ib.</i>
Rasse de Gavre (Gavres) . . . . .	XVIII

	Pages.
Blason de Gilles de Chin . . . . .	XVIII
Incertitude primitive des armoiries . . . . .	XIX
Tournoi du Gué de Meuvres. . . . .	XX
Conjectures superflues. Erreurs de MM. Massmann, Barrois, Cooper . . . . .	<i>ib.</i>
Cri de Berlaimont. . . . .	XXI
Charles de Frasne (Frasnes), Hoel de Quiévaing (Quiévrain) et Gérard de Saint-Aubert . . . . .	<i>ib.</i>
La comtesse de Duras . . . . .	XXII
Gil de Chin aime pour la première fois . . . . .	<i>ib.</i>
Les comtes de Clèves et de Looz (Loos) . . . . .	<i>ib.</i>
Banquet. . . . .	XXIII
Conteurs . . . . .	<i>ib.</i>
Romans et fabliaux . . . . .	<i>ib.</i>
Princes qui assistent au tournoi de Maëstricht . . . . .	XXIV
Le comte de Duras . . . . .	<i>ib.</i>
Le comte d'Hochstade . . . . .	<i>ib.</i>
Les comtes de Looz et de Vale ou Dale . . . . .	XXV
Additions à nos listes de coursiers célèbres, merveilleux ou poétiques . . . . .	XXVI
Le comte de Nassau . . . . .	XXVIII
Seconde visite au château de Duras . . . . .	XXIX
Aveu . . . . .	XXX
Mœurs du temps. L'amour dans l'état de mariage . . . . .	<i>ib.</i>
Encore Jacques de Lalaing . . . . .	XXXI
Le comte de Hollande et celui de Clermont . . . . .	<i>ib.</i>
La comtesse de Duras change les armoiries de Gilles de Chin et lui donne celles qui ornent aujourd'hui l'écusson des Berlaimont . . . . .	XXXIII
Tournoi de Trazegnies . . . . .	XXXIV
Fable rapportée par l'Allouette . . . . .	<i>ib.</i>
Vision de Gilles de Chin. Lettres venues du ciel . . . . .	XXXV
Gilles prend la croix . . . . .	XXXVI
Ses exploits en terre sarrasine . . . . .	<i>ib.</i>
La reine de Jérusalem . . . . .	XXXVII
Victoires remportées sur un lion et un géant . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles triomphe d'un énorme reptile. Lion familier (voir p. 676). . . . .	XXXVIII
Analogie de la reine de Jérusalem et d'une dame mise en scène par Quesnes de Béthune . . . . .	<i>ib.</i>
Procession de Mous . . . . .	XXXIX
Emblème du serpent ou dragon . . . . .	XLI
Cet emblème, adopté par le christianisme, mais dans quel sens? . . . . .	XLIV
Miracle . . . . .	<i>ib.</i>
Goût du moyen âge pour le symbolisme . . . . .	XLV
Saint George . . . . .	<i>ib.</i>
Quand la légende de saint George fut apportée en Europe . . . . .	XLVIII
Rites de quelques églises . . . . .	XLIX

TABLE DES MATIÈRES.

681

	Pages.
Dragons célèbres . . . . .	L
Origine de l'apparition de saint George à la procession de Mons. . . . .	LI
Le roi René . . . . .	LII
Esprit d'imitation . . . . .	ib.
Tradition du dragon de Wasmes . . . . .	LIII
Géants . . . . .	LIX
Dragons de Ramilies et de Saint-Géry. . . . .	LXI
Valentin. . . . .	ib.
Preuves invoquées en faveur de la tradition de Wasmes . . . . .	ib.
Tête prétendue du dragon . . . . .	LXVI
Le ptérodactyle . . . . .	LXVII
Niaiserie de M. Le Mayeur . . . . .	ib.
Saint George est le vrai héros de la procession de Mons ; Gilles de Chin , celui de la procession de Wasmes . . . . .	LXVIII
Chin-Chin . . . . .	LXIX
Remarque . . . . .	ib.
Suite de l'analyse du poème. . . . .	ib.
Prouesse devant Antioche . . . . .	ib.
Mort du lion familier du sire de Chin. . . . .	ib.
Retour de Gilles en Europe . . . . .	LXX
La comtesse de Duras cesse de vivre . . . . .	ib.
Le pas de l'arbre d'Auxerre. . . . .	ib.
Tournoi de Pierron-Val . . . . .	LXXI
Éloge du passé. . . . .	ib.
Tournoi de Gérard-Sart (Géronsart) . . . . .	LXXII
Gilles va au secours du comte de Hainaut . . . . .	ib.
Cycle de la Table-Ronde. . . . .	LXXIII
Courtoisie du duc de Brabant . . . . .	ib.
Tournoi de Saint-Trond . . . . .	LXXIV
Mort de Gilles de Chin . . . . .	ib.
Véracité du trouvère. . . . .	LXXV
École poétique de Tournay . . . . .	ib.
Gautier Li Cordiers . . . . .	ib.
Manuscrit de la Bibliothèque de l'Arsenal , à Paris. . . . .	LXXVI
Roman de Gilles de Chin en prose. . . . .	LXXVII
Mérite littéraire de Gautier de Tournay . . . . .	ib.
APPENDICE . . . . .	LXXVIII
<i>Documents relatifs à un des descendants de Gilles de Chin (voir p. xi) . . . . .</i>	<i>ib.</i>
<i>Court glossaire roman du XIII<sup>e</sup> siècle ou du commencement du XIV<sup>e</sup>, tiré du manuscrit de la Bibl. roy., n<sup>o</sup> 9545, contenant Li ars d'amour des vertus. . . . .</i>	<i>XCII</i>

	Pages.
<i>Petites annales de Stavelot, de Saint-Maximin de Trèves et d'Epternach.</i> . . . . .	xcv
Manuscrits de l'ancienne abbaye de Stavelot (voir page 676) . . . . .	xcvi
Chartrier de cette abbaye . . . . .	<i>ib.</i>
<i>Fragment de l'AUCTARIUM AQUICINCTINUM</i> . . . . .	<i>ib.</i>
M. E.-L. Bethmann . . . . .	<i>ib.</i>
Société des bibliophiles de Mons . . . . .	xcvii
Charte du tournoi d'Anchin. . . . .	<i>ib.</i>
CANTATORIUM-SANCTI HUBERTI . . . . .	xcviii
Les pères Martène et Durand . . . . .	<i>ib.</i>
Histoire et description de <i>Cantatorium</i> . . . . .	xcix
Copies . . . . .	cii
Texte actuel . . . . .	<i>ib.</i>
Jugement sur le <i>Cantatorium</i> . . . . .	ciii
Les Bollandistes . . . . .	cv
Ce que signifie le mot <i>Cantatorium</i> . . . . .	cvi
Écrivains qui ont cité et consulté le <i>Cantatorium</i> . . . . .	<i>ib.</i>
<i>Decaterna</i> . . . . .	<i>ib.</i>
Coup d'œil sur l'abbaye de Saint-Hubert . . . . .	cvii
L'évêque de Liège Obert et l'empereur Henri IV . . . . .	cviii
Extrait d'une chronique du XII <sup>e</sup> siècle, contenant l'éloge de l'évêque Obert. . . . .	cix
Le château de Mirwart . . . . .	cxi
Manuscrits de Saint-Hubert. . . . .	<i>ib.</i>
<i>Chronique de l'abbaye de Liessies, depuis l'an 750 jusqu'à l'an 1578, par Jacques Lespée, moine de ce monastère</i> . . . . .	cxii
Jacques Lespée (voir page 676) . . . . .	<i>ib.</i>
Sa chronique . . . . .	cxiii
Destruction des monuments historiques . . . . .	<i>ib.</i>
Le Hainaut privé d'historiens depuis Jacques de Guyse jusqu'à Ph. Brasseur . . . . .	<i>ib.</i>
Où sont actuellement les archives de Liessies . . . . .	cxiv
Lettres de P. Campson, d'Arras . . . . .	cxv
Écrit de Ph. Brasseur, inconnu à Paquot . . . . .	<i>ib.</i>
<i>Histoire de Saint-Denis en Broqueroie, par l'abbé Gaspar Vincq</i> . . . . .	cxvi
Manuscrit de cette histoire . . . . .	<i>ib.</i>
Biographie de Gaspar Vincq . . . . .	cxvii
Autres annales de l'abbaye de Saint-Denis . . . . .	cxxiv
Gérard Sacré . . . . .	<i>ib.</i>
SUITE DE LA DEUXIÈME DIVISION. — LÉGENDES HISTORICO-POÉTIQUES . . . . .	1
<i>Roman en vers de Gilles de Chin, seigneur de Berlaymont (Berlaimont).</i> . . . . .	<i>ib.</i>

TABLE DES MATIÈRES.

683

	Pages.
Exposition . . . . .	1
Mauvaises dispositions de Gilles de Chin dans son enfance . . . . .	5
Gaussoin (Gossuin) d'Oisy l'emmène chez lui . . . . .	4
Il l'arme chevalier . . . . .	<i>ib.</i>
Méhaut, mère de Gilles . . . . .	<i>ib.</i>
Changement total qui s'opère dans ce jeune homme . . . . .	<i>ib.</i>
Tournoi de la Garde-Saint-Remy . . . . .	<i>ib.</i>
Des écuyers du sire d'Oisy vont, de la part de leur maître, trouver le père de Gilles de Chin.	5
Joie du sire de Chin, en apprenant que son fils est chevalier . . . . .	6
Fête au château de Chin . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles de Chin se rend au tournoi avec son père . . . . .	7
Sa mère lui fait une exhortation pieuse . . . . .	<i>ib.</i>
Le sire d'Oisy lui chausse les éperons . . . . .	8
Rasse de Gavre lui ceint l'épée . . . . .	<i>ib.</i>
Armoiries de Gilles . . . . .	9
Ses exploits dans la lice . . . . .	<i>ib.</i>
Éloges qu'on fait de lui . . . . .	10
On dit qu'il surpasse Roland . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles remporte le prix du tournoi . . . . .	11
On le désarme . . . . .	12
Il se rend à Douay (Douai) . . . . .	<i>ib.</i>
Sa magnificence . . . . .	<i>ib.</i>
Sa renommée se répand . . . . .	13
Retour au château de Chin . . . . .	<i>ib.</i>
Tournoi du Gué de Meuvres (voir l'Introduction, p. xx) . . . . .	<i>ib.</i>
Nouveaux succès . . . . .	14
Compagnons d'armes de Gilles . . . . .	16
Charles de Fraisnes, Frasnes ou Frasne . . . . .	<i>ib.</i>
Havel ou Hoel de Quiévrain (Quiévrain) . . . . .	<i>ib.</i>
Gérard Malfillastre de Saint-Aubert-du-Chastel (Châtel) . . . . .	17
Accompagné de deux joueurs de vielle, Gilles se rend à un tournoi . . . . .	18
Sa rencontre avec Gérard . . . . .	<i>ib.</i>
Ils vont ensemble à la joute . . . . .	<i>ib.</i>
Leur mutuelle amitié . . . . .	<i>ib.</i>
La comtesse de Duras remarque Gilles de Chin . . . . .	19
Elle l'aime . . . . .	20
Entrée de Gilles de Chin et de Gérard du Chastel (Châtel) à Duras . . . . .	21
Banquet . . . . .	22
Les chevaliers quittent le château de Duras. Don que la comtesse fait secrètement à Gilles de Chin.	25
Tournoi de Maestricht . . . . .	25
Les comtes de Clèves et de Loos (Looz) . . . . .	26
Gilles de Chin secourt le comte de Duras . . . . .	27

	Pages.
Gilles et Gérard se retirent. . . . .	28
Visite du comte de Duras au logis de Gilles de Chin, à Maestricht . . . . .	29
Amour de Gilles de Chin pour la comtesse de Duras . . . . .	30
Le tournoi recommence. . . . .	32
Cheval favori de Gérard du Chastel (Châtel). . . . .	<i>ib.</i>
Princes et seigneurs qui abondent dans ces contrées . . . . .	35
Combat à la foule . . . . .	34
Adefroi, comte de Juliers . . . . .	35
<i>Miserins</i> , cheval du comte de Berg . . . . .	<i>ib.</i>
Souvenir d'Olivier et de Roland . . . . .	36
Le comte de Nassau . . . . .	37
Fin du tournoi . . . . .	38
Rachat des vaincus . . . . .	<i>ib.</i>
Les ménestrels ne sont pas oubliés . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles quitte Maestricht. . . . .	39
Seconde visite au château de Duras . . . . .	<i>ib.</i>
Curiosité de la comtesse . . . . .	<i>ib.</i>
Éloge que fait le comte de Gilles de Chin . . . . .	<i>ib.</i>
Agitations de celui-ci . . . . .	41
La comtesse les partage. . . . .	42
Lais, chansonnettes et <i>estampies</i> . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles déclare son amour à la comtesse, qui lui fait un semblable aveu . . . . .	44
Banquet . . . . .	46
Départ de Gilles de Chin . . . . .	<i>ib.</i>
De tout son butin, Gilles ne se réserve que <i>Miserins</i> , cheval du comte de Berg . . . . .	47
Armoiries . . . . .	<i>ib.</i>
La comtesse de Duras fait faire à Gand une armure pour Gilles de Chin . . . . .	48
Un pauvre chevalier du pays de la comtesse vient la prier de payer sa rançon . . . . .	49
La comtesse envoie son présent à Gilles de Chin par ce chevalier qu'elle a promis de racheter . . . . .	51
Tournoi de Trazegnies . . . . .	52
Gilles de Chin y assiste . . . . .	55
Il reçoit les armes que lui destinait la comtesse . . . . .	54
Combat de Gillés et du comte d'Hochstade . . . . .	55
Ce dernier est vaincu . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles n'est pas reconnu à cause de sa nouvelle armure . . . . .	57
Il s'attaque au duc de Brabant et se fait connaître. . . . .	58
Le chevalier qui avait apporté des présents à Gilles de Chin, retourne à Duras. . . . .	60
Fête au logis de Gilles de Chin. . . . .	62
Vision . . . . .	65
Lettres envoyées du ciel . . . . .	64
Elles ordonnent à Gilles de prendre la croix. . . . .	<i>ib.</i>
Il obéit. . . . .	65



TABLE DES MATIÈRES.

685

	Pages.
Le bruit se répand dans le pays qu'il s'est croisé . . . . .	66
La nouvelle en arrive à Duras. . . . .	<i>ib.</i>
Douleur de la comtesse . . . . .	67
Gilles revient à Duras . . . . .	68
Son entrevue avec la comtesse. . . . .	<i>ib.</i>
Elle cherche à le détourner d'aller outre-mer . . . . .	69
Réponse du chevalier . . . . .	70
La comtesse consent enfin à ce que Gilles suive la volonté du ciel . . . . .	71
Promesse . . . . .	<i>ib.</i>
Le comte de Duras s'afflige aussi de la résolution de Gilles de Chin . . . . .	72
Il lui donne son meilleur cheval . . . . .	74
Présent de la comtesse . . . . .	<i>ib.</i>
Séparation. . . . .	75
Gilles s'embarque. . . . .	<i>ib.</i>
Il arrive à Saint-Jean-d'Acre . . . . .	76
Ses premiers succès contre les Sarrasins. . . . .	<i>ib.</i>
Le roi de Jérusalem est informé de cet exploit . . . . .	78
Offrandes de Gilles au Saint-Sépulcre . . . . .	79
La reine de Jérusalem engage le Roi, son mari, à attacher Gilles à son service . . . . .	80
Munificence du roi . . . . .	<i>ib.</i>
Honneurs rendus à notre chevalier . . . . .	81
Le roi le retient de sa maison . . . . .	82
Les Hospitaliers et les Templiers . . . . .	85
Gilles défait une troupe de Turcs. . . . .	84
On croit Gilles de Chin mort . . . . .	89
Il est retrouvé . . . . .	90
Joie qu'en éprouve le roi de Jérusalem . . . . .	91
Butin immense . . . . .	92
La reine de Jérusalem est éprise de Gilles de Chin . . . . .	93
Pèlerinage de Gilles au Jourdain . . . . .	94
Son combat contre un lion . . . . .	98
On célèbre hautement sa valeur . . . . .	100
Entretien de la reine de Jérusalem et de Gilles de Chin . . . . .	101
Gilles invite le roi et la reine à dîner. . . . .	102
Festin qu'il donne au roi, à la reine et à toute leur cour . . . . .	103
Autres combats contre les infidèles . . . . .	106
Noradin, fils du roi d'Alep . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles triomphe d'un géant . . . . .	107
Il passe encore pour mort. . . . .	114
Regrets du roi de Jérusalem . . . . .	<i>ib.</i>
Satisfaction que cause le retour de Gilles . . . . .	116
Combats sous les murs de Tripoli . . . . .	117

	Pages.
Partage du butin . . . . .	120
La reine engage Gilles à venir la trouver . . . . .	121
Reproches qu'elle lui adresse . . . . .	122
Singulière accusation . . . . .	123
Gilles rompt avec la reine . . . . .	124
Aventure d'un jeune varlet allemand . . . . .	<i>ib.</i>
Intervention de Gilles de Chin . . . . .	126
Pérfidie de la reine . . . . .	127
Dévouement de Gilles . . . . .	<i>ib.</i>
Il renonce au service du roi de Jérusalem . . . . .	129
Il se dirige vers Antioche . . . . .	<i>ib.</i>
Combat avec un serpent qui luttait contre un lion. (Épisode du roman du <i>Chevalier au Lion</i> , voir page 676). . . . .	<i>ib.</i>
Le lion accompagne Gilles de Chin comme un animal apprivoisé . . . . .	130
Accueil que fait à Gilles le prince d'Antioche . . . . .	132
Prouesses de Gilles devant Antioche . . . . .	133
Il prend congé du prince, qui s'efforce vainement de le retenir . . . . .	141
Gilles de Chin extermine des voleurs qu'il rencontre sur son chemin . . . . .	145
Le lion partage sa victoire . . . . .	144
Mais il est frappé à mort . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles de Chin s'embarque . . . . .	145
Il relâche à Brindes . . . . .	<i>ib.</i>
Son arrivée à Bénévent . . . . .	146
Il prend sous sa protection la fille du dernier seigneur de cette ville . . . . .	<i>ib.</i>
Combat judiciaire . . . . .	148
Mort de la comtesse de Duras . . . . .	150
Pas de l'arbre d'Auxerre . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles abat son adversaire . . . . .	152
Nouveaux succès . . . . .	<i>ib.</i>
Il va à Joigny et de là à Soissons . . . . .	155
Tournoi . . . . .	<i>ib.</i>
Le comte de Bar parie que Gilles de Chin sera vaincu par Baudous de Reims . . . . .	154
Charençon ( <i>Chareçon</i> ), destrier de Gilles de Chin (voir l' <i>Introduction</i> , p. xxi) . . . . .	155
Ferrant de Bar . . . . .	157
Gilles reçoit le prix du tournoi, qu'il partage avec Gérard du Chastel (Châtel) . . . . .	<i>ib.</i>
Présent envoyé par Gilles à son père . . . . .	158
Jöie et apprêts pour le retour de Gilles de Chin . . . . .	159
Les <i>hauts bourgeois</i> de Tournay (Tournai) . . . . .	<i>ib.</i>
Arrivée de Gilles de Chin à Saint-Amand . . . . .	<i>ib.</i>
Arrivée à Chin . . . . .	160
Jöngleurs . . . . .	<i>ib.</i>
Tournoi à Pierron-Val, près d'Antoing . . . . .	161

TABLE DES MATIÈRES.

687

	Pages.
Chevaliers flamands, français, hainuyers et avalois . . . . .	161
Le comte de Loos (Looz) . . . . .	162
Fête, banquet . . . . .	165
Domisons ou dame Idon de Chièvres . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles se rend à Chièvres . . . . .	164
Fiançailles . . . . .	<i>ib.</i>
Il épouse la demoiselle de Chièvres . . . . .	<i>ib.</i>
Éloge du temps passé . . . . .	165
Tournoi de Gérard-Sart (Géronsart) . . . . .	<i>ib.</i>
Le duc de Louvain ou de Brabant . . . . .	<i>ib.</i>
Le duc de Limbourg . . . . .	<i>ib.</i>
Le comte de Duras . . . . .	166
Éloge de Gérard du Chastel (Châtel) . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles se met à la suite du duc de Brabant . . . . .	167
Gautier Li Cordiers (Cordier) est le premier qui ait rédigé l'histoire de Gilles de Chin. . . . .	<i>ib.</i>
Le comte de Hainaut réclame le secours de Gilles de Chin . . . . .	168
Prouesses de Gilles de Chin . . . . .	171
Il est blessé . . . . .	172
Extrémité où il se trouve . . . . .	173
Reproches que fait le comte de Hainaut à ses chevaliers pour n'avoir point secouru Gilles de Chin. . . . .	174
La chance du combat tourne en faveur des Hainuyers . . . . .	176
Les Brabançons plient . . . . .	<i>ib.</i>
Allusions aux romans de la Table-Ronde . . . . .	177
Les deux armées se séparent . . . . .	<i>ib.</i>
Éloges que le comte de Hainaut adresse à Gilles . . . . .	179
Celui-ci retourne à Chièvres . . . . .	<i>ib.</i>
Mot plein de courtoisie du duc de Brabant . . . . .	180
Négociations pour la paix . . . . .	<i>ib.</i>
Tournoi à Saint-Trond . . . . .	<i>ib.</i>
Gilles s'y transporte . . . . .	181
Le fils du duc de Gueldre veut se mesurer avec lui . . . . .	182
Gilles le désarçonne . . . . .	185
Mais sa vie est en danger . . . . .	184
Son blason . . . . .	<i>ib.</i>
Havel ou Hovel de Quiévrain (Kiévrain) . . . . .	183
Gilles obtient encore le prix du tournoi . . . . .	186
Il va à Louvain saluer la duchesse de Brabant . . . . .	<i>ib.</i>
Retour à Berlaimont . . . . .	<i>ib.</i>
L'âge des infirmités vient pour lui . . . . .	187
Il meurt à Roucourt . . . . .	<i>ib.</i>
On l'enterre à Saint-Guilain (Guislain, Ghislain) . . . . .	<i>ib.</i>
Gautier de Tournay (Tournai) finit son œuvre . . . . .	188

	Pages.
NOTES . . . . .	189
TROISIÈME DIVISION. — ANNALES ET CHRONIQUES . . . . .	191
I. <i>Petites annales</i> . . . . .	193
1. Annales de Stavelot . . . . .	195
2. Annales de saint Maximin, de Trèves . . . . .	208
3. Annales d'Epternach . . . . .	209
4. Extrait du nécrologe de l'abbaye d'Epternach . . . . .	210
II. <i>Annales d'Anchin</i> . . . . .	215
<i>Auctarii Acquicinctini fragmentum</i> . . . . .	215
NOTE . . . . .	250
III. <i>Histoire de l'abbaye de Saint-Hubert, depuis sa fondation, vers 687, jusqu'à l'année 1106</i> . . . . .	251
<i>Cantatorium Sancti Huberti.</i> . . . . .	255
NOTES . . . . .	574
<i>Index rerum praecipuarum in libro Cantatorio contentarum.</i> . . . . .	577
IV. <i>Chronique de l'abbaye de Liessies, depuis l'an 750 jusqu'à l'an 1578, par JACQUES LESPÉE, moine de cette maison.</i> . . . . .	585
Extraits de Philippe Brasseur et d'Aubert Le Mire . . . . .	587
<i>Chronicon Laetiense.</i> . . . . .	595
V. <i>Chronique de l'abbaye de Saint-Denis en Broqueroie, depuis sa fondation jusqu'en 1643, par GASPARD VINCO, abbé de ce monastère.</i> . . . . .	457
Extraits de Ph. Brasseur et d'Aubert Le Mire . . . . .	459
<i>Chronicon Dionysianum.</i> . . . . .	447
VI. <i>Autre chronique de Saint-Denis, depuis l'année 1081 jusqu'en 1667.</i> . . . . .	581
APPENDICES. . . . .	659
Extraits de divers chartiers de l'abbaye de Liessies . . . . .	641
Liste des lieux où l'abbaye de Saint-Denis possédait des biens . . . . .	675
ADDITIONS. — Le Chevalier au Lion et Gilles de Chin . . . . .	678
Archives de Stavelot . . . . .	ib.
Chronique de Liessies . . . . .	ib.

## PLANCHES.

Pages c et 252. Figures copiées d'après deux dessins à la plume du manuscrit dans lequel est contenu l'original du *Cantatorium* de Saint-Hubert.

Page 255. *Fac-simile* de la première page de ce même *Cantatorium*.



## ERRATA.

Page	4, lig. 9,	s'eust,	lisez séust.
—	17, v. 425 et note,	guerre,	— guerre.
—	33, note marg.,	les,	— ces.
—	41, note marg.,	agitation,	— agitations.
—	44, notes, col. B, lig. 2,	XVII <sup>e</sup> siècle,	— XV <sup>e</sup> .
—	57, notes, col. B., lig. 5,	était,	— était-il.
—	69, à la fin du vers 1929 il faut une virgule.		
—	70, notes, col. A, lig. 7,	Gagemer,	— Gugemer.
—	159, v. 4045, à la fin une virgule.		
—	144, v. 4205,	quon,	— qu'on.
—	155, note du v. 4325,	Bandous,	— Baudous.
—	170, v. 5000,	helmé,	— helme.
—	171, note marg.,	promesses,	— prouesses.
—	177, notes, col. A, lig. 1,	composé,	— composée.
—	180, v. 5286,	D'onnor ce mot doit être suivi d'une virgule.	
—	259, note marg., lig. 10,	Anseroniam,	lisez Anseroniām.
—	242, ligne 23,	decatervan,	— decaterna.
—	244, note marg.,	regendus,	— regendas.
—	237, ligne 22,	Prostaheret,	— protraheret.
—	312, vis-à-vis le parag. 82 ajoutez : p. 87.		
—	525, ligne 25,	maturatis,	— maturitatis.
—	ib., dern. note marg., ligne 2,	monachum,	— monachus.
—	555, 2 <sup>me</sup> note marg., lig. 2,	nostra,	— postea.
—	520, ligne 11,	quaerelis,	— querelis.
—	ib., — 17,	examinitis,	— examinatis.
—	581 — 5,	1767,	— 1667.

